Anno 3 Irene pace cum Arabibus facta Stauracium patricium et logothetam contra Slavinos mittit; qui et omnes eos imperio Irenae subegit, atque ei magnam ex Peloponneso praedam multaque spolia attulit.

Τῷ δ' ἔτει Παῦλος ὁ ὅσιος καὶ ἁγιώτατος πατριάρχης ἀσθενήσας κατέλιπε τὸν θρόνον καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Φλώρου ἀπεκάρη. ἔρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν βασίλισσα λυπουμένη, καί φησι "τί τοῦτο ἐποίησας;" ὁ δὲ μετὰ θρήνων ἔφη "εἴθε μηδὲ ἐκάθισα ἐν τῷ τῆς ἱερωσύνης θρόνῳ, τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ τυραννουμένης καὶ ἐσχισμένης ἐκ τῶν λοιπῶν καθολικῶν θρόνων καὶ ἀναθεματιζομένης. καὶ ἐὰν μὴ σύνοδος γένηται οἰκουμενικὴ καὶ τὰ ἐν μέσῳ σφάλματα διορθωθῇ, οὐκ ἔχετε σωτηρίαν." ἡ δὲ εἶπεν αὐτῷ "καὶ ἵνα τί ὑπέγραψας ἐν τῷ χειροτονεῖσθαί σε τοῦ μὴ προσκυνεῖν εἰκόνας;" ὁ δὲ ἔφη "καὶ διὰ τοῦτο θρηνῶ καὶ πρὸς μετάνοιαν καταφεύγω, δεόμενος τοῦ θεοῦ ἵνα μὴ ὡς ἱερέα με κολάσῃ, σιγή-
C σαντα ἕως τοῦ νῦν καὶ μὴ κηρύξαντα τὴν ἀλήθειαν τῷ φόβῳ τῆς μανίας ὑμῶν." ἐν τούτοις ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ. ἔκτοτε οὖν ἤρξατο λαλεῖσθαι ὁ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων λόγος παρρησίᾳ ὑπὸ πάντων.

Τῷ ε' ἔτει συναγαγοῦσα ἡ βασιλὶς Εἰρήνη πᾶσαν τὴν σύγκλητον καὶ τὸν λαὸν ἐζήτει τίς γενήσεται πατριάρχης, καὶ πάντες ἐξεφώνησαν Ταράσιον τὸν ἀσηκρῆτις. ὁ δὲ παρῃτεῖτο, τὴν τῶν λαῶν καὶ τῶν ἐκκλησιῶν προβαλλόμενος διχοστασίαν, καὶ σύνοδον ἐξαιτῶν γενέσθαι. τῆς δὲ βασιλίσσης καὶ τοῦ λαοῦ τοῦτο κατανευσάντων, τῇ κε' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς τῆς η' ἰνδικτίωνος χειροτονεῖται ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ταράσιος πατριάρχης Κωνσταντι-
D νουπόλεως. καὶ ἀποστείλας ἐν Ῥώμῃ τὰ συνοδικὰ καὶ τὸν λίβελλον τῆς πίστεως αὐτῶν ἀπεδέχθη παρὰ τοῦ πάπα Ἀδριανοῦ.

Anno 4 Paulus sanctissimus patriarcha morbo affectus solio relicto caput rasit, seque in monasterium Flori abdidit. imperatrix tristis eum convenit, causam facti quaerens. cui Paulus "utinam vero" inquit "solio pontificali nunquam insedissem, ecclesia dei per tyrannidem oppressa atque ab aliis catholicis soliis avulsa anathemateque notata. quodnisi oecumenica instituitur synodus et hactenus errata corriguntur, nulla est vobis salus." quaerenti ulterius Irenae cur ergo patriarcha designatus subscripserit se imagines non adoraturum, "hoc ipsum est" ait "quod lugeo, et ad poenitentiam confugio, deum deprecans ne me velut pontificem puniat, qui hucusque tacuerim metuque furoris vestri veritatis praeconio abstinuerim." his ita actis ille vitam cum morte feliciter commutavit. exinde libere ab omnibus verba de sacris imaginibus fieri.

Anno 5 Irene senatu populoque convocatis sententiam de novo patriarcha creando rogavit. ab omnibus sibi id munus delatum Tarasius secretarius recusavit, populorum et ecclesiarum causatus dissensionem, conciliumque cogi postulans. quod cum annuissent imperatrix et populus, ita demum sanctus pater noster Tarasius patriarcha Cpolitanus declaratur, 25 die Decembris, indictione 8. missisque Romam de concilio literis et fidei suae confessione, est ab Adriano papa approbatus.

Τῷ ς' ἔτει συνόδου κηρυχθείσης ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συνηθροίσθησαν καὶ οἱ ὑπηρέται τοῦ διαβόλου, καὶ μετὰ ξιφῶν εἰσελθόντων σὺν αὐτῷ ἐταράχθησαν καὶ ὑπέστρεψαν.

Τῷ ζ' ἔτει ἠνοίχθη ἐν Νικαίᾳ ἡ καθολική. τῇ δὲ θ' τοῦ Σεπτεμβρίου ἡμέρᾳ α', ὥρᾳ ε', ἔκλειψις γέγονεν ἡλίου μεγίστη.

Τῷ δὲ η' ἔτει, παρελθόντων ἀπὸ τῆς ς' συνόδου χρόνων ρκβ', γέγονεν ἐν Νικαίᾳ οἰκουμενικὴ ζ' σύνοδος, καὶ ἀπέλαβεν ἡ P 471
καθολικὴ ἐκκλησία διὰ Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τὸν ἀρχαῖον κόσμον αὐτῆς, συνελθόντων πατέρων ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον τν', οἳ τὰς εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ διορίσαντες προσκυνεῖσθαι, οὐδὲν καινὸν δογματίσαντες ἀλλὰ τὰ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων δόγματα ἀσάλευτα φυλάττεσθαι, καὶ τὴν νέαν αἵρεσιν ἀποκηρύξαντες, τοὺς τρεῖς ψευδωνύμους πατριάρχας ἀνεθεμάτισαν, Ἀναστάσιον φημὶ καὶ Κωνσταντῖνον καὶ τὸν Νικήταν εὐνοῦχον. ὑπέγραψε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν τῷ τόμῳ, καὶ εἰρήνευσεν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, εἰ καὶ ὁ ἐχθρὸς τὰ ἑαυτοῦ ζιζάνια ἐν τοῖς ἰδίοις ἐργάταις σπείρειν οὐ παύεται. ἀλλ' B
ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῇ αὐτοῦ χάριτι πάντως πολεμουμένη νικᾷ.

Τῷ θ' ἔτει λύσασα ἡ βασιλὶς Εἰρήνη τὴν πρὸς τοὺς Φράγγους συναλλαγὴν ἤγαγε κόρην ἐκ τῶν Ἀρμενιακῶν ἀπὸ Ἀμνείας, ὀνόματι Μαρῖναν, καὶ ἔζευξεν αὐτὴν Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ αὐτῆς μὴ θέλοντι, καὶ ἐποίησε τοὺς γάμους.

Τῷ ι' ἔτει γέγονε σεισμὸς φοβερώτατος. φθόνῳ δέ τινες φερόμενοι τῶν προσφιλῶν Εἰρήνης, καὶ βουλόμενοι οὗτοι τὰ πρά-

Anno 6, cum esset concilium indictum in aedem apostolorum, eodem convenerunt etiam Satanae administri, gladiisque armati intraverunt. quo perterriti alteri inde re infecta discessere.

Anno 7 aperta est Nicaea catholica. nona Septembris, quae dies fuit septimanae prima, hora quinta, maximus solis defectus fuit.

Anno 8 septimum oecumenicum concilium Nicaeae fuit, elapsis ad id a sexto annis centum viginti duobus. tuncque Tarasii sanctissimi patriarchae opera pristinum suum ornatum recepit. convenerunt eo patres 350. qui imagines cum cruce adorandas statuerunt, nihil ii novum decernentes, sed sanctorum patrum decreta immota relinqui iubentes. iidem nova haeresi damnata, anathemate detestati sunt tres istos falso patriarchas habitos, Anastasium Constantinum et Nicetam. subscripserunt actis concilii imperator materque eius. iuxta pax tum ecclesiae dei fuit, tametsi inimicus per suos ministros zizania sua serere non cesset. vincit tamen semper dei ecclesia domini sui favore.

Anno 9 imperatrix pacto cum Francis rescisso ex Armenia ab Amnea puellam nomine Marinam duxit filioque suo Constantino, licet invito, copulavit, et nuptias confecit.

Anno 10 terrae motus fuit oppido terribilis. interim quidam de amicis Irenae invidia ducti, et ut sibi rerum administrationem vindica-

γματα διοικεῖν, συνέβαλον τὴν μητέρα κατὰ τοῦ υἱοῦ, πείσαντες
αὐτὴν ὡς οὐκ ἔστιν ὡρισμένον παρὰ θεῷ κρατῆσαι τὸν υἱόν σου·
C σὴ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία. αὕτη δὲ ὡς ἅτε γυνὴ ἐξαπατηθεῖσα,
στέργουσα δὲ καὶ τὸ φίλαρχον, ἐβεβαιώθη τῷ νοῒ οὕτως εἶναι. ὁ
γοῦν βασιλεὺς εἰκοσαετὴς ὢν καὶ ῥωμαλεώτατος πάνυ καὶ ἱκανὸς
ἐν τοῖς πολέμοις ἐλυπεῖτο μηδενὸς ἐξουσιάζων, καὶ ἐμελέτα κατὰ
τῆς μητρὸς αὐτοῦ. ἡ δὲ τοῦτο μαθοῦσα παρὰ τοῦ Σταυρακίου,
τοὺς μὲν οἰκείους ἀνθρώπους αὐτοῦ πάντας τύψασα ἐξώρισε, τὸν
δὲ μάγιστρον καὶ Θεόδωρον πατρίκιον τὸν Καμουλιανὸν καὶ ἑτέ-
ρους τῶν ἐν τέλει ἐξώρισεν ἐν Καϊστορίᾳ. τὸν δὲ υἱὸν αὐτῆς
πολλὰ λοιδορήσασα ἀπρόϊτον ἐποίησεν ἐφ' ἡμέρας ἱκανάς. πάντα
δὲ τὸν στρατὸν καὶ πάντας τοὺς ἐν τέλει ὀμόσαι πεποίηκεν ὅτι ἕως
οὗ ζῇς, οὐ καταδεξόμεθα τὸν υἱόν σου κρατῆσαι. Ἀρμενιακοὶ
D δὲ μόνοι τοῦτο οὐ κατεδέξαντο, ἀλλὰ Κωνσταντῖνον καὶ Εἰρήνην
ὡς ἐξ ἀρχῆς εὐφήμουν, τοῦ διαβόλου τὴν τοιαύτην ἐπιορκίαν καὶ
ἄρνησιν ὑποβάλλοντος τοῖς ἀνθρώποις. συναχθέντες δὲ οἱ θεμα-
τικοὶ ἐν τῷ Ἀτρώᾳ πάντες κοινῇ γνώμῃ ἐζήτησαν Κωνσταντῖνον
βασιλέα. φοβηθεῖσα δὲ ἡ Εἰρήνη τὸ ὅρμημα τοῦ λαοῦ ἀπέλυσεν
αὐτόν. καὶ αὐτοὶ μὲν τὴν μητέρα τούτου ἀπεκήρυξαν, τὸν δὲ
Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα εὐφήμησαν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς
ἐν τῇ πόλει πάντας τοὺς οἰκειακοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ
P 472 τὸν Σταυράκιον δείρας καὶ κουρεύσας ἐξώρισε, τὴν δὲ μητέρα
αὐτοῦ μετὰ τῆς ἀπαθείας αὐτῆς ἐκάθισεν ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ

rent, matrem cum filio committunt, persuadentes Irenae imperium ipsius proprium esse, neque id filio eius a deo destinatum. quo dolo illa, utpote mulier, decepta, cupiditate etiam imperandi alioquin urgente, ita rem habere apud animum suum pro certo statuit. at imperator annum iam agens vigesimum, viribusque valentissimus et ad bella idoneus, nullius se rei potestatem habere indigne ferebat, et contra matrem suam iam quaedam machinabatur. quod cum ex Stauracio intellexisset Irene, domesticos filii omnes verberibus multatos relegavit; magistrum et Theodorum patricium Camulianum aliosque proceres Quaestoriam deportavit. filium quoque acriter conviciis insectata complures dies in publicum prodire vetuit. iuramento quoque exercitum et senatum obstrinxit, eos ipsa vivente filio imperium non delaturos. soli Armeniaci milites id recusarunt, Constantinum et Irenam, sicut ab initio, imperatores salutantes, quod et reliquae legiones sunt aemulatae, diabolo haec periuria et abnegationes hominibus suggerente. omnes igitur legiones in Atroam congregatae uno consensu Constantinum imperatorem requisiverunt. itaque metuens multitudinis impetum Irena filium dimisit; quem illi statim faustis acclamationibus imperatorem salutarunt, abrogato Irenae imperio. Constantinus imperator in urbem intrans omnes patris sui domesticos atque ipsum Stauracium verberatos atque rasos deportavit; matrem in

Ἐλευθερίου, ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησεν, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστα χρήματα κατέκρυψεν. ἐγένετο δὲ ἐμπρησμός, καὶ ἐκαύθη ὅ τε τρίκλινος τοῦ πατριαρχείου, ὁ λεγόμενος Θωμαΐτης, καὶ αἱ ὑποκάτω αὐτοῦ καμάραι, ἔνθα ἀπέκειτο τὰ σχέδη πάσης γραφῆς, ἃ ἡρμήνευσεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. καὶ διῆλθεν ἡ φλὸξ ἕως τοῦ μιλίου καὶ τοῦ κοιαιστωρείου πανταχόσε ἐπινεμομένη, ἕως οὗ πάντα κατέκαυσεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξῆλθε κατὰ Βουλγάρων, καὶ τούτους νικήσας ὑπέστρεψεν. ὡσαύτως καὶ ἐν Ταρσῷ μετὰ στρατοῦ πολλοῦ ἀπῆλθε κατὰ Ἀράβων, καὶ αἰχμαλωτίσας πολλοὺς ὑπέ- B στρεψε. παρακληθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς καὶ πολλῶν τῶν ἐν τέλει αὖθις ἀναγορεύει αὐτήν, καὶ εὐφημεῖσθαι ὡς ἐξ ἀρχῆς διεκελεύσατο. πάντων δὲ πειθαρχούντων μόνοι οἱ Ἀρμενιακοὶ στασιάζουσι, καὶ ἐπιζητοῦσιν Ἀλέξιον τὸν Μωσηλέ. τοῦτον οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν ζήτησιν, καὶ διὰ τὸ λέγειν τινὰς ὡς μέλλει βασιλεύειν, δείρας καὶ κουρεύσας ἐφυλάκισε.

Τῷ β' ἔτει ἐπιστρατεύει κατὰ Βουλγάρων, καὶ συναντήσας Καρδάμῃ τῷ κυρίῳ Βουλγάρων, πλῆθος λαοῦ καὶ ἀρχόντων ἀποβαλὼν καὶ τὴν κόρτην καὶ πᾶσαν τὴν ὑπουργίαν καὶ τοὺς ἵππους, C μόλις αὐτὸς διαφυγὼν εἰσῆλθεν ἐν τῇ πόλει. τῷ δ' αὐτῷ μηνὶ ἐκ συκοφαντίας τινῶν ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι ἐκτυφλοῖ Νικηφόρον καὶ Χριστοφόρον τοὺς θείους αὐτοῦ, υἱοὺς Κωνσταντίνου τοῦ πάππου αὐτοῦ. Χριστοφόρον δὲ ἄλλον καὶ Νικήταν Ἄνθιμον καὶ Εὐδόκιμον ἐγλωσσοκόπησε, καὶ Ἀλέξιον τὸν

palatio Eleutherii, quod ipsa exstruxerat, securitate data collocavit, quo et plurimum ea auri abdidit. incendium quoque triclinium patriarchae domus, quod Thomaïtes appellabantur, et ei subiectas cameras absumpsit, ubi repositae erant schedae universae Scripturae, quibus eam sanctus Ioannes Chrysostomus fuerat interpretatus; grassatumque est usque ad miliarium et quaestorium, omnibus quae in medio erant exustis. imperator porro expeditione in Bulgaros facta victor rediit. Tarsum quoque magno cum exercitu adversus Arabas profectus multis captis reversus est. matri vero, eius desperatione et multorum summorum virorum intercessione motus, imperatoriam dignitatem reddidit, eamque ut ab initio imperatricem salutari iussit; cui mandato soli Armeniaci refragati sunt, et Alexium Mosolem depoposcerunt. quem hac de causa, ac quia eum quidam ferebant imperio potiturum, Constantinus verberatum ac rasum in custodiam dedit.

Anno 2 in Bulgaros exercitum ducens Cardamae eorum domino occurrit; amissoque militum magno numero et multis ducibus ipsaque etiam cohorte et omnibus impedimentis atque equis, aegre fuga in urbem elapsus est. eodem mense calumniis quorundam adductus exivit in aedem sancti Mamantis, ibique Nicephorum et Christophorum patruos suos excaecat. alium Christophorum Nicetam, Anthimum et Eudocimum linguis

Μωσηλὲ ἐτύφλωσεν. ἀλλ᾽ οὐκ εἰς μακρὰν ἡ τοῦ θεοῦ δίκη ἀνεκδικήτους αὐτοὺς εἴασε· μετὰ γὰρ ε΄ ἔτη τῷ αὐτῷ μηνὶ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τυφλοῦται ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος. ὑποτάξας δὲ καὶ τοὺς Ἀρμενιακοὺς πολέμῳ, τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἐποινάλισεν, ἐπιγράψας D *εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν μέλανι κεντητῷ "Ἀρμενιακὸς ἐπίβουλος·" οὓς καὶ ἐξώρισεν ἔν τε Σικελίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς νήσοις. μισήσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μαρῖναν ὑποβολῇ τῆς ἑαυτοῦ μητρός, ἐφιεμένης τῆς ἀρχῆς, πρὸς τὸ μισηθῆναι αὐτὸν (ἔσχε γὰρ ὁ βασιλεὺς πονηρὰς ὑπολήψεις κατὰ τῆς Μαρίνης) πείθει αὐτὴν γενέσθαι μοναχήν. ἔστεψε δὲ Θεοδότην κουβικουλαρίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἣ καὶ ἐμνηστεύθη παρανόμως. ἐπὶ τούτοις τοῦ πατριάρχου Ταρασίου ἀντιπίπτοντος δηλοῖ αὐτῷ Κωνσταντῖνος "εἰ μὴ τοῦτο γένηται, τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων ἀνοίγω." ὅθεν ὁ πατριάρχης φοβηθεὶς εἴασεν αὐτόν, εἰπὼν πρὸς πολλοὺς* P 473 *ὅτι οὐ καταλύσει τὸν βίον εἰρηνικῶς. καὶ ἐποίησε τὸν γάμον αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἡμέρας δ΄. ἀπέσχισαν δὲ τοῦ πατριάρχου τῆς κοινωνίας ὁ τοῦ Στουδίου ἡγούμενος καὶ λοιποὶ διὰ τὸν παράνομον γάμον τοῦ βασιλέως. εἰς οὓς καὶ πολλὰς θλίψεις εἰργάζετο ὁ βασιλεύς· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ὑπερησπίζετο αὐτῶν.*

Τῷ ς΄ ἔτει Καρδάμης ὁ κύριος Βουλγάρων ἔγραψε τῷ βασιλεῖ "ἢ τέλεσόν μοι πάκτα, ἢ ἔρχομαι ἕως τῆς χρυσῆς πόρτης." ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπέστειλεν αὐτῷ εἰπὼν ὅτι οἷα δὴ πρέπει σοι πάκτα

17 *ὁ τῶν?*

excisis mutilat; Alexio quoque Mosolae oculos eruit. neque diu horum ultionem dei iustitia distulit. post quinquennium enim eodem mense ac die ipse etiam Constantinus oculis privatus est. Armeniacis bello subactis de eorum ducibus poenas sumpsit, nigris notis faciei cuiusque impressis, quae erant "Armeniacus insidiator," eosdemque in Siciliam et alias insulas relegavit. deinde cum in Marinam coniugem suam concepisset odium ob sinistras quasdam de ea suspiciones, matris instinctu, quae imperii cupida filium invisum subditis reddere volebat, eam in monasterium detrusit; et Theodotam, matris suae cubiculariam, illicitis sibi nuptiis copulans coronavit. cumque Tarasius patriarcha se opponeret, minatus ei est se, nisi hanc rem perficeret, profanorum simulacrorum fana aperturum. itaque territus patriarcha concessit, ad multos dicens imperatorem nequaquam placide moriturum. per quatriduum nuptias egit imperator in sancti Mamantis palatio. ceterum huius coniugii causa communione patriarchae sese abstinuerunt Studiani collegii princeps atque alii, quos imperator varie vexavit, defensante eos Irena.

Anno sexto Cardames Bulgarorum princeps Constantino ita scripsit "aut persolve mihi quod pactum est, aut usque ad auream portam veniam." rescripsit imperator "quod decuit, ex pacto tibi misi. senex

ἀπέστειλα. γέρων δὲ εἶ, καὶ οὐ θέλω κοπωθῆναί σε ἕως τῶν ὧδε, ἀλλ' ἐγὼ ἔρχομαι πρὸς σέ, καὶ εἴ τι κρίνει ὁ θεός. συναθροίσας B δὲ ὁ βασιλεὺς λαὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν ἕως εἰς τὰ ἴδια.

Τῷ ζ' ἔτει ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐν τῇ Προύσῃ θερμῆσαι, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ υἱός, ὃν ἐπωνόμασε Λέοντα. ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς καταλιμπάνει τὴν μητέρα αὐτοῦ σὺν τῇ βασιλικῇ πάσῃ τάξει καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ ὑποστρέφει δρομαῖος ἐπὶ τὴν πόλιν. εὑροῦσα δὲ ἄδειαν ἡ τούτου μήτηρ πάντας ὑποσύρει τοὺς τῶν ταγμάτων ἄρχοντας πρὸς τὸ καθελεῖν τὸν υἱὸν αὐτῆς καὶ μονοκρατορῆσαι. καὶ δὴ παραγενόμενον ἐν τῷ παλατίῳ, τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ παρούσης, ἀπέκλεισαν αὐτὸν οἱ μεγιστᾶνες ἐκ συμβουλῆς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἐν τῇ πορφύρᾳ ἐν ᾗ ἐγεννήθη, καὶ ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν C δεινῶς καὶ ἀνιάτως πρὸς τὸ τεθνάναι τῇ γνώμῃ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. ἐσκοτίσθη δὲ ὁ ἥλιος τότε ἐπὶ ἡμέρας ιζ' καὶ οὐκ ἔδωκε τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ὡς πάντας λέγειν ὅτι διὰ τὴν τοῦ βασιλέως τύφλωσιν τοῦτο ἐγένετο· τοιοῦτον γὰρ σκότος ἐγένετο ὥστε καὶ τὰ πλοῖα πλανᾶσθαι. ἀλλ' ὅρα καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἀνεξερεύνητα κρίματα· μετὰ γὰρ ε' ἔτη τῷ αὐτῷ μηνὶ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἀπετύφλωσε τοὺς θείους αὐτοῦ, τυφλοῦται καὶ αὐτός. ἐκράτησε δὲ Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ μόνη ἔτη ε'. ἐστασίασαν δὲ οἱ ἀνδράδελφοι αὐτῆς, οὓς καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις· οἳ κἀκεῖσε βουλευσάμενοι D περὶ βασιλείας παρὰ τῶν ἐντοπίων ἀνῃρέθησαν, καὶ ἠφανί-

es: ideo te fatigari nolo huc usque proficiscendo, sed ipse ad te veniam. deus decernet." contractoque exercitu in eum duxit, profligatumque in suam usque dicionem est persecutus.

Anno septimo imperator cum matre Prusam ad thermas ivit. cumque ei post paucos dies filius nasceretur, cui Leoni nomen ipse fecit, allato nuntio matrem cum omni imperatorio relinquens comitatu, in urbem recurrit. ibi Irene licentiam nacta omnes ordinum principes corrumpit, ut filio imperium abrogent seque solam imperare sinant. itaque Constantinum absente matre in eius palatium venientem proceres in Porphyra, ubi natus fuerat, de sententia Irenes includunt, oculosque ei ita effodiunt ut nullus medicinae locus superfuerit ac tantum non in eorum manibus exspirarit. sol tunc per 17 dies obscuratus est, nullos emittens radios; et vulgo id ob excaecationem imperatoris evenisse ferebant. tantae autem fuerunt tenebrae ut naves quoque a cursu suo aberraverint. sed hic imperscrutabilia dei iudicia considera: nam post quinquennium ab eo die quo patruis oculos eruit, eodem anni et mensis die ipse quoque oculis multatus est. Irena mater eius sola imperium tenuit annos 5. cumque fratres mariti eius seditionem moverent, ab ea sunt Athenas relegati, ibique, cum de occupando regno consilia agita-

σθη τὸ τοῦ μιαροῦ Κοπρωνύμου ἅπαν γένος. τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου πάσχα ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύπον γενομένῃ προελεύσει εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, δείλης προῆλθεν ἐν ὀχήματι χρυσῷ, ἐποχουμένη τέσσαρσιν ἵπποις, κρατουμένη ὑπὸ πατρικίων, ῥίψασα ὑπατείαν ἐν τῇ μέσῃ πολλήν.

Τῷ γ' ἔτει Σταυράκιος τυραννίδα ἐμελέτησεν, ὅπερ μαθοῦσα ἡ βασιλὶς ἐθέσπισε μὴ προσπελάζειν τινὰ Σταυρακίῳ· ὁ δὲ τῇ λύπῃ καταπονηθείς, αἷμα ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀναγαγών, τέθνηκε.

P 474 Τῷ δ' ἔτει ἡ εὐσεβὴς Εἰρήνη τοῖς Βυζαντίοις τοὺς πολιτικοὺς ἐχαρίσατο φόρους, τῆς δὲ Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια ἐκούφισε.

Τῷ ε' ἔτει στάσιν κατὰ τῆς βασιλείας οἱ ἀνατολικοὶ ἐμελέτησαν. ἔφθασαν δὲ ἀπὸ Καρούλου τοῦ στεφθέντος βασιλέως Ῥώμης παρὰ Λέοντος τοῦ πάπα ἀποκρισιάριοι πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην Εἰρήνην, αἰτούμενοι ζευχθῆναι αὐτὴν τῷ Καρούλῳ πρὸς γάμον καὶ ἑνῶσαι τὰ ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια· ἥτις ὑπήκουσεν ἄν, εἰ μὴ Ἀέτιος ἐκώλυσε, τὸ κράτος εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν σφετεριζό-
B μενος. ἡ βασιλὶς δὲ τὰ μὲν ἄλλα φρονίμως καὶ συνετῶς διῴκησε πράγματα καὶ ὡς ἄν τις εὔξαιτο, μόνην δὲ ταύτην ἔσχεν αἰτίαν, τὴν ἔκπτωσιν καὶ τύφλωσιν τοῦ δυστυχεστάτου υἱοῦ αὐτῆς, καίτοι ζῆλον θεῖον ἔχουσα καὶ πίστιν ὀρθόδοξον. τήν τε γὰρ ἁγίαν ἑβδόμην σύνοδον καὶ τὴν τῶν ἱερῶν εἰκόνων προσκύνησιν αὕτη παρε-

15 περὶ P

rent, ab incolis sunt interfecti. sic Copronymi genus exstinctum est. postridie sancti paschatis Irena in processione, quae ex statutis ecclesiasticis fit, in aedem apostolorum ivit; atque sub vesperam in publicum aureo curru a quattuor equis provecta est, tenentibus currum patriciis, multumque pecuniae in populum spargit.

Anno 3 Stauracius tyrannidem est molitus; quod cum rescivisset Irena, omnibus eius consuetudine interdixit. isque moerore oppressus sanguinem ex pulmonibus eructans periit.

Anno 4 pia Irene Byzantinis civile tributum remisit, Abydique et Hieri commercia sublevavit.

Anno 5 seditionem contra Irenam machinati sunt orientales. venerunt etiam a Carolo, quem Leo Romae papa imposita corona imperio Romano inauguraverat, legati ad Irenam, eam Carolo in uxorem ambientes, ut sic Oriens cum Occidente uniretur. et fuisset sane assensura, nisi Aetius obstitisset, qui imperium suo fratri cogitabat parare. imperatrix cetera omnia prudenter cordateque gessit, et quo modo prorsus optandum foret. hanc unam culpam sustinuit, quod miserrimum filium imperio et oculis spoliavit, divino alioqui sacrarum studio rerum et recta fide praedita. sacrum enim 7 concilium et venerationem ima-

*σκεύασε, καὶ πολλὰ αὐτῆς καὶ μυρία τὰ κατορθώματα. αὕτη
καὶ τὴν ἐν Θεσσαλονίκῃ Βέρροιαν ἔκτισεν, Εἰρηνόπολιν μετονο-
μάσασα. ἔκτισε δὲ καὶ τὴν Ἀγχίαλον. ἀλλ' ὁ πολὺς τῶν εὐνού-
χων ἑσμὸς καὶ οἱ τούτων ἐξέχοντες, ὅ τε Σταυράκιος καὶ ὁ Λέων
ὁ Κλόκας πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι, τῆς βασιλείας ταύτην
ἀπεγύμνωσαν, καὶ Νικηφόρον ἀντ' αὐτῆς ἐπὶ τῶν θρόνων βασι-
λέα καθίδρυσαν. οὕτως αἱ τῶν κακίστων εὐνούχων βουλαὶ τοὺς
οἰκείους δεσπότας καὶ εὐεργέτας διαλυμαίνονται, ὥστε Χρυσαόριον* C
*τὸν πάλαι θαυμασιώτατον εἰπεῖν πρός τινα τῶν μεγάλων ὅτι εἰ
μὲν ἔχεις εὐνοῦχον, φόνευσον, εἰ δ' οὐκ ἔχεις, ἀγόρασον καὶ φό-
νευσον. ἐκβάλλει τοίνυν Εἰρήνην ὁ Νικηφόρος σπουδῇ Λέοντος
τοῦ Κλόκα καὶ Νικήτα πατρικίου καὶ Σισινίου τῶν αὐταδέλφων
καὶ τῶν ἐπιόρκων καὶ δολερῶν Τριφυλλίων καὶ Λέοντος πατρι-
κίου τοῦ τεσσαρακονταπήχους καὶ Γρηγορίου πατρικίου τοῦ Μου-
σιλάκη καὶ ἑτέρων τινῶν τῶν ἐν τέλει· οἵτινες ἐλθόντες ἐν τῇ
χαλκῇ ὥρᾳ τετάρτῃ τῆς νυκτός, καὶ τοὺς φύλακας ἐξαπατήσαντες,
ἔπεισαν ὅτι παρὰ τῆς Αὐγούστης ἀπεστάλησαν ἀναγορεῦσαι βασι-
λέα τὸν Νικηφόρον. οἱ δὲ πιστεύσαντες τῷ τηλικούτῳ ψεύσματι
συνανηγόρευσαν καὶ αὐτοὶ βασιλέα τὸν τύραννον. πολλοὶ γοῦν
ἐθαύμαζον πῶς ὁ θεὸς συνεχώρησε τὴν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως* D
*μαρτυρικῶς ἐναθλήσασαν ὑπὸ ἀσεβοῦς οὕτω τυραννικῶς ἐκβλη-
θῆναι. ἄλλοι τὴν εἰς τὸν υἱὸν αὐτῆς ἁμαρτίαν προεβάλλοντο,
καὶ ἄλλοι ἄλλως ἐδυσφήμουν καὶ κατεγόγγυζον. φύλακας τοίνυν
ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Ἐλευθερίου περιστήσας (ἐκεῖσε γὰρ ἔτυχε τυγ-*

ginum sacrarum ipsa confecit, multaque alia praeclarissima facinora edidit. Berrhoeam quoque apud Thessalonicam refecit, suoque de nomine Irenopolin dixit; et Anchialum instauravit. sed eunuchorum turba, interque hos praecipui Stauracius et Leo cognomine Clocas, inter se dissidentes imperium ei abrogaverunt, et loco eius Nicephorum in solio imperatorio collocarunt. ita pessimorum eunuchorum consilia suos dominos atque benefactores pessundant, ut recte Chrysaorius, maximi apud veteres vir nominis, summo cuidam viro dixerit "si habes eunuchum, occide eum: si non habes, eme et neca." Irenam ergo imperio deturbat Nicephorus opera Leonis Clocae, Nicetae patricii et Sisinii fratrum, periurorumque et dolosorum Triphylliorum, et Leonis patricii Tessaracontapechis (cognomento a 40 cubitis ducto), et Gregorii patricii qui et Muselaces, et aliorum quorundam procerum. hi quarta noctis hora ad Chalcem venientes (ea est aerea porta) custodibus astu persuadent missos se ab Augusta, ut Nicephorum imperatorem designent. custodes mendacio huic fidem adhibentes, ipsi quoque Nicephorum imperatorem dicunt. mirati sunt multi cur deus passus sit eam, quae pro vera religione martyris in morem decertavisset, tam tyrannice ab impio homine deiici. quidam id eius in filium sceleri imputarunt, alii alias obtrectarunt. ceterum Nicephorus palatium Eleutherianum (ibi enim

χάνουσα ἡ βασιλὶς) ὄρθρου ἀγαγὼν αὐτὴν ἐν τῷ παλατίῳ ἀπέκλεισε, καὶ οὕτως προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τὸ στεφθῆναι, Ταρασίου ἔτι τὸν θρόνον κατέχοντος. οἱ δὲ ὄχλοι κατηρῶντο καὶ τὸν στέφοντα καὶ τὸν στεφόμενον τύραννον, καὶ ἀπεκάλουν ἀλιτήριον.

P 475 Νικηφόρος πατρίκιος καὶ γενικὸς λογοθέτης ἐβασίλευσεν ἔτη η' ἡμέρας θ'. τῇ ἐπαύριον δὲ παραλαβών τινας τῶν πατρικίων ἀνῆλθε πρὸς τὴν βασίλισσαν φρουρουμένην, καὶ χρηστότητα ὑποκριθεὶς παρηγόρει αὐτὴν λέγων "πᾶσάν σου ἀνάπαυσιν ποιήσω, εἰ τοὺς θησαυρούς σου καταμηνύσεις μοι." ἡ δὲ συνετῷ τῷ φρονήματι πρὸς τὸν χθὲς μὲν δοῦλον ἐπίορκον σήμερον δὲ τύραννον ἔφη "ἐγὼ μέν, ὦ ἄνθρωπε, θεὸν ἡγοῦμαι τὸν ὑψώσαντά με εἰς ταύτην τὴν βασιλείαν, ταῖς δ' ἐμαῖς ἁμαρτίαις τὴν καθαίρεσιν B ἐμαυτῆς προσάπτω· ἐν πᾶσι δὲ τούτοις εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον. οὐ μὴν δὲ ἀγνοεῖς τὰς κατὰ σοῦ μηνυθείσας ἐπιβουλάς, αἷς εἰ συνυπήχθην, ἀκωλύτως εἶχον τοῦ ἀνελεῖν σε. ἀλλὰ τὸ μὲν τοῖς σοῖς ὅρκοις πειθομένη τὸ δὲ φειδομένη σου πάντα παρελογισάμην, τῷ θεῷ ἀποδιδοῦσά σε, δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ δυνάσται κατεξουσιάζουσι. καὶ τὰ νῦν ὡς εὐσεβῆ σε καὶ ἐκ θεοῦ προβληθέντα βασιλέα προσκυνῶ, καὶ αἰτοῦμαι φείσασθαί μου τῆς ἀσθενείας καὶ συγχωρῆσαί με εἰς τὸν ὑπ' ἐμοῦ κτισθέντα τὸν Ἐλευθερίου οἶκον, εἰς ψυχαγωγίαν τῆς ἀσυγκρίτου μου συμφορᾶς." ὁ δὲ ἔφη "καὶ εἰ τοῦτο θέλεις σοι γενέσθαι, ὄμοσόν μοι

tum degebat Irene) custodibus cinxit, maneque eam in palatium ductam inclusit. itaque in templum progressus est, uti coronaretur, Tarasio adhuc patriarcha. populus autem et coronantem et coronatum diris egit, tyrannum hunc et scelestum appellans.

Nicephorus patricius et generalis logotheta imperavit annos 8 dies 9. postridie quam imperium occepit, quibusdam patriciis comitatus ad Irenam se contulit, quae a custodibus adservabatur, bonitatemque simulans bono eam animo esse iussit, promittens, si de thesauris suis certiorem ipsum redderet, de summa se ei quiete prospecturum. illa autem prudente animo eum qui heri periurus servus fuerat, hodie tyrannidem gerebat, sic affata est "heus tu, deum ego agnosco fuisse qui me ad imperium hoc evexerit, me vero meis delictis meruisse, ut eo exciderem. in his omnibus laus sit divino nomini. neque vero tu nescis delata ad me fuisse de tuis insidiis indicia, quibus si credidissem, nemine vetante interficere te poteram: sed partim iuramentis tuis fidem adhibens, partim tibi parcens, ista omnia neglexi, deo te relinquens, quo auctore reges regnant et principes dominantur. nunc etiam tibi ut pio et deo ad imperium evecto imperatori supplico, petens ut meae imbecillitatis rationem habens patiaris me inhabitare domum Eleutherianam a me conditam, quo incomparabilem meam consoler calamitatem." ad haec Nicephorus respondit, quando ita cupiat, se per omnia ei liberalissime gra-

μὴ ἀποκρύψαι τι τῶν θησαυρῶν, καὶ πᾶσάν σου θεραπείαν ποιῶ." C
ἡ δὲ ὤμοσεν αὐτῷ, ὑποδείξασα καὶ πλοῦτον πολύν. ὁ δὲ τοῦ ποθουμένου τυχὼν παρευθὺ ἐξώρισεν αὐτὴν ἐν τῇ Πριγκήπῳ, εἰς ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησε μοναστήριον. ἰδὼν δὲ πάντας τοὺς ἐν τέλει λυπουμένους ἐπ' αὐτῇ διὰ τὴν ἀπληστίαν αὐτοῦ, φοβηθεὶς μή ποτε οἱ λαοὶ μεμνημένοι τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῆς μέλλωσι πάλιν αὐτὴν ἀναγορεύειν, χειμῶνος ἐπικειμένου βαρυτάτου οὐκ ᾤκτειρεν αὐτήν, ἀλλ' ἐξώρισεν εἰς Μιτυλήνην, φρουρεῖσθαι αὐτὴν προστάξας. τῇ δὲ θ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐκ λύπης καὶ ἀθυμίας ἐτελεύτησεν ἐν τῇ αὐτῇ Λέσβῳ. μετεκόμισε δὲ τὸ σῶμα αὐτῆς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ μονῇ τῆς Πριγκήπου, ἣν αὐτὴ ᾠκοδόμησε· σφό- D
δρα γὰρ εὐσεβὴς καὶ φιλάρετος οὖσα πολλὰ ξενοδοχεῖα καὶ γηρωκομεῖα καὶ μοναστήρια κατεσκεύασε, καὶ φόρων κουφισμοὺς καὶ ἄλλα πλεῖστα κατωρθώσατο. Κωνσταντῖνον δὲ τὸν υἱὸν αὐτῆς, φιλαργυρίᾳ μᾶλλον ἀγόμενος ἢ οἴκτῳ, προσελάβετο συνέστιον αὐτῷ, οἰόμενος πλοῦτον ἐγκεκρυμμένον φανερῶσαι αὐτῷ. ὁ δὲ φιλοφρονούμενος ὑπ' αὐτοῦ κουφότητι γνώμης ὑπέδειξεν αὐτῷ τὸν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, ὃ νῦν λέγεται σίγμα, θησαυρὸν ἀνακτισθέντα δι' ὀρθομαρμαρώσεως. καὶ τοῦτον ἀφελόμενος καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῇ μητρὶ αὐτοῦ παρεῖδε. Νικήταν τε τὸν Τριφύλλιον ἀξίως τῆς P 476
ἑαυτοῦ γνώμης ἀμειβόμενος, ὡς συναγωνισθέντα αὐτῷ εἰς τὸ κατασχεῖν τὴν βασιλείαν, φαρμάκῳ ἀνεῖλεν, εὖ γε τῆς ἀξίας ἀνταποδιδούς.

tificaturum: iuraret modo nullum se thesaurum celaturam. iuravit Irena, et magnas ei opes commonstravit. sed Nicephorus optatis potitus, statim eam relegavit in monasterium quod in Principis appellata insula ipsa condiderat. cernens deinde insatiabilem suam avaritiam omnibus proceribus molestam esse, in metum venit ne populus aliquando Irenam, memoria acceptorum ab ea beneficiorum motus, ad imperium revocaret: iccirco eam absque omni miseratione Mitylenem relegavit, gravissima imminente tempestate. atque ibi illa in Lesbo insula ex animi aegritudine decessit, 9 Augusti die. corpus eius imperator in monasterium Principis rettulit, quod ab ea fuisse aedificatum ostendimus. nam pro insigni pietate ac virtute sua multa pro recipiendis peregrinis et fovendis senibus aedificia, multa monasteria condiderat, annonam quoque leviorem redegerat, aliaque multa praeclara facta ediderat. porro Nicephorus Constantinum Irenes filium, avaritia magis ductus quam misericordia, in suum contubernium recepit, spe thesaurorum ab eo percipiendi indicia. et quidem comiter ab eo tractatus Constantinus, ut erat futili ingenio, demonstravit ei thesaurum in Semicirculo (Sigma hodie vocant) abditum, sub erectis marmoribus constructo muro; quem nactus Nicephorus istum non secus ac matrem neglexit. Nicetam vero Triphyllium, cuius strenua opera in imperio acquirendo usus fuerat, praeclare scilicet relata gratia, veneno sustulit.

Βαρδάνιος δὲ τῆς ἀνατολῆς στρατηγὸς ὢν ἐν ἑαυτῷ ἐφρόντιζε τῆς βασιλείας ἐπιλαβέσθαι. τὴν διατριβὴν δὲ ἐν τῷ Φιλομιλίῳ ποιούμενος μοναχῷ τινὶ τῶν προγνώσεως ἠξιωμένων τὰ τῆς βουλῆς ἀνακοινοῦται, συνίστορα ἔχων Λέοντα τὸν Ἀρμένιον. ἀκούσας δὲ οὗτος ὁ Βαρδάνιος παρὰ τοῦ μοναχοῦ τὴν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀφαίρεσιν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν πήρωσιν, εἰ τοῦτο κατατολμήσειεν ὑποστήσεσθαι, μετὰ λύπης ὑπέστρεψεν. ὡς δὲ B τοὺς ἵππους αὐτῷ προσεκόμισαν οἱ τούτῳ ἐξυπηρετούμενοι, τούτοις ὁ μοναχὸς ἐνατενίσας ὑπονοστεῖν προσφωνεῖ τὸν Βαρδάνιον. ὁ δὲ προσδοκήσας τι τῶν αὐτῷ καταθυμίων μέλλειν εἰπεῖν τὸν μοναχόν, ἤκουσε παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ "μηδέν σοι πεφροντισμένον ἔστω περὶ τῆς βασιλείας. κἄντε γὰρ ἑκοντὶ κἄντε μή, μὴ τοῦτο κατατολμήσεις. εἰ τοῦτο δὲ πειραθῇς, τῶν σῶν ὀμμάτων, ὡς ἔφην, καὶ τῆς ὑπάρξεως ὑποστήσῃ τὴν ἀλλοτρίωσιν. οἱ δὲ τοὺς ἵππους σου κομίσαντες, τούτων ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος διαδηματοφορήσουσι, καὶ ὁ τρίτος ἀναγορευθεὶς ταχέως ἀπολεῖται, μὴ τυχὼν ὧν ἐφίεται." ὁ τοίνυν Βαρδάνιος τὰ τοῦ λογισμοῦ αὐτῷ τε τῷ Λέοντι καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾷ παρεδήλου, φάσκων τοιάδε "σὺ μὲν ὦ C Λέον βασιλεύσας, καὶ ὁ Θωμᾶς ἀναρρηθείς, παρὰ Μιχαὴλ φονευθήσεσθε (οὕτω γὰρ ὁ μοναχὸς ἐξεῖπέ μοι), μόνου τοῦ Μιχαὴλ διαφυλαχθησομένου ἐν τῇ βασιλείᾳ." οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τῶν θεμάτων πολλὰ καταναγκαζομένων διὰ τὰς ἐπιτεθείσας αὐτοῖς ἀπαιτήσεις παρὰ Νικηφόρου ἀποσκιρτήσαντες ἀνηγόρευσαν βασιλέα Βαρδάνιον, ᾧ ἐπίκλην Τοῦρκος. ὅς γε δυσφορῶν ἐπὶ τούτῳ

Eo tempore Bardanius quidam Orientis dux, de imperio sibi vindicando cogitans, cum degeret Philomelii, consilium suum monacho cuidam, quem futurorum praescientia deus dignatus fuerat, aperit, conscio rei Leone Armenio. praedixit ei monachus, si imperium affectaret, et opibus suis et oculis spoliatum iri. cum tristis discederet Bardanius famulique equos adducerent, in hos intuitus monachus reverti ad se Bardanium iussit, sperantique aliquid se eorum quae cupiebat auditurum, denuo praecepit ne de potiundo imperio quicquam cogitaret: nam sive id ultro sive aliter tentaturus esset, fore ut cum opibus oculos amittat. ceterum ex iis qui equos adduxissent, primum et secundum diademate potituros: tertium quoque imperatorem declaratum iri, sed statim periturum, minime consecutum quod cupiverat. Bardanius hoc responsum Leoni Michaelo et Thomae recitavit, "tu quidem, o Leo" inquiens "imperator, et Thomas imperator designatus, a Michaelo interficiemini, isque imperium tenebit: sic enim mihi monachus vaticinatus est." non multo post tempore aliquot exercitus crebris Nicephori exactionibus coacti ab imperatore desciverunt, Bardaniumque cognomento Turcum imperatorem crearunt. qui tametsi metu periculi sibi denun-

παρῃτεῖτο, μὴ δυνηθεὶς δὲ διαδρᾶναι βιαζόμενος ὑπ' αὐτῶν κατ-
ῆλθεν ἐν Χρυσουπόλει εὐφημούμενος. τούτων δὲ γενομένων Λέων
καὶ Μιχαὴλ τῷ βασιλεῖ προσερρύησαν, ὧν ὁ μὲν τῆς τῶν φοιδε-
ράτων ὁ δὲ τῆς τοῦ κόμητος κόρτης τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζονται,
Θωμᾶς δὲ μέχρι κινδύνων τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ ἀφοσιοῖ τὰ τῆς πί- D
στεως. εἶτα τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐν καρδίᾳ κεκτημένος ὁ Βαρδά-
νιος, καὶ δεδιὼς μή πως δι' αὐτὸν ἐμφύλιος γένηται πόλεμος,
λάθρᾳ πρὸς τὸν βασιλέα ἐκπέμπει λόγους ἀπαθείας ζητῶν. καὶ
λαβὼν ναυσιπόρος διέδρα νυκτός, καὶ ἀπελθὼν ἐν τῷ Καταβολίῳ
εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλείου μονὴν γέγονε μοναχός. ὁ δὲ μετ' αὐτοῦ
λαὸς οἴκαδε ᾤχετο. σχηματισάμενος δ' ὁ βασιλεὺς ἀγαγεῖν τὸν
Βαρδάνιον ἐν τῇ πόλει δρόμωνα ἐξαπέστειλε. τοῦ δὲ παραγενο-
μένου ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ πρὸς τὴν μονὴν ἣν αὐτὸς κατεσκεύασε,
προάστειον οὖσαν αὐτοῦ, ἐκτυφλοῦται ὑπὸ Λυκαόνων τινῶν γνώμῃ
τοῦ βασιλέως. διὸ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποκρίσει δῆθεν λυπηθείς, P 477
πάντας μεθ' ὅρκων ἐπληροφόρησεν ἀναίτιον αὐτὸν εἶναι τοῦ τοιού-
του δράματος ὁ μηδέποτε εὐορκήσας.

Τῷ β' ἔτει ἔστεψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σταυράκιον, ἀποίητον ὄντα τῇ τε ἰδέᾳ καὶ γνώμῃ καὶ ῥώμῃ. τούτῳ τῷ ἔτει ἐξῆλθε κατὰ Ἀράβων, καὶ μετ' αἰσχύνης ἡττηθεὶς ὑπέστρεψε, παρὰ μικρὸν συσχεθεὶς καὶ αὐτός, εἰ μή τινες τῶν ἀρχόντων ἀνδρειότατοι τοῦτον μόλις περιεσώσαντο.

tiati recusaret, compulsus tamen et effugiendi facultate destitutus Chrysopolin venit, ibique salutatus est imperator. his factis, Leo et Michaelus ad Nicephorum se contulerunt: horum alter foederatorum, alter comitis cohorti praeficitur. Thomas vero ut fidem domino suo servaret, nullum periculum reformidavit. mox autem Bardanius, ut erat dei metuens, veritus ne civili bello causam praeberet, missis clam ad Nicephorum nuntiis impunitatem postulat, eaque impetrata per noctem navigio profugit, et in monasterium Heraclii, quod est in Catabolio, delatus ibi monachus est factus. populus, qui sub eo fuerat, domum discessit. at imperator missa celoce simulat se Bardanium Cpolin evocare; qui cum venisset in Protam insulam, ad monasterium quod ibi in suburbano construxerat, ex mente voluntateque imperatoris oculi ei a Lycaonibus quibusdam eruuntur. et Nicephorus id factum sibi dolere simulans iuramento omnibus confirmat se in culpa eius non esse, cum ne alias quidem unquam verum iurasset.

Anno 2 Stauracium filium suum coronat, hominem neque forma neque animo neque viribus nobilem. eodem anno in Arabes exercitum duxit; victusque et propemodum ab hostibus captus (quidam enim ducum fortissimi aegre eum eripuerunt) cum dedecore domum rediit.

Τῷ γ' ἔτει εὑρὼν μικρὰν ἄδειαν ἔκτισεν Ἄγκυραν Γαλατίας καὶ τὴν Θήβαν καὶ τὴν Ἀνδρασόν.

B Τῷ δ' ἔτει Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἀπεβίω ἐνδόξως, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι μοναστηρίῳ ἐν τῷ στενῷ. τῇ δ' τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν καὶ τῇ μεγάλῃ κυριακῇ ἐχειροτονήθη Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἀπὸ ἀσηκρῆτις, ψήφῳ παντὸς λαοῦ καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἱερέων. Πλάτων δὲ καὶ Θεόδωρος ἡγούμενος τῶν Στουδίου οὐ συνηυδόκησαν τῇ χειροτονίᾳ Νικηφόρου, ἀλλὰ καὶ σχίσμα ἐποίησαν, αἰτίαν δῆθεν εὔλογον ἔχοντες τὸ μὴ δεῖν ἀπὸ λαϊκῶν ἀθρόως εἰς ἐπίσκοπον ἀνατρέχειν· οὓς ὁ βασιλεὺς τῆς πόλεως ἀπελάσαι βουληθεὶς ἀνετράπη παρά τινων. καὶ οὐκ ἦν
C τὸ πρᾶγμα ξένον οὐδὲ προσφάτως ἐπινοηθέν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἄλλοι ἀπὸ λαϊκῶν ἐπεσκόπησαν, ἀξίως τῷ θεῷ ἱερατεύσαντες. τούτῳ τῷ ἔτει Ἀαρὼν ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς ἐπεστράτευσε κατὰ Ῥωμανίας μετὰ χιλιάδων τ', καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ Τύανα ᾠκοδόμησεν οἶκον τῆς βλασφημίας αὐτοῦ, καὶ παρέλαβε κάστρα ἄπειρα. ἀπέστειλε δὲ κοῦρσον ξ' χιλιάδας ἕως Ἀγκύρας, καὶ ἀφανίσας πάντα ὑπέστρεψεν. ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ Νικηφόρος ἐν ἀπογνώσει τὰ γενναῖα τῆς ταλαιπωρίας ἐπιδεικνύμενος, καὶ δὴ σκεψάμενος πέμπει πρὸς αὐτὸν εἰρήνην γενέσθαι, δηλώσας οὕτως "ἵνα τί ἐπιχαίρεις ταῖς ἀδικίαις καὶ ταῖς αἱματεκχυσίαις, μὴ ἀρκούμενος εἰς τὰ
D ἴδια, ἀλλὰ παραβαίνεις ὅρκους ἀρχαίους καὶ πατρῴους; ποῖος

Anno 3, aliquantulum otii nactus, Ancyram Galatiae Thebamque et Andrasum condidit.

Anno 4 Tarasius sanctissimus Cpolis patriarcha honeste vitam clausit, sepultusque est in monasterio quod ipse exstruxerat in Angustiis. quarta die primae septimanae ieiuniorum, et magna dominica, Nicephorus secretarius creatur sanctissimus patriarcha, totius populi, imperatoris et sacerdotum suffragiis. Plato autem et Theodorus Studiani collegii praefectus eam electionem improbaverunt et discessionem fecerunt, probabili usi argumento, non debere scilicet subito aliquem de laïco episcopum fieri. quos imperator urbe eiecisset, nisi consilium eius quidam inflexissent. sane id neque novum neque recens excogitatum fuit factum, cum multi etiam alii de laïcis episcopi creati deo convenienter se in eo munere tractaverint. hoc anno Aaron Arabum dux in Romanam dicionem trecenta milia duxit, cumque Tyana pervenisset, aedem ibi suae impietati posuit. infinita castra cepit; emisitque sexaginta milia, qui incursionibus Ancyram usque vagati sunt, evastatisque in quae incideret omnibus, domum rediit. eduxit suos etiam Nicephorus, desperatis iam rebus suam virtutem ostendens; initoque consilio, ad Arabem pacis impetrandae causa literas scripsit, quarum exemplum sequitur. "quorsum iniustitia et caedibus gaudes, non contentus tuis, finesque veteres et paternos transis? quisnam divinus vates haec te

*γάρ σοι προφήτης θεῖος ταῦτα ποιεῖν εἴρηκεν; οὐχὶ Μουχούμετ ὁ
προφήτης σου παρήγγειλεν ὡς ἀδελφὸν ἔχειν Χριστιανὸν πάντα
καὶ λέγειν; μὴ γὰρ ὁ πάντων θεός, ὁ δημιουργὸς καὶ προνοητὴς
ἀμφοτέρων, αἵμασιν ἀνθρώπων ἀδίκως ἐκχυνομένοις χαίρει; μὴ
γένοιτο. ἢ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ τῶν λοιπῶν ὑστερούμενος
ἐξῆλθες ἀδικῆσαι τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντάς σε; καίτοι γε τὰ κάλ-
λιστα καὶ ἡμῖν δυσπόριστα καὶ ἐπέραστα κατακόρως ἔχεις. εἰ δέ
τινος τῶν ἡμετέρων ἐνδεὴς εἶ, αὐτίκα παρέξομεν φιλοστοργίας
τρόπῳ. μὴ τοίνυν ὡς ἀθάνατοι καὶ ἄθεοι κατ' ἀλλήλων στρα-* P 478
*τευώμεθα, καὶ τὸν ἐκ δαιμόνων κατ' ἀνθρώπων πόλεμον ἐκ φθό-
νου μιμώμεθα, γινώσκοντες ὅτι μικρὸν ὕστερον τελευτήσομεν καὶ
πρὸς κριτὴν ἀδέκαστον ἀπελευσόμεθα, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ
τὰ ἔργα αὐτοῦ." ταῦτα τοῦ βασιλέως Νικηφόρου ἐπιστείλαντος
μετὰ δώρων τινῶν, ὁ Ἄραψ ἀγαθυνθεὶς καὶ ἀνταποστείλας δῶρα
πλεῖστά τε καὶ θαυμάσια μετ' εἰρήνης ὑπέστρεψε, τὴν Νικηφό-
ρου σύνεσιν ὑπερθαυμάζων. καὶ στοιχήσας κατ' ἔτος τελεῖσθαι
αὐτοῖς νομίσματα χιλιάδας λ', καὶ ἀνὰ τρία νομίσματα αὐτὸν τὸν
βασιλέα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐν τάξει κεφαλητίωνος, καὶ μηδὲ τὰ
παραληφθέντα ὑπ' αὐτοῦ κάστρα κτισθῆναι, ἀπῄει. τούτων δὲ* B
*ὑποστρεψάντων εὐθέως ὁ βασιλεὺς ἔκτισεν αὐτὰ καὶ κατωχύρω-
σεν. ὅπερ μαθὼν ὁ Ἀαρὼν ἀποστείλας πάλιν εἷλε τὴν Θήβαν,
καὶ πέμψας στόλον εἰς Κύπρον τάς τε ἐκκλησίας κατέστρεψε καὶ
τοὺς Κυπρίους μετέστησε, καὶ πολλὴν ἅλωσιν ποιήσας τὴν εἰρήνην
διέστρεψε.*

agere iussit? nonne Muchumetus tuus vates omnem Christianum te pro fratre habere atque agnoscere iubet? an omnium opifex deus, et utrorumque curam gerens, sanguine hominum iniuste fuso delectatur? absit. an ideo exiisti domo, iniuria affectum eos a quibus laesus non es, quia auro argento aliisve rebus indigeas? atqui pretiosissima quaeque et nobis magni aestimata paratuque difficilia abunde possides. quodsi qua re nostra opus habes, statim nos eam tibi amanter praebebimus. non ergo, perinde ac si immortales essemus nullique deo subditi, inter nos depugnemus, malorum daemonum bella adversus homines imitati, cum sciamus paulo post nos morituros, et coram iudice, qui corrumpi se non patitur, comparituros, qui cuivis dignam suorum factorum mercedem reddet." his literis, quibus et dona quaedam erant adiecta, placatus Arabs plurima et mirabilia munera vicissim Nicephoro misit, admiratus eius acumen, et pace facta discessit. pactum autem fuit ut Romani Arabibus quotannis triginta milia nomismatum penderent, et terna ipse imperator eiusque filius nomismata, loco census in capita, neve Romani castra ab Arabibus capta reficerent. enimvero Arabibus digressis statim ea Nicephorus instauravit atque muniit. quo cognito Aaron rursum misso exercitu Thebam cepit, missaque in Cyprum classe templa evertit et Cyprios pepulit, magnaque parta praeda pacem discidit.

Τῷ ς′ ἔτει οἱ Ἄραβες μετὰ στόλου τὴν Ῥόδον κατέλαβον, καὶ πολλοὺς αἰχμαλωτίσαντες τὸ φρούριον κρατῆσαι οὐκ ἴσχυσαν. ἐν δὲ τῷ ἐπανέρχεσθαι αὐτοὺς ἐλθόντες εἰς τὰ Μύρα, τὴν ἱερὰν τοῦ ἁγίου Νικολάου λάρνακα πειραθέντες συντρῖψαι, ἄλλην ἀντ' C ἐκείνης πλησίον κειμένην συνέτριψαν· αὐτίκα τε πολλὴ ἀνέμων θύελλα καὶ θαλαττίων κυμάτων φορὰ βροντῶν τε καὶ ἀστραπῶν ἀνωμαλία τὸν στόλον κατέλαβεν, ὡς ἱκανὰ συντριβῆναι σκάφη, αὐτόν τε τὸν λαὸν ἐπιγνῶναι τὴν τοῦ ἁγίου δύναμιν, καὶ παρ' ἐλπίδα τὴν κάκωσιν ἐκφυγεῖν.

Τῷ ζ′ ἔτει Θεόδωρος ὁ ἡγούμενος τῶν Στουδίου καὶ Ἰωσὴφ ὁ αὐτάδελφος αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, ἅμα Πλάτωνι ἐγκλείστῳ καὶ τοῖς λοιποῖς μοναχοῖς, τῆς κοινωνίας Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀπέσχισαν διὰ Ἰωσὴφ τὸν οἰκονόμον ὡς παρανόμως στεφανώσαντα Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδότην. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀφορμῆς δραξάμενος, ἐπισκόπους πολλοὺς καὶ ἡγουμέ- D νους ἀθροίσας, σύνοδον κατ' αὐτοῦ κροτηθῆναι ἐκέλευσε, δι' ἧς ἐξεβλήθησαν τῆς μονῆς καὶ τῆς πόλεως, ἐξορίᾳ παραπεμφθέντες. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ῥόγας διδομένης τῷ λαῷ ἐν Στρυμόνι, ἐπιπεσόντες οἱ Βούλγαροι ταύτην ἀφείλοντο, χρυσίου λίτρας χιλίας ἑκατόν, καὶ τὸν στρατηγὸν ἅμα τῷ λαῷ κατέσφαξαν, καὶ λαβόντες τὸ τοῦλδον ὑπέστρεψαν. τῷ αὐτῷ χρόνῳ Κροῦμος ὁ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸς τὴν Σαρδικὴν παρέλαβε, καὶ χιλιάδας ς′ στρατιωτῶν κατέσφαξεν. ὁ δὲ Νικηφόρος δῆθεν κατ' αὐτοῦ ἐξελθὼν

16 κρατηθῆναι P

Anno sexto Arabes cum classe Rhodum appulerunt, multisque captis hominibus castellum occupare nequiverunt. in reditu cum Myra venissent, conati sacram divi Nicolai cistam confringere, aliam prope sitam eius loco comminuerunt. statimque classem magna ventorum procella et maritimorum fluctuum impetus tonitruumque et fulgurum promiscua tempestas invasit, multasque naves contrivit, ita ut sancti viri potentiam multitudo intellexerit et praeter spem exitium evitaverit.

Anno 7 Theodorus Studiani collegii praefectus eiusque frater Iosephus Thessalonicae archiepiscopus, cum Platone incluso et reliquis monachis, se a commercio beati patriarchae Nicephori absciderunt propter Iosephum dispensatorem, quod is contra leges Constantinum et Theodotam coronasset. imperator ea arrepta occasione, multis episcopis et primariis viris convocatis, effecit ut contra illos concilium haberetur; quod eos et monasterio et urbe eiecit atque relegavit. eodem anno cum ad Strymonem stipendia multitudini solverentur, Bulgari subito irruentes ea interceperunt, auri libras 1100, ducemque cum exercitu occiderunt, et rapto tuldo discesserunt. eo ipso tempore Crumus Bulgarorum princeps Sardicam cepit et sex milia militum necavit. Nicephorus autem expeditione contra eum facta magnum et memorabile nihil egit.

ἀξιόλογον μὲν οὐδὲν ἐποίησε, τοῖς δὲ περισωθεῖσιν ἐκ τῆς φυγῆς ἄρχουσιν αἰτοῦσι λόγον σωτηρίας μὴ δοὺς τοῖς ἐχθροῖς προσφυγεῖν ἐβιάσατο, ἐν οἷς ἦν Εὐθύμιος σπαθάριος μηχανικός. στάσεως P 479 δὲ ἐπ' αὐτῷ γινομένης, δώροις τοὺς πλείονας ὑποκλέψας ὕστερον ἐκάκωσε δημεύσεσι καὶ ἐξορίαις καθυποβαλών. σκεψάμενος δὲ ταπεινῶσαι τὰ στρατεύματα, ποῖον δεινὸν κατὰ Χριστιανῶν οὐκ ἐπενόησε; προσέταξε γὰρ τοὺς Χριστιανοὺς ἐκ παντὸς θέματος ἐπὶ τὰς Σθλαβινίας μετοικίζεσθαι, τὰς δὲ τούτων στάσεις πιπράσκεσθαι· καὶ ἦν αἰχμαλωσίας οὐκ ἔλαττον τὸ πρᾶγμα. ἐν ἀμηχανίᾳ τοὺς πάντας γεγονότας, δευτέραν σὺν ταύτῃ κάκωσιν προσέταξε στρατεύεσθαι πτωχούς, καὶ ἐξοπλίζεσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν ὁμοχώρων, παρεχόντων ἀνὰ ιη' νομίσματα καὶ πρὸς τὸν δημόσιον ἀλληλεγγύως τὰ δημόσια αὐτῶν. τρίτη κακόνοια ἐπ- B οπτεύεσθαι πάντας, καὶ ἀναβιβάζεσθαι τὰ τούτων δημόσια τέλη, παρέχοντας καὶ χαρτιατικοῦ ἕνεκα ἀνὰ κεράτια δύο. τετάρτη πληγή, τοὺς κουφισμοὺς πάντας ἀναβιβάζεσθαι προσέταξε. πέμπτη συμφορά, τοὺς τῶν εὐαγῶν οἴκων παροίκους, τοῦ τε ὀρφανοτροφείου ξενώνων γηρωκομείων ἐκκλησιῶν μοναστηρίων βασιλικῶν, τὰ καπνικὰ ἀπαιτεῖσθαι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς αὐτοῦ τυραννίδος, τὰ δὲ κρείττονα τῶν κτημάτων εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν αἱρεσθαι, τὰ μέντοι τέλη αὐτῶν ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐναπομείνασιν εἰς τοὺς αὐτοὺς εὐαγεῖς οἴκους, ὡς διπλοῦσθαι C πολλῶν τὰ τέλη, τῶν οἰκήσεων στενουμένων, καὶ τῶν χωρίων καὶ

8 ὑποστάσεις Goarus, *facultates, bona stabilia*

elapsos quidem fuga duces veniam poscentes, ea non dignans, transfugere ad hostes coegit. fuit inter eos Euthymius spatharius mechanicus. orta contra se seditione, plerosque donis delinitos postmodo publicationibus bonorum et exsiliis ultus est. idem ut exercitus deprimeret, quod non mali excogitavit adversus Christianos? primo enim Christianos ex omnibus regionibus in Slaviniam coegit demigrare, et eorum habitationes divendidit; quae res nihil ab hostili captivitate abfuit, omnibus in summas angustias coniectis. secundum maleficium, imperavit ut egeni militarent, iisque a vicinis arma et stipendia in singulos 18 nomismatum darentur, ac census praeterea publicus eorum nomine penderetur. id Allelengyum vocabatur, quod alteri pro alteris tributi nomine sponsores essent. tertio omnium bona inspici indeque censum in publicum exigi iussit, nomine chartiatici praeterea exactis in singulos duobus ceratiis. quarto omnes onerum relaxationes sustulit. quinta calamitas, quod ab omnibus sacris aedibus, paroeciis, pupillis educandis destinata domo, hospitalibus, ad senes fovendos factis aedibus, fumarium tributum exegit ab initio usque sui imperii. meliora de eorum bonis in fiscum suum transferri iubebat: nihilominus tamen tributum de his pendendum iis imponebatur quae reliquerat in iis ipsis sacris domibus, ut multis tributum duplicaretur, interim habitationibus ita exinanitis, ut inde emigrare

ἐξοικεῖν. ἕκτη τυραννὶς σκοπεῖσθαι παρὰ τῶν στρατηγούντων τοὺς ἀθρόως ἐκ τῆς πτωχείας ἀνακτισθέντας, καὶ ἀπαιτεῖσθαι χρήματα ὡς εὑρετὰς θησαυρῶν. ἑβδόμη κάκωσις, τοὺς πρὸ κ' χρόνων εὑρηκότας καὶ μέχρι τῆς δεῦρο πίθον ἢ σκεῦος ὁτιοῦν καὶ αὐτοὺς ἐξαργυρίζεσθαι. ὀγδόη ἀδικία, τοὺς ἐκ πάππων ἢ προπάππων κληρονομήσαντας διαιρεθέντας ἐκ τῶν αὐτῶν κ' χρόνων ἐξαναδιδόναι τῷ δημοσίῳ, καὶ τοὺς ὠνησαμένους ἔξω τῆς Ἀβύδου σώματα οἰκετικὰ ἀνὰ δύο νομίσματα τελέσαι προσέταξε, μά-
D λιστα τοὺς κατὰ τὴν δωδεκάνησον. ἐννάτη παράνοια, τοὺς τὰς παραθαλασσίους οἰκοῦντας, μάλιστα τῆς μικρᾶς Ἀσίας, ναυκλήρους, μηδέποτε γηπονικῶς ζήσαντας, ἄκοντας ὠνεῖσθαι ἐκ τῶν καθαρπαγέντων παρ' αὐτοῦ κτημάτων, ὡς ἂν ἐκτιμηθῶσι παρ' αὐτῶν. δεκάτη ἀθεΐα, τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισήμους ναυκλήρους συναγαγὼν δέδωκεν ἐπὶ τόκῳ τετρακεράτου τὸ νόμισμα ἀνὰ χρυσίου λίτρας δώδεκα, τελοῦντας καὶ τὰ συνήθη κομμέρκια. ταῦτα ἐκ τῶν πολλῶν ὡς ἐν κεφαλαίῳ μικρά μοι ἐστηλογράφηται, δηλοῦντα τὸ πρὸς πᾶν εἶδος πλεονεξίας αὐτοῦ πολυμήχανον. τὰ
P 480 γὰρ κατὰ τὴν βασιλίδα τοῖς ἐν τέλει καὶ μέσοις καὶ εὐτελέσιν ἐνδειχθέντα δεινὰ παρ' αὐτοῦ πέρα συγγραφῶν ὄντα παρελίπομεν, ὅπως τοὺς πονηροὺς τῶν οἰκετῶν καθυπέβαλε συκοφαντεῖν τοὺς ἑαυτῶν δεσπότας, ὅσοι δηλαδὴ ἐν εὐπορίᾳ ἔτυχον, τοὺς μὲν διαβάλλοντας τιμῆς ἀξιῶν, τοὺς δὲ διαβαλλομένους ἐξαργυρίζων.

cogerentur. sextum tyrannicum institutum, quod a praetoribus inspici res eorum iussit qui ex pauperie subito ad opes pervenissent, ab iisque, veluti qui thesauros invenissent, pecuniam postulari. septimum, quod emunxit etiam hos pecunia qui a viginti retro annis ad praesens usque tempus dolium aut vas aliquod aliquando reperissent. octavum, qui ab avis vel proavis hereditatem percepissent, etsi ea divisa iam inde a 20 annis esset, eos pensionem in publicum conferre coegit. utque ii qui extra Abydum mancipia emebant, de singulis duo nomismata solverent, maxime Dodecanesum (ita duodecim insularum civitas vocatur) incolentes. nonum, naucleros maritima, praesertim minoris Asiae, inhabitantes et nunquam agriculturam expertos invitos coegit emere praedia quae aliis ipse eripuerat, indeque tributum solvere. decimum, illustres Cpoli naucleros in unum conduxit, iisque duodecim cuique libras auri tradidit ea lege, ut in singula nomismata usurae nomine quattuor ceratia solverent, cum nihilominus reliqua etiam vectigalia navigiorum ab iis penderentur. haec ex multis pauca compendio annotavi, ex quibus eius ad omne lucri genus commentorum multiplex varietas cognosci possit. omisimus enim quas in regia urbe summi medii et infimi loci atque condicionis hominibus intulit iniurias, plures quam ut perscribi possint. cuius generis sunt, quod divitum servos subornavit, qui falso suos dominos crimine accusarent, delatoribusque honorem habuit, calumnia circumventos argento multans. quin et eo rapinarum processit ut quen-

ὥστε καί τινα κηρουλάριον ὄντα ἐν τῷ φόρῳ, ἀνενδεῆ τυγχάνοντα ἐκ πόνων ἰδίων, μεταστειλάμενος ὁ παμφάγος φησί "θὲς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ὄμοσον πόσος χρυσός σοι ἐστίν." ὁ δὲ λίτρας ἑκατὸν ἐξεῖπεν ἔχειν. ὁ δὲ ἀγαγεῖν ταύτας κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν ἔφη. ὧν ἐνεχθέντων φησὶν ὁ ἐσκοτισμένος B "σὺ τί χρείαν ἔχεις περισπασμοῦ; συναρίστησόν μοι, καὶ ἄρας νομίσματα ἑκατὸν πορεύου ἀρκούμενος αὐτοῖς."

Τῷ θ' ἔτει τὰς κατὰ Χριστιανῶν ἐπινοίας ἐπέτεινεν, ἐποψίας ἀθέους, ἐπαγορασμοὺς παντοίων ἀλόγων βοσκημάτων τε καὶ καρπῶν, ἀδίκους δημεύσεις καὶ ζημίας τῶν ἐν τέλει, τοκισμοὺς ἐν πλοίοις ὁ πᾶσι νομοθετῶν τὸ μὴ τοκίζειν, καὶ ἄλλας μυρίας κακῶν ἐπινοίας, ὧν ἡ κατὰ μέρος ἱστορία φορτικὴ τοῖς ἐπιτετμημένως ζητοῦσι μανθάνειν τὰ πράγματα πέφυκε. τῶν δὲ Μανιχαίων, τῶν νῦν Παυλικιανῶν καὶ Ἀθιγκάνων, τῶν κατὰ Φρυγίαν καὶ Λυκαονίαν ἀγχιγειτόνων αὐτῷ (ἐκεῖθεν γὰρ ἐγεγόνει) C φίλος ἦν διάπυρος, χρησμοῖς καὶ τελεταῖς αὐτῶν ἐπιχαίρων. οὗτοι χώραν ἔλαβον ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀφόβως πολιτεύεσθαι, καὶ πολλοὶ τῶν κουφοτέρων ταῖς ἀθεμίτοις αὐτῶν διεφθάρησαν δόξαις. ἐν δὲ τῷ ἔξω κιονίῳ ψευδερημίτης ἦν Νικόλαος τοὔνομα, ὃς σὺν τοῖς σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐβλασφήμουν. ὧν ἀντιποιούμενος ὁ βασιλεὺς ἐλύπει τὸν ἀρχιερέα καὶ πάντας τοὺς κατὰ θεὸν ζῶντας. πολλάκις γὰρ κατ'

dam mellis ceraeque institorem in foro degentem, qui suo labore sufficientes sibi opes paraverat, ad se vocatum iusserit manum capiti imperatoris subiicere, itaque iuratum edicere quantum possideret auri. cumque is centum auri libras sibi esse fateretur, statim ut eas afferret mandavit. quo facto "quorsum" inquit "tibi solicitudine ista opus est? prande mecum, centumque nomismatibus tecum domum ablatis contentus esto."

Anno 9 suis contra Christianos commentis magis magisque incubuit, impias opum inspectiones exercens, coemptiones iniustas omnium animalium brutorum et pecoris, publicationes bonorum et multas procerum, usuras de navigiis captatas, cum interim re foenebri aliis omnibus interdixisset, aliaque infinita mala excogitans, quae cupientibus res gestas compendio cognoscere molestus sit futurus, si quis velit singulatim recensere. fuit etiam summo studio deditus Manichaeis iis qui nunc Pauliciani et Athingani dicuntur, per Phrygiam et Lycaoniam degentibus et sibi vicinis (inde enim ortus erat), oraculis eorum et sacrificiis gaudens. ii ergo ipso imperante licentiam nacti suo more vivendi multos futilis ingenii homines nefariis suis opinionibus infecerunt. fuit tum in exteriori columella Nicolaus quidam falso eremitae (ita vocantur qui in solitudinibus religionis causa abditi vivunt) nomine praeditus, qui cum suis sociis verae religioni et venerandis imaginibus impie obloquebatur. eos imperator amplectens patriarcham aliosque pios urebat. itaque in

αὐτοῦ ἐγκαλῶν ἠγανακτήθη, τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐχθραίνουσι
D σφόδρα συγχαίρων, καὶ ἐπιτωθάζων παντὶ Χριστιανῷ φιλοῦντι τὸν πλησίον ὡς ἀνατροπεὺς τῶν θείων ἐντολῶν. τοὺς στρατιωτικοὺς ἄρχοντας δουλικῶς χρᾶσθαι τοῖς ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς ἐκέλευε, καταγομένους αὐθεντικῶς ἐν τοῖς ἐπισκοπείοις καὶ μοναστηρίοις, καὶ καταχρᾶσθαι τὰ αὐτῶν. τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἀναθεμένους τῷ θεῷ χρυσᾶ ἢ ἀργυρᾶ σκεύη ἔψεγε, καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἱερὰ κοινοῦσθαι ἄξιον ἐδογμάτιζε. τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς ἅπαντας ὡς ἀκυβερνήτας ἐμέμφετο, καθόλου τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν, καὶ μηδένα λέγων γίνεσθαι τοῦ κρατοῦντος δυνατώτερον,
D πείρᾳ καὶ ταῖς πολλαῖς ἐν τῷ μακρῷ βίῳ τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν διοικήσεσιν, ἐν αἷς ἐξητάσθησαν, ἀκίβδηλον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρετῆς ἐξενηνόχασι τὸ δοκίμιον, τὰς ἐλπίδας σαλεύω, καὶ τὴν διακονίαν ὑπὸ τούτων ἀνυσθῆναι δεόντως θαρρῶ. ἀπελθὼν οὖν αὐτὸς σὺ" φησίν "ἀπάγγειλον αὐτοῖς τὸ τῆς διακονίας εἶδος καὶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. καὶ βουλομένων ἐξελθεῖν ἐπευδοκῶ καὶ αὐτός." ὡς δ' ἀκούσαντες οἱ ἄνδρες ἦλθον εἰς ἔκπληξιν, καὶ τὸ γῆρας ἀνθ' ἱκετηρίας προυβάλλοντο καὶ τοὺς προηγησαμένους ὑπὲρ τοῦ πολιτεύματος κόπους, καὶ παρενεχθῆναι ἐξ αὐτῶν τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν ἱκέτευσαν, ὑπέστρεψεν ἄπρακτος ὁ πεμφθείς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνων λαληθέντα ἀπήγγειλεν. ὅπερ ἀκούσας "εἰ τὸ ἐμὲ ἐξελθεῖν δοκεῖ εἶναι ἀδύνατον, παραιτοῦνται δὲ τὴν λειτουργίαν οἱ λαμπρότατοι μάγιστροι, οὐδένα ἔχων τοῦ πράγματος διοικητὴν ἀξιόχρεων καταλειφθῆναι τοῦτο ἀνεπίσκε-
P 591 πτον βούλομαι. κρεῖττον γάρ" φησί "παρακερδαίνειν τινὰς ἀπὸ

11 σαλεύων C 14 ἐπεξελθεῖν C 21 ὑπηρεσίαν C

ralis delegisset quos eam rem recte administraturos putabat, et eorum nomina ad imperatorem attulisset, in magnam apud eum reprehensionem incurrit, quod tales homines tanto negotio idoneos iudicasset. meliores se in tota civitate non invenire causanti, imperator "tantum" inquit "hoc munus existimo esse, ut si ita liceret, me ipsum ad id obeundum proficisci debere putem. quod quia indecorum est neque fieri potest, necesse habeo spem meam despondere duobus rei publicae magistris, qui tempore et usu rerum multisque in longa vita gestis magistratibus fidei suae integritatem et virtutem probarunt. nam ab his negotium recte confectum iri fido. tu ergo abi, et iis rationes huius administrationis meamque voluntatem expone. si volunt ad eam obeundam exire, mihi hoc probatur." magistri hoc nuntio perterriti supplices deprecantur, aetatis suae et laborum pro re publica iam ante exhaustorum innitentes excusationi; petuntque ut hoc ministerium aliis imponatur. generalis re infecta ad imperatorem redit, eorumque excusationes exponit. ad ea Basilius "quando" ait "fieri non potest ut ego exeam, et hoc munus illustrissimi recusant obire magistri, inspectorum huiusmodi constitutionem ego omitti volo: praestat quippe aliquos lucrum iniustum

τῶν τοῦ δημοσίου μὴ καλῶς, ἢ κακῶς ὑποπτεύειν ζημίαν τινὰς συντρίβουσαν αὐτοὺς καὶ συμπνίγουσαν." καὶ διὰ τοῦτο παρὰ πάντα τὸν τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ χρόνον ἔμεινεν ἀνεξίσωτος ἢ φάναι μᾶλλον ἐλεύθερος καὶ ἀδιάπρακτος ὁ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπας τῶν ὅλων θεμάτων λαός.

Τοῦ πρεσβυτέρου δὲ τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως, Κωνσταντίνου, ὡς εἴπομεν, τὸν βίον μετημειφότος, καὶ τοῦ φίλτρου καὶ τῶν ἐλπίδων ἐπὶ τὸν δεύτερον υἱὸν Λέοντα μεταπεσόντων, δεινὸς ὁ φθόνος B *ὁπλίζεται κατ' αὐτοῦ· καὶ ὅπως, τὰ ἑπόμενα δηλώσει τρανότερον. μοναχὸς ἦν τις τῶν πάνυ φιλουμένων καὶ πιστευομένων Βασιλείῳ τῷ βασιλεῖ, ἦν δὲ καὶ ἱερεύς, ὃν Σανδαβαρηνὸν κατωνόμαζον· ὃς εἰ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐστέργετο, ἀλλ' οὐκ εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις δόξαν χρηστήν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις παρὰ Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως διεκωμῳδεῖτο ὡς ἀπατεὼν καὶ γόης καὶ τὸν βασιλέα τῶν καθηκόντων ἐξάγων λογισμῶν καὶ εἰς ἃ μὴ δεῖ παρασύρων. ὑφ' ὧν δακνόμενος ἐκεῖνος τὴν ψυχήν, καὶ ἀνταμύνασθαι σπεύδων τὸν λυποῦντα, φιλίαν ὑποκρίνεται πρὸς τὸν Λέοντα, καί ποτέ φησι πρὸς αὐτόν "ἵνα τί, ὦ βασιλεῦ, νεανίας ἤδη ὢν* C *καὶ παρὰ τῷ πατρί σου φιλούμενος, μὴ ἐπιφέρῃ ῥομφαίαν ἢ μάχαιραν, ὅταν κατ' ἀγροὺς συνιππάζῃ σου τῷ πατρί, ἵνα καὶ αὐτῷ, εἰ κατὰ θηρίου σχῇ χρείαν, ἐπιδιδῷς; καὶ εἴ τι λαθραῖον πολλάκις κατ' αὐτοῦ ἐπιβούλευμα γένηται, μὴ ἄνοπλος εὑρεθῇς, ἀλλ'*

1 ζ. ὑποστῆναί τινα σ. αὐτὸν C   3 ἀνεξίσατος C

ex publico praecipere, quam male metuere multam quae eos opprimat aliquam." hoc modo factum est ut subditi Romano imperio provinciales, quamdiu ei Basilius praefuit, verbo quidem non sint ad aequalitatem census adacti, re ipsa autem liberi et ab exactionibus immunes manserint.

Enimvero vita functo, uti rettulimus, Constantino, tum amor et spes omnis in Leonem, qui huic natu proximus fuerat Basilii filius devoluta atrocia ipsi odia pepererunt, quae res planius est narrando explicanda. erat quidam monachus, idemque sacerdos, eorum e numero quibus impensius imperator favebat plurimumque fidebat, nomine Sandabarenus. is quanquam imperatori carus esset, tamen apud alios in mala erat existimatione, et iccirco a Leone illo saepe traducebatur ut impostor ac praestigiator, qui imperatorem a sanis consiliis ad nugas et inutiles cogitationes averteret. momordit hoc animum monachi, utque de ultione cogitaret impulit. eapropter simulata erga Leonem benevolentia aliquando in hanc sententiam eum compellat. "cum iam, o Caesar, adoleveris patrique sis dilectus, qui fit quod cum eo venatum exiens neque ensem neque cultrum tecum fers, quem patri eo ad feras indigenti porrigas; aut si, quod saepe usu venit, clandestinis insidiis

ἔχῃς τι μεθ' ὅτου δυνήσῃ τοὺς πατρικοὺς ἐχθροὺς ἀνταμύνασθαι;" οὐχ ὑπειδόμενος δὲ τὸν δόλον ὁ Λέων, οὐδὲ συννοήσας τὴν μηχανήν, δέχεται τὴν συμβουλήν, καὶ μάχαιραν ἐντὸς τοῦ ὑποδήματος ἐπιφέρεσθαι πείθεται. γνοὺς δὲ ὁ Σανδαβαρηνὸς εἰς
D ἔργον χωρήσασαν τὴν ἑαυτοῦ σκευωρίαν, πρόσεισι τῷ βασιλεῖ καὶ φησὶ "γνωστόν σοι ἔστω, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐπιβουλεύει τῇ ζωῇ σου ὁ σὸς υἱός· καὶ εἰ ἀπιστεῖς, ὅταν κατὰ θήραν ἐξίῃς, κέλευσον περιαιρεθῆναι τὰ πέδιλα τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ εἰ εὑρεθείη ξίφος ἐπιφερόμενος, ἔσται πάντως ἡ ἐμὴ συμβουλὴ συμφέρουσα." ἐλέχθη ταῦτα, ἔξοδος κατηγγέλθη βασιλική, συνεξῆλθεν ἅπαν τὸ εἰωθός, ἔξεισι καὶ Λέων ὁ τοῦ βασιλέως υἱός. καὶ κατά τινα τόπον γενόμενος ὁ βασιλεὺς προσποιεῖται χρείαν ἔχειν μαχαίρας, καὶ ἐπεζήτει ταύτην μετ' ἐπιτάσεως. μηδὲν οὖν τῶν ὑπονοουμένων τῷ πατρὶ προειδὼς ὁ υἱός, ἀπονήρως ἐφελκυσάμενος ἣν ἐπεφέρετο μάχαιραν ἐπιδίδωσι τῷ πατρί. τούτου γενομένου αἱ μὲν τοῦ Σανδαβαρηνοῦ προσαγγελίαι εὐθὺς ἐπιστεύοντο, αἱ δὲ παρὰ τοῦ Λέοντος ἀπολογίαι μάταιοι καὶ κεναί. ὑποστρέψας οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ βασίλεια πρὸς ὀργὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ διανίσταται,
P 592 καὶ ἔν τινι τῶν βασιλείων οἴκων, ὃς μαργαρίτης κατονομάζεται, ἔμφρουρον τοῦτον πεποίηκεν· ἀφαιρεῖται δὲ καὶ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα. διηρεθίζετο δὲ παρὰ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ καὶ τοὺς λύχνους ἀποσβέσαι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκωλύθη ποιῆσαι ὑπὸ τοῦ πατριάρχου καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, τῆς εἱρκτῆς δὲ ὅμως εἶχεν ἐντός. χρόνου δὲ παραδραμόντος συχνοῦ,

1 ἀνταμύνεσθαι C   6 γνωστέον P

petatur, in promptu habeas quo patris inimicos ulciscare?" Leo dolum non sentiens, neque suspicatus quorsum hoc commentum pertineret, consilium admittit; et persuaderi sibi patitur ut in ocrea cultrum secum efferat. Sandabarenus insidias sibi succedere intelligens, imperatorem convenit, indicatque vitae eius a filio insidias tendi. si id non credat, venatum egressus ocreas Leoni detrahi iubeat: invento tum cultro intellecturum, se recte monere. haec monachus. statim Basilius venationem indicere, cum solito comitatu exire, cumque ad certum locum esset ventum, simulare sibi opus cultro esse, eumque vehementius exposcere. ibi Leo, qui nihil de suspicione a patre concepta praescivisset, simpliciter cultrum quem secum ferebat depromere ac patri praebere. confestim ergo Sandabareni praemonitio pro vera haberi, Leonis excusationes inanes iudicari. reversus domum imperator filium infenso animo ornamentis imperatoriis spoliatum in quoddam palatii conclave, cui Margarites nomen, includit, ibique detinet; ac nisi patriarcha et senatus prohibuissent, etiam oculos ei (nam ad hoc a Sandabareno instigabatur) effossurus fuerat. multum ex eo lapsum est temporis, donec

καὶ πολλάκις τῆς συγκλήτου βουληθείσης διαπρεσβεύσασθαι περὶ τούτου καὶ κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην αἰτίαν ἄλλως καὶ ἄλλως κωλυομένης, πρόφασις δίδοται εὔλογος, ἐξ ἧς ὡδηγήθησαν εἰς τὸ καταλῦσαι τὰ σπουδαζόμενα. ζῷον ἦν τι πτηνὸν ἐν κλωβῷ κατὰ τὰ B βασίλεια αἰωρούμενον πρὸς θέαν καὶ τέρψιν τῶν θεωμένων καὶ ἀκουόντων (ψιττακὸς ὄνομα τῷ ζῴῳ), μιμηλὸν καὶ πολύφωνον· ὅπερ εἴτε πρός τινων διδαχθὲν εἴτ' ἄλλως πως ἐξ αὐτομάτου πολλάκις "αἲ αἲ κύριε Λέον" ἐφθέγγετο. εὐωχίας δέ ποτε τελουμένης τῷ βασιλεῖ καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένου τὸ προρρηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες τῆς εὐωχίας ἐπαύσαντο καὶ ἐπὶ συννοίας ἐκάθηντο· οἷσπερ προσσχὼν ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν τῆς ἀποχῆς τῶν βρωμάτων ἐπήρετο. οἱ δὲ δακρύων ὑποπλησθέντες τοὺς ὀφθαλμοὺς "τίνα ὦ δέσποτα" εἶπον "βρῶσιν φαγούμεθα, οὕτως ὑπὸ C τῆς φωνῆς τοῦ ἀλόγου τούτου ὀνειδιζόμενοι, δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοί τε καὶ φιλοδέσποτοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸ ἄλογον ζῷον τὸν οἰκεῖον ἀνακαλεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες λήθην τοῦ μηδὲν ἀδικήσαντος ἐλάβομεν δεσπότου. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶν ἐλέγχεται καὶ κατὰ τοῦ πατρὸς εὐτρεπίσας τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες ἡμεῖς τούτου γενησόμεθα πάντες, τοῦ αἵματος αὐτοῦ μὴ λαμβάνοντες κόρον· εἰ δ' ἐφ' οἷς ἐνεκλήθη διαφεύγει τὸν ἔλεγχον, μέχρι τίνος ἡ συκοφάντις γλῶσσα κατ' αὐτοῦ δυναμοῦται;" μαλαχθεὶς οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθεσθῆναι τούτοις προσ-

8 κῦρι C

tandem senatu saepenumero pro Leone intercedere conato, aliisque atque aliis de causis impedito, tandem propositi exsequendi talis sese obtulit opportunitas. in palatio avis quaedam humanae vocis aliarumque imitatrix, nomine psittacus, in cavea suspensa degebat, ut spectatores atque auditores oblectaret. ea avis sive fortuito sive ita a quodam docta, vociferari solebat "heu heu domine Leo." quodam tempore cum ad convivium imperator senatores praecipuos vocasset, eamque vocem avis saepiuscule ederet, moestitia oborta convivae cibo potuque omisso cogitabundi assederunt. cumque id animadvertens imperator causam rei perquireret, ii oculos lacrimis oppleti "qui" inquiunt, "imperator, cibum capiamus, voce bestiae huius obiurgati nos qui rationis compotes et dominorum studiosi credimur? bruta haec avis domini sui nomen invocat: nos luxui dediti insontem oblivioni mandamus. etenim si insidiarum patri structarum convincitur Leo, omnes nos nostris eum manibus necare parati sumus, neque sanguis eius nobis saturandis sufficiet. sin crimina ei intentata non demonstrantur, quantisper tandem calumniatrix lingua eum opprimet?" his verbis demitigatus imperator bono animo esse in praesentia eos iubet, seque rem curae habiturum pro-

D ἐτάξε, σκοπῆσαι δ᾽ αὐτὸς περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγείλατο· μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθὼν ἐξάγει τε φρουρᾶς καὶ εἰς ὄψιν ἄγει τὸν υἱόν, καὶ τὴν πένθιμον ἀμείβει στολήν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης περιαιρεῖ, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τιμὴν ἀποδίδωσιν.

Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ διαρροίας νόσῳ ἁλίσκεται, καὶ κατὰ μικρὸν τῇ τοιαύτῃ τηκεδόνι κατεμαραίνετο. διαθεὶς δ᾽ ὡς ἐδόκει τὰ τῆς βασιλείας, καὶ τὸν κληρονόμον καὶ διάδοχον γνώριμον ποιησάμενος, τὸν βίον ἀπέλιπε, συμβασιλεύσας μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Μιχαὴλ χρόνον ἕνα, ἑτέρους δὲ ἐννέα καὶ δέκα χρόνους περὶ τὴν αὐτοκράτορα τῆς βασιλείας διαπρέψας ἀρχήν. διαδέχεται δὲ τὴν ὅλην τῆς ἐξουσίας ἀρχὴν Λέων ὁ καθ᾽ ἡλικίαν πρῶτος τῶν περιόντων υἱῶν.

P 593 Λέων δὲ τῶν ὅλων γενόμενος κύριος, τῶν ἄλλων τῶν συμβαλλομένων τῷ πολιτεύματι ὀλίγα ἢ τὸ παράπαν μὴ φροντίσας, τῷ θυμῷ δὲ σφαδάζων καὶ τὴν παρὰ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ κατ᾽ αὐτοῦ συστᾶσαν σκευωρίαν ἔναυλον ἔχων, εὐθὺς διαναστῆναι ἔκρινε πρὸς ἐκδίκησιν, προκαταστησάμενος εὐλογοφανεῖς αἰτίας, ὡς ἂν δόξειε τὰ πραττόμενα μετ᾽ εὐλόγου πράττεσθαι ἀφορμῆς, καὶ τὰ ἐμπόδια ἐκ μέσου περιελών. εἰδὼς γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι δυνηθείη φαῦλον ἐνδείξασθαι κατὰ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ Φωτίου τὸν πατριαρχικὸν ἰθύνοντος θρόνον, — προστήσεσθαι γὰρ αὐτοῦ γενναιότερον καὶ ἀντιλήψεσθαι ὑπετόπασε, καὶ μὴ συγχωρῆσαι τυ-

21 φλαῦρον C

mittit. ac non magno post temporis intervallo ad naturam reversus Leonem carcere eductum in conspectum suum admittit, vestem lugubrem demit, comae superflua, quae per luctum creverant, auferri iubet, dignitatemque Caesaris pristinam reddit.

Haud multo post Basilius in alvi profluvium incidit; eoque morbo paulatim contabescens, cum res imperii pro suo arbitrio constituisset heredemque et successorem suum declarasset, diem obit. imperavit cum Michaelo annum unum, solus unumdeviginti annos imperium praeclare gessit. successit ei Leo, filiorum superstitum maximus natu.

Leo summa rerum ad se devoluta, initio ceterorum quae ad rem publicam pertinebant aut exiguam aut nullam curam gessit, sed prae ira tumultuans insidiasque in se Sandabareni recenti memoria animo obversans statim ad exigendas de eo poenas se accinxit, causas in speciem honestas ac probabiles praetexens, ut quae agebantur omnia ratione recta fieri putarentur, et impedimenta amoliens. primo omnium de submovendo Photio patriarcha cogitatum, quod hoc pontificatum suum obtinente sentiret Sandabareno se male facere non posse, quem a Photio acriter defensum et contra vim propugnatum iri noverat. etenim

ραννικόν τι παθεῖν· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐφέρετο λόγος ὡς αὐτὸς ὁ B Φώτιος οἰκείῳ συγγενεῖ μνηστευόμενος τὴν βασιλείαν καὶ τῷ Σανδαβαρηνῷ κοινολογησάμενος, καὶ δόξαν ἀμφοῖν μὴ ἄλλως ἐπιτυχεῖν τοῦ ἐφετοῦ εἰ μὴ ὁ Λέων ἐκποδὼν γένοιτο, τὴν προειρημένην ἔρραψαν κατ᾽ αὐτοῦ συκοφαντίαν. τοῦτον οὖν ἔγνω πρῶτον μετακινῆσαι τοῦ θρόνου, καὶ ταχέως ἐκπέμψας τὸν μάγιστρον Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην, ἅμα τῷ μαγίστρῳ Ἰωάννῃ καὶ γεγονότι λογοθέτῃ τοῦ δρόμου τῷ Ἁγιοπολίτῃ, κατὰ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἀνελθεῖν ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἐκκλησίας προσέταξε, καὶ τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας πάντων εἰς ἐπήκοον ἀναγνόντας τοῦ θρόνου τοῦτον καταγαγεῖν κἀν τῇ τῶν Ἁρμονιανῶν περιορίσαι μονῇ. κατὰ πόδας δὲ Στέφανον σύγκελλον, τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, C ὁ βασιλεὺς πατριάρχην προβάλλεται, ὅτι μὴ τοῖς ζῶσιν ἐνηριθμεῖτο ὁ Ἡρακλείας, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ πρωτοθρόνου. πέμψας δὲ διὰ ταχέων εἰς τὴν Εὐχάϊταν, τὸν Σανδαβαρηνὸν Θεόδωρον τὴν εἰρημένην ἐκκλησίαν πηδαλιουχοῦντα εἰσαγαγεῖν ὡς αὐτὸν προσέταξεν.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, τὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν καὶ ἄλλους συγκλητικοὺς πολλοὺς εἰς τὸ ἐν Χρυσουπόλει τοῦ Φιλιππικοῦ μοναστήριον ἐκπέμψας μετὰ κλήρου καὶ κηρῶν καὶ λαμπάδων καὶ ἀρωμάτων ἐξαγαγεῖν τοῦ τάφου τὸν ἀναιρεθέντα βασιλέα Μιχαὴλ διωρίσατο, ἐν κυπαρισσίνῃ τε λάρνακι καταθεῖναι, καὶ ἐντίμως καὶ βασιλικῶς περιστείλαντας ἐν τῇ πόλει εἰσαγαγεῖν, D

4 σκοποῦ C 12 δὲ] δὲ τὸν C 15 Εὐχάϊτα C 19 χρυσοπόλει C

id quoque iactabatur, Photium in eo fuisse ut suorum cognatorum quendam ad imperium eveheret; cumque id se perficere nisi sublato Leone nequire iudicaret, Sandabareno idem sentienti in parandis istis insidiis socium se praebuisse. ergo imperator Andream magistrum, exercituum ducem, cum Ioanne Hagiopolita magistro et dromi logotheta mittit in magnam ecclesiam, iubetque eos de suggesto ad aures multitudinis ex scripto recitare crimina Photii, eumque in Harmonianorum monasterium relegare. e vestigio in eius locum Leo fratrem suum Stephanum syncellum ingerit; quem, quia tum episcopus Heracleae in vivis non erat, Theophanes praeses designavit. celeriter etiam Euchaitam misit, qui inde Sandabarenum Theodorum (is enim eius urbis ecclesiae gubernacula tenebat) ad se adducerent.

Dum haec geruntur, interim Andrea exercituum praefecto aliisque senatoriis viris multis Chrysopolin ad Philippici monasterium missis cum coetu sacerdotum, cereis, facibus atque aromatibus, cadaver Michaeli imperatoris trucidati sepulchro educi, in arca cupressina poni, imperatorioque splendore velatum Cpolin afferri iussit. ibi cum cantu

κἀκεῖθεν μετὰ ᾠδῶν καὶ ὕμνων ἄχρι τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων προπέμψαι, ἑπομένων ἐκεῖσε καὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἀδελφῶν Ἀλεξάνδρου καὶ Στεφάνου τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐν λάρνακι θεῖναι μαρμαρίνῃ· ὃ καὶ ἐγένετο.

Προεβάλλετο δὲ καὶ Στυλιανὸν τὸν Ζαουτζᾶν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου· ἤδη γὰρ ἤρξατο πλησιάζειν τῇ αὐτοῦ θυγατρί, ζώσης ἔτι τῆς κατὰ νόμον συνεζευγμένης αὐτῷ γυναικὸς τῆς Αὐγούστης Θεοφανοῦς, ἀκουούσης καὶ βλεπούσης τὰ γινόμενα, καὶ μηδαμῶς τῷ τῆς ζηλοτυπίας πάθει ἀναφλεχθείσης ποτέ.

P 594 Κατὰ πόδας δὲ παρελήφθη παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ ἡ κατὰ τὸ Χαρσιανὸν διακειμένη πόλις ἡ ὑψηλή, καὶ ᾐχμαλωτίσθη ἅπας ὁ ἐν ταύτῃ λαός. ἐγένετο δὲ καὶ ἐμπρησμὸς κατὰ τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῆς πόλεως, ἐν τῇ λεγομένῃ Σιδηρᾷ. ἔργον δὲ τούτου γέγονε καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ὃν τεφρωθέντα καὶ αἰθάλην γενόμενον ὁ βασιλεὺς αὖθις πολυτελῶς ἀνεκαίνισεν.

Εἰσήχθη δὲ καὶ ὁ Σανδαβαρηνὸς εἰς τὴν πόλιν, καὶ ὑπέθεντο τῷ βασιλεῖ Ἀνδρέας ὁ στρατηλάτης καὶ Στέφανος μάγι-
B στρος, οἱ πολλὰ παρὰ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ πρὸς Βασίλειον τὸν βασιλέα διαβληθέντες, ἐξετάσαι τὰ τῆς γενομένης κατ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως γραφῆς. διεβεβαιοῦντο δὲ καὶ δυνατὸν εἶναι ἐξελεγχθῆναι ὡς βουλόμενοι Φώτιός τε ὁ πατριάρχης καὶ αὐτὸς ὁ Σανδαβαρηνός τινα τῶν τοῦ Φωτίου συγγενῶν εἰς τὴν βασιλείαν ἀναγαγεῖν

5 ζαατζᾶν C 7 νόμους C

et hymnis exceptum, itaque usque ad aedem apostolorum deductum est, comitantibus pompam etiam fratribus imperatoris, Alexandro patriarcha et Stephano. estque repositum in marmorea arca.

Idem Leo Stylianum Zautzam magistrum ac logothetam dromi creavit, cuius cum filia iam tum consuetudinem habebat, vivente etiamnum legitima uxore Augusta Theophanone; quae etsi videbat inaudiebatque quid rei gereretur, nunquam tamen aemulatione ob violatam lecti fidem exarsit.

Eo ipso tempore Agareni urbem quae ad Charsianum erat sublimem ceperunt, incolasque omnes captivos abduxerunt. incendium quoque in urbis parte meridionali, loco cui Ferreae nomen, cum alia absumpsit, tum apostoli Thomae templum in cinerem ac favillam redegit; quod magno deinde impendio imperator instauravit.

Interim Sandabareno Cpolin adducto, Andreas exercituum dux et Stephanus magister, quos Sandabarenus apud Basilium multis calumniis gravarat, Leoni suadent ut de crimine ipsi intentato inquisitionem instituat; affirmantque fieri posse ut certis demonstretur indiciis quo pacto Photius patriarcha et Sandabarenus, ut quendam Photii cognatum ad

τὸ μελετηθὲν ὑπεκρίναντο δρᾶμα. πεμφθέντες οὖν τινὲς πρὸς βασιλέως ἀγαγεῖν τόν τε Φώτιον καὶ τὸν Σανδαβαρηνὸν ἐν τοῖς παλατίοις τῶν πηγῶν ἐκελεύσθησαν. ἰδίᾳ μέντοι ὥριστο φρουρεῖσθαι ἑκάτερον. ἐξετασταὶ δὲ καὶ διαγνώμονες τῶν κατ' αὐτῶν κινουμένων αὐτός τε ὁ στρατηλάτης ἐπέμφθη Ἀνδρέας καὶ ὁ μάγιστρος Στέφανος καὶ ὁ μάγιστρος ὁ Ἁγιοπολίτης καὶ Κρατερὸς C καὶ Γοῦβερ οἱ πατρίκιοι. ἀγαγόντες οὖν τὸν πατριάρχην Φώτιον καὶ ἐντίμως ἐπὶ θρόνου καθίσαντες, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, τὴν ἐξέτασιν ἐποιοῦντο. καὶ φησὶν ὁ στρατηλάτης πρὸς τὸν πατριάρχην "γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, τὸν μοναχὸν Θεόδωρον;" ὁ δὲ "μοναχοὺς οἶδα Θεοδώρους πολλούς· ποῖον λέγεις;" τοῦ δὲ Ἀνδρέου προσθεμένου τὴν τοῦ Σανδαβαρηνοῦ προσηγορίαν, ὁ πατριάρχης "γινώσκω" ἔφη "τὸν ἄνδρα, ἐπίσκοπον τῶν Εὐχαΐτων ὑπάρχοντα." ἐνεχθέντος δὲ καὶ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀνδρέας "ὁ βασιλεύς σοι δηλοῖ, ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα D καὶ τὰ πράγματα τῆς βασιλείας μου;" ὁ δὲ ὑπολαβὼν "παρ' ἐκείνοις οἷς δέδωκε ταῦτα ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν βασιλεύς. ἐπεὶ δὲ νῦν ζητεῖ ταῦτα ὁ ἄρτι κρατῶν, ἐξουσίαν ἔχει καὶ ζητεῖν ταῦτα καὶ λαμβάνειν." καὶ ὁ Ἀνδρέας "εἰπὲ τέως, σὺ τίνα ἐβουλεύου βασιλέα ποιῆσαι, τῷ πατρὶ τοῦ βασιλέως ὑποτιθεὶς τοῦ οἰκείου παιδὸς ἐξορύξαι τοὺς ὀφθαλμούς; σὸν συγγενῆ ἢ τοῦ πατριάρχου;" ὁ δὲ ἐξώμνυτο μηδὲν ὧν κατηγορεῖτο εἰδέναι. καὶ φησὶν ὁ μάγιστρος Στέφανος "εἶτα, ὦ πολύτροπε καὶ μηχανορράφε,

3 βασιλείοις C   6 ἁγιοπελαγίτης C   11 ποῖον δὲ θεόδωρον λέγεις C   14 τυγχάνοντα C

imperium eveherent, fabulam istam commenti fuerint. mittuntur ergo ab imperatore qui Photium et Sandabarenum in palatium ad Fontes adducant: uterque seorsim in custodia habetur. inquisitores et cognitores criminum quae obiiciebantur deliguntur ille idem Andreas, Stephanus et Hagiopolita magistri, Craterus et Guber patricii. hi patriarcham Photium producunt et in solio honorifice collocant, et ipsi iuxta assidentes examen instituunt. ibi Andreas ad Photium "nostin, domine, monachum Theodorum?" respondente Photio multos se monachos Theodoros nosse, et de quo interrogaretur nescire, nomen Sandabareni addidit Andreas; et Photius hunc sibi notum esse fatetur, episcopum Euchaitanum. adducitur etiam Sandabarenus. huic Andreas "quaerit" inquit "ex te imperator ubi pecuniae et res imperii sui sint?" respondet "in eorum manibus, quibus imperator hodie imperium gerens mandavit; habetque potestatem, si ita vult, eas quaerendi et recipiendi." Andreas porro "dic" ait, "quis erat iste quem imperatorem facere voluisti, quo tempore Basilio auctor fuisti ut filio suo nunc imperanti oculos erueret? tibine fuit sanguine propinquus an patriarchae?" Sandabareno iurante nihil se sibi eorum quae obiicerentur esse conscium, Stephanus "quo-

πῶς ἐμήνυσας περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ ἐξελέγξειν τὸν πατριάρχην;" καὶ ὅς, ὡς ἤκουσε τούτου τοῦ λόγου, εὐθέως ἐπιλαμβάνεται τῶν τοῦ πατριάρχου ποδῶν, "ὁρκίζω σε δέσποτα κατὰ τοῦ θεοῦ" λέγων "πρότερόν με καθαιρῆσαι, καὶ τότε γυμνὸν ἱερωσύνης P 595 παραλαβέτωσαν καὶ κολαζέτωσαν ὡς κακοῦργον. οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον σύνοιδα ἐμαυτῷ, οὔτε τῷ βασιλεῖ ἐμήνυσα." ὁ δὲ πατριάρχης ἀναλαμβάνων αὐτὸν καὶ τῶν ποδῶν ἀνιστῶν φησὶ "μὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν, κύριε Θεόδωρε, ἀρχιεπίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι." θυμωθεὶς δὲ Ἀνδρέας ὁ στρατηλάτης "καὶ οὐκ ἐμήνυσας δι' ἐμοῦ τῷ βασιλεῖ, ἀπατεὼν καὶ γόης, τὸν πατριάρχην περὶ τούτου ἐλέγξαι;" ὁ δὲ πάλιν ἀπηρνεῖτο περὶ τούτου μηδὲν εἰδέναι. ὑποστρεψάντων δὲ τῶν ἀρχόντων καὶ τὰ λαληθέντα γνώριμα θεμένων τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς τῷ θυμῷ φλεγμαίνων, καὶ πλέον διὰ τὸ μὴ κατὰ τοῦ πατριάρχου εὔλογον B αἰτίαν εὑρεῖν, ἀποστείλας ἐμάστιξε τὸν Σανδαβαρηνὸν ἀπηνῶς καὶ ἐν Ἀθήναις ἐξώρισε, καὶ κατόπιν ἀποστείλας ἐτύφλωσε καὶ κατὰ τὴν ἕω μετέθηκεν. ἀνεκαλέσατο δὲ τοῦτον μετὰ χρόνων πολλῶν παρολκήν, καὶ σιτήσεις τούτῳ ἀφώρισεν ἀπὸ τῆς νέας ἐκκλησίας. ἐτελεύτησε δὲ μετὰ θάνατον Λέοντος, ἐπὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ γυναικὸς καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ βασιλευόντων.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Λέοντος Ἀγγαίων ὁ Λαγγο-

1 ἐξελέγχειν C 7 τὴν σωτηρίαν τὴν ἐμήν C 8 κῦρι C
22 ἁγίων C

modo ergo" ait, "versute veterator, de hac re indicium ad imperatorem detulisti, convicturum te patriarcham dicens?" haec verba simulatque audivit Sandabarenus, patriarchae pedes amplexus "obtestor te" inquit, "domine, per deum, ut mihi sacerdotalem prius adimas dignitatem; atque tum exauctoratum me ii arripiant et ut maleficum puniant. nam mihi ego nullius talis rei sum conscius, neque imperatori quicquam indicavi." eum patriarcha a pedibus suis attollens inquit "per salutem meam, domine Theodore, et in hoc et in futuro seculo archiepiscopus es." ad haec Andreas ira concitus "hem" ait, "impostor atque praestigiator, an non per me imperatori significasti te patriarcham velle convincere?" Theodorus rursum infitias ire, et quicquam tale sibi cognitum negare. imperator, cum ad eum reversi inquisitores quid responsum esset rettulissent, ira ardens, maxime quod probabilem causam Photii male tractandi non inveniret, Sandabarenum flagris atrociter caedi iussit, eoque facto Athenas eum relegavit. missisque post eum ministris oculis spoliatum in Orientem deportavit. longo autem post tempore eum revocavit, et alimenta ei ex nova ecclesia decrevit; mortuusque est Theodorus post Leonis obitum, Zoa eius uxore et Constantino filio imperantibus.

Annum secundum imperante Leone, Angaeo Longibardiae dux,

βαρδίας δοὺξ, γαμβρὸς δὲ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας, τὸν θάνατον πυθόμενος Βασιλείου τοῦ βασιλέως ἀπέστη τῆς πρὸς Ῥωμαίους φιλίας καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς τὸν πατρίκιον Κωνσταντῖνον, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης, C μετὰ τῶν δυτικῶν ἐκπέμπει κατ' αὐτοῦ θεμάτων. συμβολῆς δὲ γενομένης οἱ περὶ τὸν Κωνσταντῖνον ἡττήθησαν καὶ κατεκόπησαν, μόγις ἐκείνου περισωθέντος.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐγένετο καὶ ἡλίου ἔκλειψις περὶ ὥραν ἕκτην τῆς ἡμέρας, ὥστε καὶ ἀστέρας φανῆναι, ἀνέμων τε βιαία πνοὴ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ φρικώδεις καὶ σκηπτοὶ καυσώδεις, ὑφ' ὧν καὶ ἄνδρες ἑπτὰ ἐν τοῖς ἀναβάθμοις τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐν τῷ φόρῳ ἐκεραυνώθησαν. ἐπολιορκήθη δὲ καὶ ὑπὸ Σαρακηνῶν ἡ Σάμος, συμπαραληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν αὐτῇ Κωνσταντίνου πατρικίου τοῦ Πασπαλᾶ. ὁ δὲ D βασιλεὺς τῷ πρὸς Ζωὴν τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαουτζᾶ φίλτρῳ νικώμενος τιμᾷ τὸν ταύτης πατέρα βασιλεοπάτορα, αὐτὸς τὸ ἀξίωμα καινουργήσας μὴ πρότερον ὄν. ἡ γὰρ Ζωὴ μέγιστον ἐπὶ κάλλει καὶ εὐπρεπείᾳ τῷ τότε διαλάμπουσα συνέζευκτο μὲν ἀνδρὶ Θεοδώρῳ πατρικίῳ τῷ Γουνιαζίτζῃ, ἐκείνου δὲ δολοφονηθέντος φαρμάκῳ ἐπαλλακεύετο τῷ βασιλεῖ καὶ ζώσης, ὡς εἴρηται, τῆς αὐτοῦ γυναικός.

Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει Στέφανος ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς καὶ πατριάρχης ἀπέλιπε τὴν ζωήν, καὶ προεχειρίσθη Ἀντώνιος ἀντ'

4 τῆς] τῆς αὐτοῦ C 5 ταγμάτων C 20 ὡς εἴρηται om C

regis Franciae gener, cognita Basilii morte a societate Romanorum descivit, sibique totam dicionem vindicavit. contra eum Leo Constantinum patricium, mensae praefectum, cum Occidentalibus mittit copiis. commissa pugna Constantinus succubuit, vixque caedem ipse evasit, exercitu suo occidione deleto.

Sub idem tempus sol hora diei sexta ita defecit ut stellae viderentur. exstitere etiam vehementes ventorum flatus, fulgura, tonitrua terribilia et ardentia fulmina, quibus septem viri in gradibus sancti Constantini in foro icti perierunt. tunc etiam Samus a Sarracenis obsessa est, incluso simul etiam praetore eius Constantino patricio, cognomine Paspala. at imperator Zoes amore impulsus Zautzam eius patrem, nova dignitate excogitata, imperatoris patrem appellat. nam Zoe ista cum facile omnium ea aetate mulierum forma esset praestantissima, nupserat patricio Theodoro Guniazitzae: sed cum maritus eius per dolum veneno necatus esset, imperator eam etiam superstite adhuc eius uxore in concubinatu habuit, ut iam supra dictum fuit.

Anno insequenti Stephanus imperatoris frater moritur. patriarcha in eius locum creatur Antonius cognomento Cauleas. hic erat urbana-

αὐτοῦ πατριάρχης, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Καυλέας. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἐφέρετο οὕτως, Συμεὼν δ' ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων P 596 τὰς πρὸς Ῥωμαίους σπονδὰς διαλύσασθαι σπεύδων πρόφασιν εὗρε τοιαύτην. δοῦλος ἦν εὐνοῦχος τῷ βασιλεοπάτορι Μουσικὸς καλούμενος. οὗτος συμφιλιωθεὶς ἀνδράσιν ἐμπορικοῖς καὶ φιλοκερδέσι, βουλόμενος κερδαίνειν αὐτούς, τῇ πρὸς τὸν Ζαουτζᾶν χρησάμενος παρρησίᾳ τὰς ἐκ Βουλγαρίας εἰσαγομένας πραγματείας εἰς τὴν πόλιν εὐθέως μετέστησεν εἰς Θεσσαλονίκην, καὶ τοὺς εἰρημένους ἐμπόρους τελώνας ἐκεῖσε κατέστησεν, οἵτινες κακῶς διετίθεσαν τοὺς τὰς πραγματείας μετιόντας Βουλγάρους, βαρέα εἰσπραττόμενοι τελωνήματα. τῶν δὲ Βυλγάρων ἀναγγειλάντων B ταῦτα τῷ Συμεών, καὶ τούτου δῆλα τῷ βασιλεῖ καταστήσαντος, ἐπεὶ τῇ πρὸς τὸν Ζαουτζᾶν συμπαθείᾳ νικώμενος πάντα ὡς λῆρον ἡγήσατο καὶ οὐδεμιᾶς ἠξίωσεν ἐπιστροφῆς, μανεὶς ὁ Συμεών, καὶ ἄλλως, ὡς εἴρηται, πρόφασιν εὐπρόσωπον ζητῶν, αἴρει κατὰ Ῥωμαίων τὰ ὅπλα. ὅπερ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτὸς ἀνθοπλίζεται, καὶ Προκόπιον τὸν Κρηνίτην τὴν τοῦ στρατηλάτου μετιόντα λειτουργίαν λαῷ πολλῷ καὶ ἄρχουσι καθοπλίσας, δούς τε αὐτῷ καὶ Κουρτίκιον τὸν Ἀρμένιον, ἐκπέμπει κατὰ τοῦ Συμεών. συρραγέντων δ' ἐν Μακεδονίᾳ τῶν στρατευμάτων ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ κατασφάττονται αὐτός τε ὁ Κρηνίτης καὶ ὁ Κουρτίκιος Ἀρμένιος καὶ ἄλλοι πολλοί, τῶν κατασχεθέντων ἀπὸ τῆς C ἑταιρείας τοῦ βασιλέως τοῦ Συμεὼν ἀποτεμόντος τὰς ῥῖνας καὶ εἰς τὴν πόλιν ἐκπεπομφότος πρὸς αἰσχύνην Ῥωμαίων. τῷ τοιούτῳ δὲ

8 ἐν Θεσσαλονίκῃ C 9 οἳ C 20 ἡττῶντο C 21 κατασφάττεται C

rum rerum status. at Simeon Bulgarorum princeps, foederis Romani confundendi cupidus, hanc arripuit ansam. erat eunuchus Zautzae nomine Musicus. is societate cum mercatoribus ac lucro intentis hominibus inita, rem cupiens facere, usus ad hoc libertate quae ei apud Zautzam erat, negotiationes quas Cpoli habere solebant Bulgari, subito Thessalonicam transfert, mercatoresque istos ibi publicanos facit. ii cum Bulgarorum negotiatores vexarent ab iisque iniqua exigerent vectigalia, Simeon a suis monitus ea de re apud Leonem queritur; et cum victus in Zautzam favore imperator pro nugis hoc negotium haberet neque ulla dignaretur cura, irritatus, alioquin occasionem pacis rumpendae honestam quaerens, arma adversus Romanos capit. Leo ubi hoc rescivit, ipse quoque ad bellum se parat; et Procopium Crenitam, cui tunc munus ducendorum exercituum impositum erat, magnis cum copiis et ductoribus, addito etiam Curticio Armenio, contra Bulgaros mittit. in Macedonia adversae acies concurrerunt, victique Romani et occisi sunt, interque hos Crenites etiam ac Curticius. quos de exercitu Romano cepit Simeon, eos ludibrii causa naribus mutilatos in urbem re-

πάθει καὶ τῷ προπηλακισμῷ τοῦ Συμεὼν περιαλγὴς γενόμενος ὁ βασιλεὺς Νικήταν πατρίκιον τὸν τὴν ἐπωνυμίαν Σκληρὸν διὰ τοῦ Ἴστρου πρὸς Τούρκους τοὺς Οὔγγρους καλουμένους ἀπέστειλεν, ἐφ᾽ ᾧ περαιώσασθαι τὸν ποταμὸν καὶ τὴν Βουλγαρίαν τὸν ἐνόντα τρόπον λυμήνασθαι. ὁ δὲ τοῖς Τούρκοις συμμίξας καὶ πείσας κατὰ τῶν Βουλγάρων ὅπλα κινεῖν, ὁμήρους τε λαβών, εἰς βασιλέα ὑπέστρεψεν. ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς διά τε γῆς καὶ θαλάττης ἐγνώκει Βουλγάροις πολεμεῖν. διὰ μὲν οὖν θαλάσσης D Εὐστάθιον ἐκπέμπει τὸν πατρίκιον καὶ δρουγγάριον, διὰ δὲ γῆς τὸν πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν, προβαλόμενος αὐτὸν μετὰ τὸν Ἀνδρέου θάνατον δομέστικον τῶν σχολῶν. ὧν μέχρι Βουλγαρίας ἀφικομένων ὁ βασιλεὺς ἔτι τὴν εἰρήνην στέργων τὸν κοιαίστωρα Κωνσταντινάκιον ἐκπέμπει πρὸς Συμεών· ὃν οὗτος κατασχὼν τίθησιν ἐν φρουρᾷ, δολίως πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι νομίσας. ἀσχολουμένου δὲ περὶ τὸ στράτευμα τὸ περὶ τὸν Φωκᾶν τοῦ Συμεών, οἱ Τοῦρκοι περαιωθέντες τὸν ποταμὸν πᾶσαν τὴν Βουλγαρίαν ἐλῄσαντο. ὅπερ ὡς ἠγγέλθη τῷ Συμεών, τὸν Φωκᾶν ἀφεὶς κατὰ τῶν Τούρκων ἐτράπετο. γλιχόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ συμπλακῆναι Βουλγάροις, περαιωθέντες τὸν Ἴστρον τούτοις προσβάλλουσι καὶ νικῶσι κατὰ κράτος, μόλις τοῦ Συμεὼν ἐν Δοροστόλῳ σωθέντος, ὃ καὶ Δρίστα καλεῖται. νικήσαντες οὖν οἱ P 597 Τοῦρκοι ᾐτήσαντο τὸν βασιλέα τοὺς κατασχεθέντας ὑπ᾽ αὐτῶν αἰχμαλώτους ὠνήσασθαι· πρὸς ὃ καὶ κατανεύσας τοὺς πολίτας

2 τῇ ἐπωνυμίᾳ C 18 ἐστράτευσε C 21 περισωθέντος C δίστρα C

misit. hac clade et contumelia Leo in summum animi coniectus dolorem, Nicetam patricium cognomento Sclerum (id est, durum) per Istrum ad Turcos sive Ungros mittit, ab iisque petit ut flumine traiecto Bulgariam pro virili infestent. Niceta cum Turcis congressus iis ut arma in Bulgaros moverent persuadet, obsidibusque acceptis ad imperatorem redit. nec non imperator quoque bellum terra marique contra Bulgaros suscipit, classi praefecto Eustathio patricio et drungario, terrestribus copiis Nicephoro Phocae patricio commissis, quem Andrea mortuo domesticum scholarum fecerat. hic cum iam Bulgaris appropinquasset, Leo adhuc pacis cupidus Constantinacium quaestorem ad Simeonem mittit. quem barbarus dolose ad se legatum putans in custodiam datum detinuit. dum ad Phocae exercitum profligandum se parat Simeon, interim Turci fluvio transmisso universam Bulgariam populantur. quod ubi annuntiatum est Simeoni, omisso Phoca in Turcos contendit; qui et ipsi cum Bulgaris praelium committere cupidi Istrum transeunt, eosque pugna congressos devincunt. Simeon aegre Dorostolum, quod et Drista nominatur, fuga elapsus est. Turci victoria potiti ab imperatore petunt ut Bulgaros a se captos emat. annuit im-

ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν τούτων ἐξώνησιν. θρανσθεὶς οὖν ὁ Συμεὼν διὰ τοῦ δρουγγαρίου Εὐσταθίου τὸν βασιλέα ἱκέτευε περὶ τῆς εἰρήνης· πρὸς ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεύς, καὶ τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα ἐπὶ τῷ ποιήσασθαι ἐξαπέστειλε τὰς σπονδάς, καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Φωκᾶς καὶ ὁ δρουγγάριος ὑποστρέψαι μετὰ τοῦ λαοῦ ἐκελεύσθησαν. ὁ δὲ Συμεὼν ἀπελθόντα πρὸς αὐτὸν τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα ἐν εἱρκτῇ κατέσχε, μηδὲ λόγου αὐτὸν ἀξιώσας. ἐκστρατεύσας δὲ βαρεῖ στρατῷ κατὰ τῶν Τούρκων, B μὴ δυνηθέντος τοῦ βασιλέως διὰ τὸ αἰφνίδιόν τε καὶ ἀπροσδόκητον βοήθειαν αὐτοῖς παρασχεῖν, αὐτούς τε ἐτρέψατο καὶ τὴν χώραν πᾶσαν κατέδραμε. γαυριῶν δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ φρυαττόμενος ἔγραψε πρὸς τὸν βασιλέα μὴ πρότερον ποιῆσαι εἰρήνην πρὶν ἂν ἀπολήψεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους Βουλγάρους. ἐπένευσε δὲ πρὸς τοῦτο ὁ βασιλεύς. ἦλθεν οὖν μετὰ τοῦ Χοιροσφάκτου Θεόδωρός τις οἰκεῖος ὢν τῷ Συμεών, καὶ παρειλήφει πάντας.

Ἐξόχως δὲ τὸν δομέστικον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀγαπώμενον ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαουτζᾶς γαμβρὸν ἐσπούC δαζε ποιῆσαι. ἀπαναινομένου δὲ πρὸς τοῦτο καὶ ὀργὴν ὑποπτεύοντος ἐκ βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ Ζαουτζᾶς καὶ αἰτίαν κατ' αὐτοῦ ῥάψας παρέλυσε τοῦτον τῆς ἀρχῆς, προβαλόμενος ἀντ' αὐτοῦ Κατακαλὼν μάγιστρον τὸν Ἀβίδηλαν. ἐπ' ὀλίγον δὲ σχολάσας ὁ Νικηφόρος στρατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων προβάλλεται. ἀριστείας

5 ὁ Φωκᾶς om C 11 ἐπαιρόμενος margo P 19 αἰτίας margo P

perator, civesque suos emptum mittit. Simeon fractus per drungarium Eustathium pacem ab imperatore petit. is eam concedens Leonem cognomine Choerosphactam (occisorem porci id significat) ad condiciones pacis dandas accipiendasque mittit, Phocam scholarum domesticum et drungarium cum copiis domum redire iubet. Simeon ad se venientem Choerosphacten ne alloquio quidem dignatus in carcerem coniicit. inde magno cum exercitu in Turcos facta expeditione, cum ob subitam insperatamque rem auxilia eis mittere imperator non posset, in fugam eos pellit, eorumque regionem omnem depraedatur. eam ob victoriam ferociens ad imperatorem scribit, se pacem non facturum nisi receptis captivis Bulgaris. id quoque admittente imperatore, venit cum Choerosphacta Theodorus quidam Simeonis familiaris, et captivos omnes dimissos domum abducit.

Circa hoc tempus Nicephorum Phocam domesticum, imperatori percarum, Zautzas generum suum facere studuit; et recusantem, quod metueret ne eo facto imperatoris indignationem incurreret, iratus conficto crimine sua functione detrusit, eique suffecit Catacalon Abidelam magistrum. Nicephorus cum non diu in otio vixisset, mox Thracensibus

δὲ πολλὰς ἐν πάσαις ταῖς αὐτοῦ ἀρχαῖς διαπραξάμενος, καὶ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ ἄλλων ἐθνῶν στήσας τρόπαια, τελευτᾷ τὸν βίον ἐν γήρᾳ βαθεῖ, δύο παῖδας καταλιπὼν Βάρδαν καὶ Λέοντα.

Ὁ δὲ βασιλεύς, μὴ θελήσαντος τοῦ Συμεὼν τὰς σπονδὰς D ἐκπληρῶσαι, ἔγνω δεῖν αὐτὸν καταπολεμῆσαι καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδοῦναι. διορισάμενος τοίνυν πάντα περαιωθῆναι τὰ τῆς ἀνατολῆς τάγματά τε καὶ θέματα, παρασκευάσας δὲ καὶ τὰ δυτικὰ καὶ ἄλλον οὐκ ὀλίγον λαόν, ἐκπέμπει κατὰ τοῦ Συμεών, ἔξαρχον αὐτοῖς ἐπιστήσας καὶ ἡγεμόνα τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν Καταкαλών, συνεπόμενον ἔχοντα καὶ τὸν πατρίκιον Θεοδόσιον καὶ πρωτοβεστιάριον. ἐρχομένῳ τοίνυν τῷ Συμεὼν συναντῶσι κατὰ τὸ Βουλγαρόφυγον, καὶ πολέμου κροτηθέντος τρέπονται Ῥωμαῖοι, καὶ πολὺς ἐγένετο φθόρος, ἀπώλετο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ πρωτοβεστιάριος, αἰσχρῶς τοῦ δομεστίκου μετ' ὀλίγων τινῶν ἐν τῷ Βουλγαροφύγῳ περισωθέντος. ἀπελθόντος δὲ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγροῖς τοῦ Δαμιανοῦ μετὰ Ζωῆς τῆς τοῦ Ζαουτζᾶ, καὶ δόξαν αὐτῷ μεῖναι ἐκεῖ, ἐπιβουλὴν συνεστήσαντο κατ' αὐτοῦ ὁ τοῦ Ζαουτζᾶ υἱὸς Λέων, Χριστοφόρος ὁ Τζάντζης καί τινες ἄλλοι. τῆς δὲ Ζωῆς τὸν θόρυβον ἐνωτισθείσης ὁ βασιλεὺς διυπνίσθη, καὶ εὐθὺς ἐν πλοίῳ εἰσελθὼν ἀπὸ τῶν Πηγῶν διεπέρασε P 598 κατὰ τὰ βασίλεια. καὶ Ἰωάννην μὲν τὸν τῆς βίγλας δρουγγάριον διεδέξατο ὡς ῥάθυμον τάχα περὶ τὴν ἑαυτοῦ φυλακήν, τὸν δὲ Ζαουτζᾶν ἀπεστρέφετο μέχρι τινός, ἕως οὗ Λέων ὁ μάγιστρος,

8 τε καὶ θέματα om C 11 Θ. καὶ] Θ. τὸν C 12 ἐρχομένου C 21 ἐν πλοίῳ τε εὐθὺς C τῶν om C

praeficitur. omnibus quos gessit magistratibus praeclara edidit facinora, multaque de Agarenis statuit et aliis gentibus tropaea; et provectissima aetate mortuus est, duobus relictis filiis Barda et Leone.

Ceterum imperator Simeonem, quod is pacificationem abnueret, prorsus debellandum delendumque ratus, evocatis orientalibus exercitibus ac cohortibus, adornatis etiam occidentalibus aliaque haud exigua multitudine, eos contra Bulgaros mittit duce Catacalone et comite huic addito Theodosio patricio protovestiario. hi Simeoni obviam profecto occurrunt apud Bulgarophytum (plantam Bulgaricam), et pugna commissa vincuntur magna suorum cum clade, ipso etiam protovestiario turpiter amisso. deinde cum imperator una cum Zoa in praedio ageret quod Damiani vocatur, et domesticus quibusdam aliis conspirantibus ei insidias strueret, Zoe murmura coniuratorum inaudivit. statimque Leo excitatus conscenso navigio a Fontibus in palatium traiecit. ac Ioannem quidem vigiliae drungarium, quod ab eo indiligenter esset custoditus, loco movit; Zautzam vero aliquamdiu aversatus est, donec eos

ᾧ Θεοδοτάκης τὸ ἐπώνυμον, φίλος ὢν ἀμφοῖν τούτους κατήλλαξε.

Τῆς δὲ Αὐγούστης Θεοφανοῦς τελευτησάσης στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς Ζωὴν τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαουτζᾶ, καὶ εὐλογεῖται παρά τινος κληρικοῦ τοῦ παλατίου. καὶ ὁ μὲν εὐθὺς καθῃρέθη, ἡ δὲ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν ἔτος ἓν καὶ μῆνας ὀκτὼ ζήσασα ἐτελεύ- B τησε. λάρνακος δὲ ἑτοιμαζομένης ὥστε τὸ ταύτης ἀποτεθῆναι σῶμα, γράμματα εὑρέθησαν ἐν αὐτῇ ἐγκεκολαμμένα οὑτωσὶ διεξιόντα "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος."

Βασίλειος δὲ ὁ ἐπείκτης τοῦ βασιλέως, ἀνεψιὸς ὢν τοῦ Ζαουτζᾶ, μελετῶν κατὰ τοῦ βασιλέως τὸ ἀπόρρητον ἐκοινώσατο Σαμωνᾷ κουβικουλαρίῳ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, πίστεις λαβὼν ὡς ἀνέκφορον διαφυλάξει τὸ μυστήριον. δόντος δὲ πίστεις, ἐξέφηνεν αὐτῷ πάντα τὰ βουλευόμενα. ὁ δὲ εὐθέως ἐξιππασάμενος ἄπεισι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἰδίᾳ παραλαβὼν αὐτὸν "θέλω τί σοι εἰπεῖν, C ὦ βασιλεῦ, ὅπερ ἐμοὶ μὲν ῥηθὲν ἀκίνδυνον, σοὶ δὲ σιωπηθὲν θάνατον προξενεῖ." καὶ διῆλθε πᾶσαν τὴν τοῦ Βασιλείου ἐπιβουλήν. τοῦ δὲ βασιλέως διαπιστοῦντος, ὁ Σαμωνᾶς πληροφορῆσαι τοῦτον βουλόμενος δύο τινὰς τῶν οἰκειοτάτων ἐξαποστεῖλαι πρὸς τὴν αὐτοῦ οἰκίαν ᾐτήσατο, ἀξιώσας ἐν ἀποκρύφῳ στῆναι τούτους ὁπηνίκα ὁ Βασίλειος ἀφίκηται πρὸς αὐτόν, κἀπειδὰν οὗτος παραγένηται καὶ ὁμιλῶσιν ἀλλήλοις, τὰ λεγόμενα παρ' ἀμφοῖν απο-

1 τὸ om C 14 βεβουλευμένα C 16 ἀκίνδυνον om C 17 διεξῆλθε C

Leo magister cognomine Theodotaces, utrique amicus, in gratiam reposuit.

Mortua Theophanone Augusta Leo imperator augustalem coronam Zoae Zautzae filiae imponit, prospera comprecante quodam clerico palatino. clericus statim suo loco deiectus est. Zoe post designationem nonnisi annum cum besse supervixit. cumque ad eius cadaver reponendum arca pararetur, literae ei incisae sunt, hanc sententiam notantes "filia Babylonis infelix."

Porro Basilius imperatoris epeicta, consobrinus Zautzae, cum caedem machinaretur imperatori, arcanum suum Samonae exposuit cubiculario, origine Agareno, prius tamen ab eo taciturnitatem stipulatus. Samonas statim equo ad imperatorem profectus, seorsim monet habere se aliquid quod ipsi indicare velit, et quod sine suo periculo dicere, sed nonnisi ipsius exitio reticere possit. simulque totam insidiarum rationem exponit: utque imperatori, fidem narrationi deroganti, omnem eximeret dubitationem, duos imperatorem, quos intimos haberet, iubet ad se mitti, qui sub id tempus quo Basilius ipsum esset conventurus, in occulto delitescentes colloquium quod erat secum habiturus stylo ex-

γράφεσθαι. ἐδέξατο τὸν λόγον ἡδέως ὁ βασιλεύς, καὶ πέμπει Χριστοφόρον τὸν πρωτοβεστιάριον καὶ Χυλοκυρὸν ἕνα τῶν ἑαυτοῦ προκοίτων, οἵπερ ἐν τῇ καταγωγῇ γενόμενοι τοῦ Σαμωνᾶ κἀκεῖσε κρυβέντες προσέμενον τὸ μέλλον. ἀπατηθέντος δὲ τοῦ Βασιλείου D καὶ παραγενομένου πρὸς τὸν Σαμωνᾶν, τῆς διαλέξεώς τε χώραν λαμβανούσης, ἐκφανιζομένων δὲ καὶ τῶν ἀπορρήτων αὐτῷ, οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως πεμφθέντες τὰ λεγόμενα ἀπεγράφοντο, καὶ τελευταῖον ἐκείνους ἀριστῶντας καταλιπόντες κρυφίως τε ὑπεξελθόντες ἀπῆλθον πρὸς βασιλέα τὰ γραφέντα κομίζοντες. ἀναγνοὺς δὲ ταῦτα τὸν μὲν Βασίλειον παραυτίκα εἰς Μακεδονίαν ἀπέστειλεν, ἐπὶ διανομῇ τάχα ψυχικῶν τῆς θείας αὐτοῦ Ζωῆς, κατέσχε δὲ καὶ τὸν τῆς βίγλας δρουγγάριον διὰ τοῦ Στυπειώτου, ὑπεξήγαγε δὲ καὶ τῆς πόλεως Νικόλαον τὸν ἑταιρειάρχην. εἶτα ἀγαγὼν ἀπὸ Μακεδονίας τὸν Βασίλειον καὶ ἀνακρίνας, ἐν μέσῃ τε θριαμβεύσας τῇ πόλει, ἐν Ἀθήναις ἐξώρισε. συγκαλεσάμενος δὲ P 599 πᾶσαν τὴν σύγκλητον ἐπ' αὐτῶν, ἀνέγνω τὰ ὑπὸ τοῦ Σαμωνᾶ μηνυθέντα. οἱ δὲ τοῦτον ἐπαινέσαντες μεγίστης εἶναι τιμῆς ἄξιον προσειρήκασι. καὶ ὁ βασιλεὺς παραυτίκα τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τοῦτον ἀξιοῖ τιμῇ, καὶ οἰκεῖον αὐτοῦ κατεστήσατο.

Τελευτήσαντος δὲ καὶ τοῦ πατριάρχου Ἀντωνίου προχειρίζεται ὁ μυστικὸς Νικόλαος, ἐπὶ συνέσει καὶ σοφίᾳ δοκῶν πρωτεύειν. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς μὴ δυνάμενος τὰ κατὰ τύπον ἐκτελεῖν κλητόρια Αὐγούστης μὴ οὔσης, στέφει Ἄνναν τὴν θυγατέρα Ζωῆς

6 αὐτῷ om C 22 ἐκτελεῖν om C

ciperent atque annotarent. probat hunc sermonem imperator, mittitque Christophorum protovestiarium et unum de excubitoribus Calocyrum. hi in Samonae domicilium cum venissent, abditi exitum operiuntur. Basilius in fraudem actus ad Samonam venit, et colloquii data opportunitate omnia sua arcana effutit. quae ii quos imperator miserat literis mandantes, demum iis in prandio haerentibus occulte sese subducunt, et scripta offerunt. his lectis imperator illico Basilium in Macedoniam amandat, veluti Zoae amitae suae e vivis egressae ibi iusta exhibiturum, et opera Stypeiotae drungarium vigiliae detinet: sodalitatis etiam praefectum Nicolaum urbe, occultato consilio, emittit. atque his peractis Basilium e Macedonia revocatum inquisitioni subdit, convictum per mediam urbem in triumpho ducit, Athenasque relegat. inde universo senatu convocato, quae erant a Samona ipsi delata indicia exponit. eumque senatores laudant, et summo dignum honore pronuntiant. et Samonam Leo statim protospatharii munere decorat, sibique familiarem adsciscit.

Mortuo patriarcha Antonio Nicolaus sufficitur mysticus, qui sapientia alios et prudentia anteire credebatur. porro imperator cum statutis praeceptas invitationes peragere non posset Augusta mortua, Annam

τῆς τοῦ Ζαουτζᾶ. ἠγάγετο δὲ καὶ κόρην ἐκ τοῦ Ὀψικίου, ὡραίαν B τε καὶ περικαλλῆ, τοὔνομα Εὐδοκίαν, ἣν δὴ καὶ ἔστεψεν. ἐγκύμων δὲ γενομένη καὶ μέλλουσα τίκτειν ἀπέθανε καὶ αὐτὴ καὶ τὸ ἔμβρυον. τιμῶν δὲ τὴν προτέραν αὐτοῦ γαμετὴν Θεοφανὼ ὁ βασιλεὺς ἐπ᾽ ὀνόματι ταύτης ᾠκοδόμησε ναὸν ἀγχοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων περικαλλῆ. ἀνήγειρε δὲ καὶ ναὸν ἄλλον κατὰ τοὺς τόπους εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Λαζάρου, ἐν ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἁγίου μετακομίσας ἀπέθετο σῶμα, καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς, ἐξ Ἐφέσου μετακομίσας. τοῦ δὲ στόλου ἐν ταῖς τοιαύταις κτίσεσιν ἀπασχολουμένου, ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν στόλος τὸ ἐν Σικελίᾳ ἐξεπολιόρκησε Ταυρομένιον, καὶ πολὺς τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο φόνος. C κατεσχέθη δὲ καὶ ἡ νῆσος Λῆμνος ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ ἠνδραποδίσθη λαὸς οὐκ ὀλίγος.

Συνήθους δὲ προελεύσεως γενομένης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου, ἀπῆλθε μετὰ προόδου καὶ Λέων ὁ βασιλεύς. ἐν δὲ τῷ μέλλειν εἰσοδεύειν καὶ πλησίον γενέσθαι τῶν ἁγίων θυρῶν ἄνθρωπός τις ἐκπεπηδηκὼς ἐκ τοῦ ἄμβωνος ῥάβδῳ παχείᾳ καὶ ἰσχυρᾷ ἔπαισεν αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. καὶ ἐθανάτωσεν ἂν παρευθύ, εἰ μὴ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τῷ αἰωρημένῳ λύχνῳ προσκεκρουκὸς τῆς βιαίας μικρὸν ἀνεσχέθη φορᾶς. αἵματος δὲ σφοδροῦ ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως καταρρέοντος κεφαλῆς D ταραχή τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων ἐγένετο. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τοῦ

5 τὸν ναὸν C 9 ταῖς τοῦ τοιούτου κτ. C 11 ταυρομέμεσο νειον C φθόρος C 15 πεντηκοστῆς C 19 καὶ κἂν ἐθανάτωσεν π. C

filiam Zoes neptem Zautzae coronat. puellam quoque ex Opsicio ducit, nomine Eudociam, forma singulari, cui et ipsi augustalem imposuit coronam. sed haec in partu una cum foetu periit. in honorem primae suae uxoris Theophanus pulcherrimum de eius nomine templum Leo, vicinum aedi sanctorum apostolorum, aedificavit. ibidem aliud quoque fanum condidit, divo Lazaro sacrum, inque eo Lazari et Mariae Magdalenae reliquias Epheso allatas reposuit. enimvero classiariis his molitionibus occupatis, interim Agarenorum classis Tauronomium Siciliae expugnant magna cum Romanorum caede, et Lemno potiti magnam multitudinem captivorum abducunt.

Mos erat ut die pentecostae sacro pompa ad aedem S. Mocii duceretur. in ea etiam Leo imperator cum esset, iam ingressuro ei et sacris foribus succedenti homo quidam de suggesto prosiliens crasso ac valido fuste ictum in caput ingerit; eoque ictu imperatorem necasset, nisi inter feriendum fuste in suspensum impacto candelabrum, violentiam ictus nonnihil remisisset. plurimum quidem sanguinis ex vulnere effluxit; interque proceres tumultuatum et fuga facta est. ab ea pompa

βασιλέως ἀδελφὸς νόσον σκηψάμενος οὐ παρῆν ἐν τῇ εἰσόδῳ, καὶ δέδωκεν ὑπόνοιαν τοῖς πολλοῖς τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν αὐτὸς συρράψαι. ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας κατασχεθεὶς καὶ πολλὰς ὑπομείνας βασάνους, ἐπεὶ μηδένα καθωμολόγει συνίστορα, χεῖρας καὶ πόδας ἐκτμηθεὶς ἐν τῇ τοῦ ἱππικοῦ ἐκαύθη Σφενδόνῃ. ἐσχόλασε δ' ἔκτοτε καὶ ἡ τοιαύτη προέλευσις, κἂν ὁ σοφώτατος μοναχὸς Μάρκος, οἰκονόμος ὢν τῆς τοιαύτης μονῆς, ὁ τὸ τετρῴδιον τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναπληρώσας τοῦ κυροῦ Κοσμᾶ, πολλὰ κατεδεήθη τοῦ βασιλέως. τούτου γὰρ δεομένου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπαναινομένου, φησὶν ὁ μοναχὸς "μὴ ὀργίζου μηδὲ χαλέπαινε, ὦ βασιλεῦ· προγεγραμμένον γὰρ ἦν παθεῖν σε παρὰ τοῦ P 600 *προφήτου Δαβίδ, εἰρηκότος 'ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου.' δεῖ οὖν σε, δέσποτα, ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπ' ἄλλα δέκα ἔτη κατασχεῖν τὴν βασιλείαν." ὃ δὴ καὶ γέγονεν· ἀπέθανε γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν μετὰ δέκα χρόνους ἐν ᾗ καὶ ἐπλήγη.*

Ἠγάγετο καὶ τετάρτην γυναῖκα Λέων ὁ βασιλεύς, Ζωὴν τὴν Καρβωνοψίναν, ἥτις ἐβίω χρόνον συχνὸν μετ' αὐτοῦ ἀστεφής. τῶν δὲ Βουλγάρων ταῖς ἐφόδοις Ῥωμαίους ἐπιτριβόντων, οἱ ἐξ Ἄγαρ μαθόντες τοῦτο στόλον ἐξαρτύσαντες κατὰ τῶν παραλίων τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων ἐκπέμπουσιν, ἐπιστήσαντες τῷ στόλῳ ναύαρ- B *χον Λέοντα τὸν Ἀτταλέα, τὴν Χριστιανῶν ἐξομοσάμενον πίστιν,*

2 *αὐτὸν* P 8 *τοῦ κυροῦ* om C 11 *τῷ βασιλεῖ* C
16 *ἔτη* C

tum abfuit Alexander imperatoris frater, adversam valetudinem causatus. quare apud multos suspicio se insinuavit ipsum esse insidiarum auctorem. sed percussor deprehensus, multosque perpessus cruciatus, cum neminem facinoris conscium fateretur, amputatis manibus et pedibus in Funda Circi crematus est. ex eo tempore pompa ista cessavit. et quidem sapientissimus monachus Marcus, eius monasterii dispensator, qui tetraodium magni sabbati complevit, quod habet Cyri Cosmae, multis imperatorem deprecatus est. et eo renuente "noli" inquit, "hoc iniquius ferre aut irasci, o imperator. nam vates Davidus hoc tibi adversi eventurum praedixit, hoc versu (Psalm. 73): 'quanta malignatus est inimicus in sancto tuo, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solennitatis tuae?' itaque oportet exinde te alios decem annos imperare." hoc monachi vaticinium exitus verum ostendit: decem enim post annis, eadem qua ictus fuerat die, suum obiit diem.

Quartam deinde uxorem duxit Leo, Zoem Carbonopsinam, quae per multum temporis cum eo vixit antequam coronaretur. cum vero Bulgari incursionibus rem Romanam attererent, Agareni ea occasione percepta classem adornarunt, et contra maritimam Romanorum dicionem emiserunt, duce Leone Attaleo, qui Christianam eiuraverat religionem,

κἀν τῇ τριπόλει οἰκήσαντα κἀξ αὐτῆς εἰληφότα τὴν προσηγορίαν. ἔφθασε δὲ τὸν βασιλέα ἡ περὶ τοῦ Τριπολίτου ἀγγελία κατὰ τὸ ἐμπόριον τοῦ Βοαιτίου, ἐκεῖσε γενόμενον ἐπὶ τῷ ἀνακαινίσαι τὴν μονὴν Χριστοφόρου πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ. προσετίθεσαν δ' οἱ ἀγγελιαφόροι ὡς κατ' αὐτῆς ἔχει τὴν ὁρμὴν τῆς βασιλίδος. πέμπει οὖν ὁ βασιλεὺς Εὐστάθιον τὸν τηνικαῦτα δρουγγάριον τῶν πλωΐμων μετὰ τοῦ στόλου, ὃς μὴ δυνηθεὶς ἀντιτάξασθαι τῷ Τρι-
C πολίτῃ ὑπεστράφη κενός. ἑπόμενος δὲ τούτῳ ὁ Τριπολίτης εἰσῆλθεν εἰς τὰ στενὰ τοῦ Ἑλλησπόντου, καὶ μέχρι τοῦ Παρίου κατέλαβεν. ὅπερ τῷ βασιλεῖ ἀγγελθὲν εἰς μεγάλην ἐνέβαλεν ἀθυμίαν καὶ ταραχήν. Ἱμερίῳ γοῦν τῷ πρωτοασηκρῆτις τὴν ναυτικὴν ἐγχειρίσας δύναμιν κατὰ τοῦ Τριπολίτου ἀπέστειλεν, ὃς Ἄβυδον διελθὼν καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος Στροβήλῳ προσορμίζει, εἶτα καταίρει πρὸς Ἴμβρον. Σαμοθρᾴκην δὲ διαβὰς κατέλαβε τοὺς πολεμίους ναυλοχοῦντας ἐν Θάσῳ. πλὴν πλήθει τε καὶ προθυμίᾳ ὑπερέχοντας αὐτοὺς ἰδὼν οὐδὲ πλησιάσαι τούτοις τετόλμηκεν. ὁ δὲ Τριπολίτης ὀπισθόρμητος γεγονὼς καὶ κατὰ Θεσσαλονίκην γενόμενος ταύτην ἐπολιόρκησε, κατασχεθέντος καὶ Λέοντος τοῦ στρα-
D τηγοῦ ἐν αὐτῇ, ᾧ Χατζιλάκιος τὸ ἐπώνυμον. ἐγένετο δὲ χύσις αἱμάτων πολλὴ καὶ αἰχμαλωσία. Ῥοδόφυλλος δέ τις κουβικουλάριος κατά τινα χρείαν ἐν Σικελίᾳ πεμφθεὶς μετὰ χρυσίου λιτρῶν ἑκατόν, νόσῳ περιπεσὼν ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσῆλθεν ἐφ' ᾧ

8 ὑπέστρεψε C 9 παρείου C 11 γὰρ τῷ πρωτοασηκρίτῃ C 13 στρουβίλῳ C 17 γεγονὼς] γενόμενος C

et quia Tripoli habitabat, inde Tripolites appellabatur. eius expeditionis nuntium mature accepit imperator, qui tum apud emporium Boaetii erat, dedicando Christophori protovestiarii monasterio intentus. et addebatur hoc a nuntiis, a Tripolita ipsam peti Cpolin. emittit ergo Eustathium, drungarium rei navalis, cum classe. qui pugnae cum Tripolita committendae impar re infecta rediit. eumque insecutus Tripolita fauces Hellesponti intravit et usque ad Parium venit. huius rei indicium imperatori moerorem perturbationemque animi gravem attulit. itaque Himerio secretariorum primario classem adversus Tripoliten ducendam committit. is Abydum praetervectus, Aegaeo mari emenso, ad Strobelum appellit; inde ad Imbrum applicat. ac Samothraca superata, hostes Thasi cum sentiret naves in statione habere multitudine et alacritate suis superiores, ne appropinquare quidem iis ausus est. Tripolites autem retro aversus Thessalonicam expugnat, deprehenso in ea etiam Leone praefecto, cui Chatzilacius cognomentum; multumque ibi sanguinis facit, multosque captivos abducit. forte quidam de cubiculariis, nomine Rhodophyllus, necessariae rei causa in Siciliam missus cum 100 auri libris, in itinere morbo correptus Thessalonicam se con-

ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι. ὅνπερ κατασχὼν ὁ Τριπολίτης καὶ πολλὰ βασανίσας διὰ τὸ χρυσίον ἀπέκτεινε μηδὲν ἔχειν ἰσχυριζόμενον· τοῦτο γὰρ ἔτυχε καταλιπὼν ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπερ Συμεὼν ἀσηκρῆτις διερχόμενος ἀνείλετο. καὶ τοῦ Τριπολίτου βουληθέντος καταστρέψαι τὴν πόλιν, ὁ Συμεὼν λαβεῖν αὐτὸν χρυσίον ἐμήνυσε καὶ τῆς καταστροφῆς ἀποσχέσθαι. ὃ καὶ γέγονε, καὶ λαβὼν τὸ χρυ- P 601
σίον ὁ Τριπολίτης ὑπενόστησεν. ἀποδεξάμενος δὲ τὸν Συμεὼν τοῦ ἔργου ὁ βασιλεὺς πατρίκιον καὶ πρωτοασηκρῆτιν τοῦτον τετίμηκε. πυθόμενος δὲ τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἀποστροφὴν ὁ ναύαρχος Ἱμέριος πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν διανίσταται δίωξιν. οἱ δὲ τῇ Κρήτῃ προσίσχουσι, καὶ ἀπόμοιραν δόντες τοῖς Κρησὶ τῆς λείας ἀβλαβεῖς οἴκαδε ἀπενόστησαν, ἄπρακτον ἐν Λήμνῳ καταλιπόντες τὸν Ἱμέριον.

Ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τὴν ἕω δύο γενναιοτάτω ἐκπέμπει στρατηγώ, Εὐστάθιόν τε τοῦ γένους τῶν Ἀργυρῶν καταγόμενον καὶ Ἀνδρόνικον τὸν ἐκ τοῦ Δουκός, οἵτινες πολλὰ τρόπαια ἐστήσαντο κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. Σαμωνᾶς δὲ ὁ τὴν ἐπιβουλὴν καταμηνύσας B
τῷ βασιλεῖ, διαφερόντως τιμώμενος τῷ βασιλεῖ, ἐξελθεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ προφασισάμενος φυγῇ ἐχρήσατο ἅμα χρήμασι καὶ ἵπποις, τοὺς ἐν ἑκάστῳ σταθμῷ δημοσίους ἵππους ἀγκυλοκοπῶν. ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς καταδιῶξαι αὐτὸν Βασίλειον ἑταιρειάρχην τὸν Καματηρὸν καὶ τὸν Κρηνίτην Γεώργιον. ἤδη δὲ τὸν

8 πρωτοασηκρήτην C   10 ἀνίσταται C   14 γενναιοτάτους C
16 οἳ C   19 αὐτοῦ] ἴσ. σταυροῦ margo P   20 ἀγκυλοτομῶν C

tulerat curandi corporis causa. eum Tripolita ibi tum captum, eius auri causa diu tortum, cum se quicquam habere pernegaret, necavit. et vero aurum in itinere Rhodophyllus reliquerat, idque Simeon secretarius ea transiens sustulerat. hic Simeon Tripolitam urbis eversionem animo agitantem hortatus est ut excidio abstineret eoque nomine aurum illud acciperet; ac persuasit. quod Simeonis factum ita gratum fuit imperatori, ut eum patricii ac secretarii primarii dignitate ideo remuneratus sit. Himerius cognito a Thessalonica Sarracenos recessisse insequendis iis se parat. verum hi ad Cretam appellunt, praedaeque parte Cretensibus data incolumes domum redeunt, otiosum Lemni relinquentes Himerium.

Secundum haec imperator duos fortissimos duces in Orientem emittit, Eustathium stirpis Argyrorum et Andronicum genere Ducam. hi multas de Agarenis reportarunt victorias. ceterum Samonas, is quem insidias imperatori detexisse docuimus, cum esset apud hunc in summo honore, simulans se ad monasterium suum exire, profugit cum pecunia et equis, ac dispositorum per singulas stationes publicorum equorum nervos incidit. Leo igitur mittit qui eum insequantur, Basilium sodalitii praefectum cognomine Camaterum (id est laboriosum) et Georgium

Ἅλυν διαπερῶντα τὸν Σαμωνᾶν κατέλαβε Νικηφόρος δρουγγάριος ὁ Καμινᾶς, καὶ κατέσχεν ἱκετεύοντα πολλὰ καὶ ὑπισχνούμενον δώσειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθεν, εἰς τὸν ἐν τῷ Σιραχᾷ καταφεύγει C σταυρὸν εὐχῆς χάριν ἐληλυθέναι προφασισάμενος. ἐλθὼν οὖν Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Δουκὸς υἱὸς καὶ τοῦτον ἀναλαβὼν ἐν τῇ πόλει ὑπέστρεψεν. εἰσελθόντων δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, τὸν μὲν ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος τοῦ Βάρδα οἰκίᾳ φυλάττεσθαι προσέταξεν ὁ βασιλεύς, Κωνσταντίνῳ δὲ τῷ Δουκί, ἐπείπερ ἐπληροφορήθη ὡς ταῖς ἀληθείαις προσφεύγων ἦν ἐν Μελιτηνῇ ὁ Σαμωνᾶς, παρήγγειλε μὴ τοῦτο ἐνώπιον τῆς συγκλήτου εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι τῷ Σιραχᾷ χάριν εὐχῆς ἀπῄει· ἐβούλετο γὰρ συγγνώμης τοῦτον τυχεῖν. ἕωθεν δὲ προσκαλεσάμενος τὴν σύγκλητον καὶ εἰς μέσον τὸν Κωνσταντῖνον παραγαγὼν ἠρώτα μεθ' ὅρκων, οὑτωσὶ λέγων "πρὸς τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς, ἔφευγεν ἐν Συρίᾳ D ὁ Σαμωνᾶς ἢ οὔ;" ὁ δὲ τοὺς ὅρκους εὐλαβηθεὶς (παρηγγέλθη γὰρ ἄνευ ὅρκων πρῶτον τὴν ἀλήθειαν ἀποκρύψασθαι) ὡμολόγησε πάντων ἐνώπιον ὅτιπερ εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἀπῄει Μελιτηνήν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν μὲν Κωνσταντῖνον μετ' ὀργῆς ἀπεπέμψατο, τὸν δὲ Σαμωνᾶν ἐν τοῖς τοῦ Καίσαρος κατέχεσθαι διωρίσατο. καὶ μετὰ ταῦτα ἐκεῖθέν τε ἐξεβλήθη καὶ τῆς προτέρας ἠξιώθη τιμῆς.

Ἐτέχθη δὲ τῷ βασιλεῖ ἀπὸ Ζωῆς τῆς τετάρτης αὐτοῦ γαμετῆς παιδίον ἄρρεν, οὗπερ ἐν τῇ γεννήσει κομήτης ἐφάνη, τὰς

3. 11 σιριχᾶ C   23 γενέσει C

Crenitam. Samonam iam Halyn fluvium transeuntem Nicephorus Caminas drungarius deprehendit, ac multis precantem, multa etiam dona ut dimitteretur promittentem detinet. Samonas cum missionem non impetraret, praetendit se voti causa ad Sirachanam crucem proficisci. sed eum Constantinus Andronici Ducae filius superveniens secum Cpolin abducit. Leo Samonam in Bardae Caesaris domo in custodia asservari iubet. Constantino, ex quo didicerat extra controversiam esse quod Samonas in Melitenam transfugere intendisset, mandat uti hoc in senatu dissimulet, et eum Siracham voti causa proficisci voluisse dicat: nam veniam Samonam consequi volebat. postridie senatu advocato Constantinum in medium adducit, iuratumque per deum et imperatoris vitam interrogat, in Syriam Samonas fugerit necne. Constantinus iurisiurandi (nam citra id iussus erat veritatem celare) motus religione coram omnibus profitetur Samonam in Melitenam, quae eius erat patria, fugam instituisse. imperator hunc iratus dimittit, Samonam autem in Caesaris domo asservari mandat. unde postea dimissus pristinae est restitutus dignitati.

Porro autem Zoe, Leonis quarta uxor, maritum suum mascula prole parentem fecit. in eius partu cometa apparuit, radios versus Orientem

ἀκτῖνας ἐπ' ἀνατολὰς ἀφιεὶς καὶ λάμπων ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν. ἐβάπτισε δὲ τὸ παιδίον ἐν τῇ ἁγίᾳ σοφίᾳ Νικόλαος ὁ πα- P 602 τριάρχης, ἀναδεξαμένων αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος Ἀλεξάνδρου τοῦ αὐταδέλφου τοῦ βασιλέως, τοῦ πατρικίου Σαμωνᾶ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου ἐξόχων. εὐλογήθη δὲ μετὰ Ζωῆς ὁ Λέων ὑπὸ Θωμᾶ πρεσβυτέρου, ὅστις καὶ καθῃρέθη, καὶ Αὐγοῦσταν αὐτὴν ἀνηγόρευσε. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. προεβλήθη δὲ καὶ ὁ πατρίκιος Σαμωνᾶς παρακοιμώμενος, πρὸς πᾶσαν παρανομίαν καὶ κακίαν συνεργὸς αὐτοῦ καθεστὼς δεξιώτατος. παρεσκεύασε γὰρ τὸν βασιλέα ἀναγκάσαι τὸν πατριάρχην καὶ ἄκοντα προσδέξασθαι B αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς μεταπεμψάμενος αὐτὸν λιπαρῶς ἐδεῖτο προσδεχθῆναι. ἐπεὶ δὲ μὴ προσίετο τὴν ἔντευξιν, ἀπὸ τοῦ λεγομένου Βουκολέοντος πλοίῳ μακρῷ ἐμβιβάσαντες διαπερῶσιν ἐν τῇ Ἱερείᾳ, ἀφ' ἧς πεζῇ τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενον ἄγουσιν εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ κτισθὲν μοναστήριον τῶν Γαλακρηνῶν. οὐ πολὺς παρῆλθε καιρός, καὶ χειροτονεῖται πατριάρχης ὁ σύγκελλος Εὐθύμιος, ἀνὴρ θεοσεβὴς καὶ ἀρετῆς ἥκων εἰς τὸ ἀκρότατον. φασὶ δ' ὅτι καὶ ἀπαναινόμενος τὴν ἱερωσύνην θείᾳ ἀποκαλύψει ἐπείσθη αὐτὴν καταδέξασθαι. διενοεῖτο δὲ ὁ βασιλεύς, πολλῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν εἰς C τοῦτο συνεργούντων αὐτῷ, νόμον θεῖναι τοῦ ἄγεσθαι τὸν ἄνδρα

3 τῶν ἁγιασμάτων ἀλ. C 6 Αὐγοῦσταν om C 9 καὶ om C
16 μικρῷ? ἀφ' ἧς om C 18 τλακαρηνῶν C

proiiciens, et ad quadraginta dies fulsit. infantem in Sapientiae templo baptizavit Nicolaus patriarcha, suscipientibus eum ex sacro lavacro fratre imperatoris Alexandro, patricio Samona et primoribus senatus. fausta comprecatus est Leoni Thomas presbyter, ideoque ordine suo excidit. Zoen porro Augustam imperator declaravit. atque ob hoc factum patriarcha ei introitu templi cum interdiceret, coactus est per dextram partem in Mitatorium ire. at imperator Samonam cubicularium suum intimum creat, quod eo ad omne flagitium ministro uteretur commodissimo. eius enim instinctu vim intentavit patriarchae, nisi vel invitus se in templum admitteret. res ita acta. principio Februarii mensis imperator patriarcham ad se vocat, et ab eo summis precibus contendit ut se ad sacra admittat. recusantem a Bucoleone longa navi impositum in Hiereiam traiicit; inde pedester ad Galacrenorum monasterium a se conditum deductus est. non multo post Euthymius syncellus patriarcha creatur, homo pius et summae virtutis; quem ferunt, cum id munus detrectaret, divina patefactione ad id suscipiendum fuisse impulsum. omni studio hic impedivit ne imperator legem, ad quod

κατὰ ταυτὸν τρεῖς ἢ καὶ τέτταρας γυναῖκας. ἀλλὰ τοῦτο μὲν πάσῃ σπουδῇ διεκώλυσεν ὁ πατριάρχης.

Ἰουνίῳ δὲ μηνὶ προσεκλήθη Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς εἰς τὴν καινουργηθεῖσαν παρ' αὐτοῦ μονὴν ἔγγιον τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐφ' ᾧ τὰ ἐγκαίνια ἐπιτελέσαι καὶ ἀριστῆσαι. ἐξαίφνης οὖν ἔπνευσεν ἄνεμος λὶψ σφοδρός, καὶ συνέσεισεν οἰκοδομὰς πολλάς, καὶ συνετάραξε τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐξεφόβησεν, ὡς πάντας φεύγειν ἐκ τῶν οἰκιῶν εἰς τὰ ὕπαιθρα. ὄμβρος δ' ἐπιγενόμενος ἔστησε τὴν τοιαύτην καταιγίδα. στόλου
D δὲ τῶν Ἀγαρηνῶν κατὰ Ῥωμαίων ἐξελθόντος, ὁ βασιλεὺς Ἱμέριον τὸν λογοθέτην τοῦ δρόμου ἀρχηγέτην τοῦ Ῥωμαϊκοῦ κατέστησε στόλου. προσετάχθη δὲ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Δοὺξ συνεισελθεῖν αὐτῷ καὶ ἀγωνίσασθαι κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς τῷ τῶν Δουκῶν γένει ἀκατάλλακτος ὢν ἐχθρὸς διὰ τὴν παρὰ τοῦ Κωνσταντίνου κατάσχεσιν, ὑποθείς τινι τῶν Ἀνδρονίκου φίλων ἔπεισε γράψαι λαθραίως μὴ ἐν τοῖς πλοίοις εἰσελθεῖν, τοῦ Ἱμερίου παράγγελμα ἔχοντος ἐκ βασιλέως ὑποβολῇ τοῦ Σαμωνᾶ ἐκτυφλῶσαι αὐτόν. ὡς οὖν ἐδέξατο τὸ γράμμα, οὐκ ἤθελε τῷ Ἱμερίῳ συνεισελθεῖν. διὸ καὶ μόνος ἠναγκάσθη κατὰ τὴν ϛ' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς συμβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς. καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατο
P 603 κατὰ κράτος καὶ ἠφάνισε. τοῦτο μαθὼν ὁ Ἀνδρόνικος καὶ τοῖς ὅλοις ἀπεγνωκώς, συσκευασάμενος ἅμα συγγενέσι καὶ δούλοις αὐτοῦ ἀπελθὼν κατέσχε τι φρούριον ἄνωθεν τοῦ Ἰκονίου διακείμενον,

1 τέσσαρας C 11 κατεστήσατο C 23 διακείμενον om C

multi illustres viri operam ipsi navabant, ferret, qua liceret viro tres simul aut quattuor uxores ducere.

Iunio mense Constantinus Afer in monasterium suum, quod prope fanum apostolorum condiderat, imperatorem invitavit, ut dedicationi eius et prandio interesset. ibi subito vehemens Africus exortus multa concussit aedificia hominesque exterruit, adeo ut omnes domibus relictis sub dium profugerint. imber autem obortus eam procellam sedavit. rursus classe Agarenorum contra Romanos provecta, suae classi imperator Himerium dromi logothetam praeficit, eique adiungit Andronicum Ducam. hic Samonas, qui quod a Constantino ex fuga, ut monstravimus, retractus fuerat, implacabile in Ducas odium gerebat, quendam Andronici familiarium subornat, eique persuadet ut occulte Andronicum per literas moneat ne navim conscendat: nam imperatorem, a Samona eo pertractum, Himerio ipsius excaecandi mandatum dedisse, et Andronicus literis iis acceptis noluit cum Himerio in bellum ire. Himerius itaque solus coactus est sexta Octobris die cum hostibus confligere, eosque devicit et interfecit. quo cognito, Andronicus desperatis suis rebus ac convasatis, cum necessariis ac servis suis castellum quoddam

ὃ Καβάλαν ὠνόμαζον, καὶ εἰς ἀποστασίαν ἔβλεψεν. οὐκ ἀνίει δ' ὁ Σαμωνᾶς ἀφορμῆς δραξάμενος καὶ παροξύνων καὶ συνταράσσων τὸν βασιλέα, καὶ λέγων ὡς ἐγὼ πάλαι κατανενοήκειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὡς ἀποστασίαν ὠδίνει καὶ ὡς χρὴ προκαταλαβεῖν τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ τῇ σῇ μελλήσει, ὦ βασιλεῦ, παρεῖται μὲν ὁ ἐπιτήδειος καὶ ῥᾷστος καιρὸς καὶ ᾤχετο ἐκ μέσων ἡμῶν τῶν χειρῶν ὁ πολέμιος, τὸν δεύτερον κἂν πλοῦν ποιητέον, μὴ καὶ λάθῃ δράσας τι μᾶλλον ἢ παθών. τούτοις τοῖς λόγοις ὥσπερ τινὶ πλή- B κτρῳ νυγεὶς ὁ βασιλεὺς τὸν Ἰβηρίτζην Γρηγορᾶν, δομέστικον τῶν σχολῶν καὶ κηδεστὴν Ἀνδρονίκου τυγχάνοντα, μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς ἀποστέλλει κατ' Ἀνδρονίκου. ὅπερ μαθὼν ἐκεῖνος, καὶ ὡς ὁ πατριάρχης Νικόλαος, ᾧ τὰ πολλὰ ἐθάρρει, ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας, καταλιπὼν τὴν Καβάλαν πανοικὶ προσέφυγε τοῖς Ἀγαρηνοῖς· ὃν ὁ ἀμερμουμνῆς ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐδέξατο. ἀναλογισάμενος δ' ὁ βασιλεὺς οἷον ἀπώλεσε στρατηγὸν καὶ οἷον ἕξειν πολέμιον ἔμελλεν, ἤσχαλλε καὶ ἐδυσφόρει καὶ τρόπον ἐζήτει πῶς ἂν αὐτὸν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπανασώσηται. ἐγένετο οὖν γράμμα βασιλικὸν πᾶσάν τε ἀμνηστίαν αὐτῷ κακῶν χαριζόμενον, τὴν οἴκαδέ C τε ἐπιστροφὴν ἐπιτρέπον, καὶ τὴν προτέραν εὐημερίαν καθυπισχνούμενον καὶ μυρίας ἄλλας δωρεὰς καὶ εὐεργεσίας· ὅπερ ἑλίξαντες κηρῷ λαμπάδι προσεοικότι διδοῦσί τινι τῶν Σαρακηνῶν ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου ἐκβληθέντι καὶ μεγαλοπρεπῶς φιλοφρονηθέντι, ἐπισκήψαντες ἀπελθεῖν ἐν Συρίᾳ καὶ ἐγχειρίσαι τοῦτο τῷ

8 ὑπό τινος πλήκτρου C   14 ὑπεδέξατο. ἀναλογιζόμενος C
22 ἐκβληθέντος C

occupavit supra Iconium situm, Cabalam nomine, et ad defectionem spectavit. at Samonas arrepta occasione non desiit imperatorem verbis concitare atque irritare: se dudum sensisse Andronicum defectionem parturire, et esse eius conatui antevertendum: imperatorem cunctando optimam eius rei occasionem dimisisse, atque ita hostem e manibus evasisse. sed vel sic aliquid conandum, ne quod ab eo accipiatur damnum. hoc quasi stimulo incitatus Leo Iberitzam Gregoram scholarum domesticum et Andronici affinem cum valido exercitu contra Andronicum emittit. Andronicus ubi hoc rescivit, et Nicolaum patriarcham, quo maxime erat fretus, ecclesia eiectum esse, Cabala relicta ad Agarenos cum omnibus suis profugit; eumque amermumnes honorifice admodum accepit. imperator porro reputans quantum isto amisso ducem amisisset et qualem esset habiturus hostem, animi angebatur, et quomodo eum reduceret ad suos cogitabat. scribuntur tandem literae imperatoriae, quibus Andronico et offensarum omnium oblivio et reditus domum et pristina dignitas atque fortunae et innumera dona ac beneficia offeruntur. eae cereo inclusae Sarraceno cuidam, e praetorianis captivis ad summum favorem producto, in Syriam Andronico perferendae traduntur.

Ἀνδρονίκῳ. ἀπελθόντα γοῦν τὸν Σαρακηνὸν προσλαβόμενος ἰδίᾳ ὁ Σαμωνᾶς "οἶδας ὃ κατέχεις;" ἠρώτα, τὸν κηρὸν αἰνιξάμενος. ἀγνοεῖν δ' ἐκείνου φήσαντος "ὁ δοθείς σοι κηρός, ὦ φίλος," ἔφη, "τῆς Συρίας ἐστὶν ἡ ἀπώλεια· καὶ εἴ τι κήδῃ τοῦ ἔθνους τοῦ σοῦ καὶ τῶν ὁμοπίστων, χερσὶ κατάθου τοῦτο τοῦ οὐζήρ." ὥστε δὲ
D διακονῆσαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ παραγγελθεῖσι, καὶ δώροις αὐτὸν μεγίστοις πολυτελῶς ἐφιλοφρονήσατο. ἀπελθὼν οὖν ὁ Σαρακηνὸς ἐνεχείρισε τῷ οὐζὴρ τὸν κηρόν· ὃν καθελὼν ἐκεῖνος καὶ τὸ γραμμάτιον εὑρών, καὶ τὸν ἐν τούτῳ κείμενον ἀναλεξάμενος νοῦν, ἀπήγγειλε τῷ ἀμερμουμνῇ. καὶ εὐθὺς Ἀνδρόνικον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὸ δεσμωτήριον ὑπεδέχετο. ἐπὶ πολὺ οὖν κακουχούμενοι, καὶ μὴ φέροντες τὰ ἐκ τῆς φυλακῆς λυπηρά, ἠναγκάσθησάν τινες τὴν οἰκείαν ἐξομόσασθαι πίστιν. ὁ μὲν οὖν Ἀνδρόνικος οὕτω καὶ τὸν βίον κατέλυσε.

Κωνσταντῖνος δὲ ὁ τούτου υἱὸς πρὸ τοῦ θανεῖν ἐκεῖνον, εἰδήσει καὶ τοῦ πατρός, συσκευασάμενος μετά καί τινων ἄλλων τῶν περὶ αὐτὸν (ἐτύγχανον γὰρ συχνοὶ μετ' αὐτοῦ ἔτι ἐν τῇ
P 604 φρουρᾷ ἐγκαθειργμένοι διὰ τὸ μὴ θελῆσαι τὸ οἰκεῖον ἀπώμοτον θέσθαι σέβας) τὰ δεσμὰ διαρρήξαντες ἐξέρχονται τῆς φυλακῆς, καὶ καλωδίῳ ἑαυτοὺς καθιμήσαντες ἵππων τε εὐπορήσαντες ἀπεδίδρασκον. στρατιωτῶν δὲ πεμφθέντων εἰς τὴν κατάσχεσιν τούτων, νῦν μὲν ὑποστρέφοντες καὶ πολεμοῦντες νῦν δὲ χρυσίον ῥιπτοῦντες ἀπεσκευάζοντο τοὺς διώκοντας, καὶ οὕτως ἴσχυσαν ἐπιβῆναι τῶν ὁρίων Ῥωμαίων. ταχὺ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν Κωνσταντῖνον

20 σχοινίῳ margo C   23 τῶν ῥωμαίων ὁρίων C

discedentem Sarracenum Samonas seorsim compellans "scis" ait "quid portes?" ceram innuens. neganti "cera" inquit, "quam gestas, Syriae est exitium; et tu, si qua tibi gentis et eandem tecum religionem colentium est cura, eam veziri in manus trade." promittentem ita facturum donis pretiosis magnifice est demeritus. ergo Sarracenus confecto itinere veziri cereum tradit; isque cera remota literas inventas legit, et percepta sententia rem amermumnae significat. extemplo Andronicus cum suis in carcerem coniicitur, ubi diu magnas toleraverunt miserias; quarum quidam impatientes fidem Christianam abiuraverunt. Andronicus in carcere periit.

Filius autem huius Constantinus vivo adhuc et conscio patre, re cum quibusdam aliis captivis (complures enim in carcere una inclusi erant, quod religionem veram prodere nollent) composita, ruptis vinculis per funem ex carcere delapsi et equos nacti profugerunt. militesque qui eos comprehensum missi insequebantur, nunc obvertendo se et dimicando, nunc aurum in quo colligendo ii occuparentur proiiciendo amoliti, ad fines Romanorum evaserunt. imperator Constantinum et qui

μετεπέμψατο, καὶ ὡς αὐτὸν ἀγαγὼν δώροις αὐτὸν παντοίοις καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐφιλοφρονήσατο. πληρωθείσης δὲ τῆς ἐντυχίας, ἐν τῷ μέλλειν ἀπὸ τοῦ χρυσοτρικλίνου ἐξιέναι τὸν Κωνσταντῖνον (ἐκεῖσε γὰρ ἐποιήσατο τὴν αὐτοῦ δοχὴν ὁ βασιλεὺς) ὑποστρέψαι B κελεύσας αὐτόν, ἐνατενίσας πρὸς τὰς ἐστηλωμένας ἄνωθεν τῆς πύλης εἰκόνας τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς θεομήτορος ὁ βασιλεύς, τάδε πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον εἰρήκει "μή σε πλανάτω, ὦ Κωνσταντῖνε, τὸ ὄνομα, μηδὲ διὰ τοῦτο οἴου κατάρξειν Ῥωμαίων· ἡ βασιλεία γὰρ τῷ ἐμῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ἐκ θεοῦ τεταμίευται, καὶ τοῦτό μοι δῆλον γέγονεν ἐκ προρρήσεων θείων ἀνδρῶν καὶ προορᾶν τὰ μέλλοντα διὰ καθαρότητος κτησαμένων. ἔμμενε γοῦν τῇ δοθείσῃ σοι τάξει, καὶ μὴ φαντάζου τὰ ὑπὲρ σεαυτόν. ἦ μὴν ἴσθι ὡς τυραννήσαντος ἡ κεφαλή σου σώματος ἄτερ διὰ τῆσδε τῆς πύλης εἰσελεύσεται." ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον· μετὰ θάνατον γὰρ τοῦ Λέοντος τυραννήσας ὁ Κωνσταντῖνος ἀνῃρέθη ἐν τῷ τοῦ γενικοῦ C σεκρέτῳ, καὶ διὰ τῆς ῥηθείσης πύλης λύθρῳ καὶ αἵματι σταζομένη ἡ τούτου κεφαλὴ εἰσήχθη εἰς τὰ βασίλεια.

Ὁ δὲ βασιλεὺς διά τινα ὑπόνοιαν Εὐστάθιον μάγιστρον τὸν Ἀργυροῦν μετεκίνησε τῆς ἀρχῆς (ἦν γὰρ δρουγγάριος τῆς βίγλας), ὃς καὶ ἀπιὼν οἴκαδε φαρμάκῳ κατεργασθεὶς ἐτελεύτησε, πολὺν πόθον αὐτοῦ τῷ τε στρατῷ καὶ τῷ στόλῳ καταλιπών, μεμνημένοις τῶν ἀνδραγαθημάτων αὐτοῦ. ἐτάφη δὲ κατὰ τὸ Χαρσιανὸν ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Ἐλιζάβετ, ἣν Λέων ὁ πάππος αὐτοῦ ἐκαι-

8 κατάρξαι C   11 οὖν C   21 μεμνημένων C

cum ipso erant statim ad se vocat donisque variis afficit; et a primo congressu, cum aureo triclinio esset exiturus Constantinus (ibi enim eum exceperat convivio Leo), revocat eum imperator; atque oculis in imagines Christi et deiparae, quae superne erant collocatae, defixis sic affatur "Constantine, vide ne imponat tibi nomen tuum, cave, neve ob id Romanis te imperaturum opineris. etenim filio meo Constantino id imperium divinitus est destinatum, quod ego comperi praedictionibus divinorum hominum, castitate sua futurorum praescientiam nactorum. locum itaque tuum tene, neque te superiora somniaveris. alioqui scito tuum, si tyrannidem affectaveris, caput trunco relicto per hanc portam illatum iri." hoc quidem eventu est confirmatum. mortuo enim Leone Constantinus cum invasisset imperium, in Genici secreto obtruncatus est, caputque tabo et cruore stillans per dictam portam est in regiam allatum.

Praeterea Leo Eustathium magistrum drungarium vigiliae munere suo amovit ob quandam suspicionem; isque domum suam digressus veneno periit, magno sui desiderio exercitui classique relicto, praeclara eius facinora memoria recolentibus. sepultus est apud Charsianum in monasterio S. Elisabetae, quod novum avus eius Leo condiderat. hic

νούργησεν, ὃς καὶ τὸ τῶν Ἀργυρῶν ἐπίθετον ἐκληρώσατο πρῶτος, D εἴτε διὰ καθαρότητα βίου, εἴτε καὶ δι' εὐπρέπειαν σώματος, εἴτε καὶ διά τινα τρόπον τῆς αὐτοῦ γενναιότητος· τοσοῦτον γὰρ περιῆν ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπὶ τοῦ Μιχαὴλ γενομένων ἀνθρώπων ὥστε μόνος μετὰ τῶν οἰκογενῶν συνερρήγνυτο τοῖς ἐκ Τεφρικῆς Μανιχαίοις καὶ τοῖς ἐκ Μελιτηνῆς Ἀγαρηνοῖς, καὶ τούτους ῥᾳδίως ἐτρέπετο. καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνον φημιζόμενον φόβητρον ἦν πᾶσι τοῖς ἀντιπάλοις.

Χάριν δὲ ἀλλαγίου ἐκπεμφθέντες ἀπό τε Ταρσοῦ καὶ Μελιτηνῆς ὅ τε Ἀβελβάκης ἐκεῖνος καὶ ὁ τοῦ Σαμωνᾶ πατὴρ κατέλαβον τὴν βασιλεύουσαν. καὶ τούτους ὁ βασιλεὺς ἐδέξατο μεγάλην δοχὴν ποιήσας καὶ κόσμῳ πολλῷ τὴν Μαγναύραν κατακοσμήσας. P 605 ἐκαλλώπισε δὲ καὶ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν πολυτελῶς, καὶ εἰσήγαγε τούτους ἐκεῖσε, καὶ τὰ τίμια ὑπέδειξεν ἅπαντα καὶ τὰ τῇ θείᾳ λατρείᾳ λειτουργοῦντα σκεύη. τοῦτο δὲ ἀνάξιον ἦν Χριστιανικῆς καταστάσεως, ἀλλοφύλοις ἀνθρώποις καὶ ἀλλοπίστοις ἐκθεατὰ ποιεῖν τὰ καὶ τοῖς μὴ καλῶς βιοῦσιν εὐσεβέσιν ἀνθρώποις ἀθέατα. ὁ δὲ τοῦ Σαμωνᾶ πατὴρ τὴν παρρησίαν, ἣν ὁ τούτου υἱὸς ἔσχε πρὸς βασιλέα καὶ τὴν τιμὴν θεασάμενος καὶ τὴν δόξαν, ᾑρετίσατο συνεῖναι τῷ υἱῷ, Μελιτηνὴν τὴν πατρίδα ἀπαρνησάμενος. Σαμωνᾶς δὲ οὐ συνεχώρει, παρῄνει δὲ μᾶλλον εἰς τὰ οἰκεῖα ὑπονοστῆσαι καὶ τῆς ἰδίας ἔχεσθαι πίστεως, προσμένειν δὲ καὶ αὐτόν, εἰ καιροῦ λάβοιτο, ἐκεῖσε γενέσθαι. τῆς δὲ ἑορτῆς B ἐπιστάσης ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν πυρίναις γλώσσαις τοῖς ἀπο-

17 θεατὰ C   ἀνθρώποις om C

Leo primus Argyrorum, id est argenteorum, cognomen familiae suae intulit, sive ob vitae puritatem, sive decorem corporis, sive ob illustrem fortitudinem, qua is aequales suos (claruit autem Michaelo imperante) adeo superavit ut solus cum vernis suis Manichaeos Tephricenses et Melitenaeos Agarenos adortus in fugam facile coniecerit, nominisque etiam eius mentio terrorem hostibus incusserit.

Ceterum pactorum causa a Tarso et Melitena ad Leonem missi venerunt Cpolin Abelbaces et Samonae pater. quos magnifico excepit imperator convivio in Magnaura, splendide instructa. exornavit et magnum templum magnifice, legatisque introductis omnia etiam vasa ad divinam pertinentia liturgiam demonstravit. id quidem statu Christiano indignum fuit, peregrinis hominibus, iisque a vera religione alienis, ea ostendere quae ne a piis quidem et integrae vitae hominibus temere visuntur. et Samonae pater cum videret quantum potentiae atque honoris apud imperatorem filius obtineret, cum filio manere voluit patria Melitena deserta. verum Samonas id passus non est, hortatus patrem ut domum rediret et in sua religione perseveraret, ac se quoque exspectaret, prima quoque occasione domum rediturum. festo pentecostae

στόλοις ἐφοίτησεν, ἔστεψε τὸν οἰκεῖον υἱὸν Κωνσταντῖνον ὁ βασιλεὺς διὰ Εὐθυμίου τοῦ πατριάρχου. σπεύδων δὲ ὁ Σαμωνᾶς τὴν τῆς βασιλίδος πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι εὔνοιαν, Κωνσταντῖνον τὸν ἑαυτοῦ ὑπηρέτην ἐκτομίαν ὄντα καὶ τῆς τῶν Παφλαγόνων ὁρμώμενον χώρας τῇ Αὐγούστῃ παρέσχεν ὑπηρετεῖν. τοσοῦτον δὲ οὗτος ἠγαπήθη παρ' αὐτῆς καὶ Λέοντος τοῦ βασιλέως ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Σαμωνᾶν διερεθίσαι πρὸς φθόνον, καὶ διαλοιδορεῖσθαι αὐτῷ πρὸς βασιλέα ὡς τῇ Αὐγούστῃ τάχα πλησιάζοντι· ὅπερ ὡς ἀληθὲς πιστεύσας, ἀποστείλας ἀπέκειρεν αὐτὸν μοναχὸν ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Ταρασίου μονῇ δι' αὐτοῦ τοῦ Σαμωνᾶ. μετ' ὀλίγον δὲ C πάλιν μεταγνοὺς καὶ προσλαβεῖν τοῦτον ἐθέλων μετήγαγε δι' αὐτοῦ τοῦ Σαμωνᾶ εἰς τὴν μονὴν τῶν Σπειρῶν. ἐν τῷ Δαματρύϊ οὖν ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐν τῇ τοῦ Σαμωνᾶ ἀριστήσας μονῇ, καὶ θεασάμενος Κωνσταντῖνον, εὐθέως διεκελεύσατο, καὶ ἀπέδυσαν αὐτὸν τὰ τοῦ μονήρους βίου ἄμφια καὶ ἐνέδυσαν στολὴν κοσμικήν. καὶ εὐωχούμενός τε παρ' αὐτῷ δοθῆναί οἱ ἐκέλευσε τὸ ποτήριον ἐν τῷ ἀρίστῳ, καὶ εἰσερχόμενος ἐν τῷ παλατίῳ ἐφείλκετο καὶ αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. ὁρῶν δὲ καὶ ὁ Σαμωνᾶς αὐξανομένην τὴν πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον τοῦ βασιλέως ἀγάπην ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ ῥάπτει, τόνδε συντεθειμένην τὸν τρόπον. D κοινολογησάμενος Μεγίστῳ τῷ κοιτωνίτῃ καὶ Μιχαὴλ τῷ Τζιρίθωνι γραμμάτιον συντίθησι λοιδορίας ἔχον κατὰ τοῦ βασιλέως ἀπείρους, Κωνσταντίνου τοῦ Ῥοδίου, ὃς ὑπεγραμμάτευε τῷ Σαμωνᾷ, τοῦτο συνθέντος· ὅπερ γράψαντες καὶ σφραγίσαντες ἐν

16 αὐτοῦ? 19 ἐπιβουλὴν — 20 τρόπον om C 22 Μιχαὴλ] βασιλείῳ C 24 ὃ C

die imperator filium suum Constantinum opera Euthymii patriarchae coronavit. at vero Samonas, ut Augustam demereretur, suum ministrum Constantinum natione Paphlagonem eunuchum ei pro famulo tradit. is Constantinus in tantam venit Augustae et Leonis gratiam, ut ipse etiam Samonas invidia correptus apud imperatorem eum detulerit, quasi cum Augusta is rem haberet. cui criminationi credens Leo, Constantinum monachi in morem tonderi iubet, et ab ipso Samona in Tarasii monasterium deduci. paulo post autem mutata sententia recipere eum cupiens, eiusdem Samonae opera eum in monasterium Spirarum transtulit. egressusque ad Damatryum, et in Samonae pransus monasterio, cum videret Constantinum, illico mandavit ut monachi habitu exutus civili vestitu amiciretur; et apud eum convivans poculum ei suum dari iussit, secumque hominem in palatium reduxit. Samonas videns imperatoris in Constantinum amorem crescere, composita re cum Megisto Coetonita et Michaelo Tzirithone, libellum conviciis in Leonem innumeris refertum opera scribae sui Constantini Rhodii conficit, eumque

τῷ μιτατωρίῳ ἔρριψαν. τοῦ δὲ βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἂν τῷ μιτατωρίῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ηὔχετο τόπῳ τοῦτο ἐρριμμένον ἰδόντος, εἰληφότος τε καὶ ἀναγνόντος, πολλὴ κατέσχεν ἀπορία τοὺς συμπαρόντας, διστάζοντος ἑκάστου καὶ ἀγνοοῦντος τὸν ῥίψαντα. κατέσχε δὲ καὶ τὸν βασιλέα ἀθυμία πολλή, καὶ τὸν πεποιηκότα ἐζήτει. γέγονε δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ἔκλειψις σελήνης μεγίστη, δι' ἣν ὁ βασιλεὺς τὸν μητροπολίτην Συνάδων μετεκαλέσατο Πανταλέοντα,
P 606 τῆς ἀστρονομικῆς παιδείας ἐν μνήσει τυγχάνοντα, τὸ τῆς ἐκλείψεως ἀποτέλεσμα μαθεῖν ὀριγνώμενος. ὃν εἰσερχόμενον πρὸς τὸν βασιλέα ὁ Σαμωνᾶς ἰδίᾳ παραλαβὼν ἠρώτησεν εἰς τίνα τὴν κάκωσιν ἔσεσθαι, καὶ τόνδε φάναι ὅτι εἰς σέ· τὴν ιγ' δὲ τοῦ Ἰουνίου διερχόμενος ἡμέραν οὐδὲν ἔκτοτε πείσῃ κακόν. ἐρωτηθεὶς δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως περὶ τούτου εἶπεν ὅτι εἰς τὸ δεύτερον πρόσωπον ἡ κάκωσις ἐπισκήψει. ὑπώπτευεν οὖν ὁ βασιλεὺς δεύτερον πρόσωπον εἶναι τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν Ἀλέξανδρον. καὶ τὰ μὲν τῆς προρρήσεως ἣν ἔσχεν ἀπόβασιν, προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει· Μιχαὴλ δὲ τοῦ Τζιρίθωνος κατ' ἰδίαν τῷ βασιλεῖ προσελθόντος καὶ καταμηνύσαντος ὡς ὁ Σαμωνᾶς εἴη τὸ πιττάκιον πεποιηκώς,
B παρευθὺ καταβιβάζεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἀποκείρεται μοναχός, εἶτα ἐν τῇ μονῇ τοῦ πατριάρχου Εὐθυμίου ἀπάγεται, κἀκεῖθεν διαλοιδορηθεὶς εἰς τὴν τοῦ Μαρτινακίου μετατίθεται. ταῦτα δὲ ἐπράχθη μήπω τῆς ὡρισμένης προθεσμίας παρὰ τοῦ μητροπολίτου διαδραμούσης. ἐποίησε δὲ ἀντ' αὐτοῦ τὸν Κωνσταντῖνον

8 παντολέοντα C   10 εἰς C

consignatum in Mitatorio abiicit. imperator publice in magnum templum progressus, cum in Mitatorium venisset, quo loco precabatur, libellum invenit ac legit. ea res eos qui aderant in magnam coniecit solicitudinem, atque ipsi etiam Leoni curam attulit auctorem quaerendi. sub idem tempus lunae defectus maximus fuit. et Leo Synnadensem metropolitam, Pantaleonem nomine, astronomica imbutum scientia accivit, ut ex eo deliquii eius quis futurus esset effectus cognosceret. eum ad regem intrantem Samonas percontatus est cuinam adversa portenderentur. responditque "tibi. sed tamen si 13 Iunii diem superaveris, nihil deinde mali tibi eveniet." ab imperatore de eadem re interrogatus, proximae ab imperatore personae denuntiari malum dixit. idque de fratre suo Alexandro accepit Leo: sed quis fuerit praedictionis exitus, mox dicemus. etenim Leo, cum eum Michaelus Tziritho seorsim congressus monuisset libelli infamis auctorem esse Samonam, statim domum suam deportari Samonam et monachi in morem radi iussit, deinde in Euthymii patriarchae monasterium deduci, indeque conviciis proscissum in Martinaciorum transferri. ea omnia acta ante diem a Pantaleone designatum. Constantinum loco Samonae intimum cubicularium Leo fe-

παρακοιμώμενον. ἔκτισε δὲ αὐτῷ καὶ μοναστήριον ἐν ταῖς Νοσσιαῖς, ἐπ' ὀνόματι τοῦ σωτῆρος, ὃ καὶ ἐνεκαίνισεν ἅμα Εὐθυμίῳ τῷ πατριάρχῃ. Ἀγαρηνῶν δὲ ἐξελθόντων μετὰ πλοίων τριακοσίων, ὧν ἡγεῖτο Δαμιανός τε ὁ τῆς Τύρου ἀμηρᾶς καὶ Λέων ὁ Τριπολίτης, Ἱμέριος ὁ λογοθέτης ναύαρχος ὢν τῶν Ῥωμαίων C κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα συνήντησε τούτοις εἰς Σάμον, ἧς ἐστρατήγει Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνός. καὶ συμπλακεὶς τοῖς μετ' αὐτοῦ ἡττήθη, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν νεῶν διασκεδασθεισῶν μόλις αὐτὸς διεσώθη εἰς Μιτυλήνην.

Κοιλιακῷ δὲ νοσήματι ληφθεὶς ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπὶ χρόνον τῷ τοιούτῳ πάθει κατεργασθεὶς καὶ εἰς ἐσχάτην ἀδυναμίαν ἐληλακώς, μόλις ἠδυνήθη ἐν τῷ τῆς ἐγκρατείας καιρῷ τὴν συνήθη ποιήσασθαι δημηγορίαν. συνηθροισμένης γὰρ τῆς συγκλήτου τοιούτων ἤρξατο πρὸς αὐτοὺς λόγων. "τὸ μὲν ἐμὸν σαρκίον, ὦ φίλοι, νόσῳ ἐκτρυχωθὲν ἀπέρρευσε, καὶ ἡ ἰσχὺς ἐπιλέλοιπε, καὶ τάχα οὐκέτι μεθ' ὑμῶν βιοτεύω, οὐδὲ καταλήψομαι τὴν τοῦ D δεσπότου Χριστοῦ ἀνάστασιν. μίαν τοίνυν καὶ τελευταίαν ὑμᾶς αἰτῶ τήνδε τὴν χάριν, ἀπομνημονεῦσαι ἣν εἶχον πρὸς ὑμᾶς χρηστὴν διάθεσιν, καὶ ἀντὶ ταύτης εὔνοιαν τῇ ἐμῇ συζύγῳ διατηρῆσαι καὶ τῷ υἱῷ." καὶ ἡ μὲν τοῦ βασιλέως δημηγορία τοιαύτη, ἡ δὲ σύγκλητος βουλὴ ὑπέσχετο δακρυρροοῦσα καὶ μετ' ὀλοφυρμῶν λύπῃ μὲν συνέχεσθαι ἀπαραμυθήτῳ τοιούτου στερισκομένη δεσπότου καὶ βασιλέως, εὔνοιαν δὲ διατηρήσειν εἴς τε τὴν δέσποιναν καὶ τὸν ἡμέτερον δεσπότην καὶ βασιλέα καὶ σὸν υἱόν, ὥστε, εἰ

2 ἣν C 6 ὀκτώμβριον C εἰς] κατὰ τὴν C 10 συλληφθεὶς F i. e. cod. Fontisebraldensis Michaelis Glycae p. ed. Paris. 300 A 16 βιοτεύσω F 19 τηρῆσαι C 22 στερισκομένους C

cit, eique monasterium in Nossiis aedificavit, de nomine servatoris dictum, idque cum Euthymio patriarcha dedicavit. secundum haec Agareni 300 naves emittunt, ducibus Damiano Tyri amera et Leone Tripolita. his apud Samum, cui tum Romanus Lacapenus praeerat, occurrit Himerius classis Romanae praefectus; victusque ab iis, dissipata classe sua, aegre ipse Mitylenam fuga evasit.

Imperator autem coeliaco morbo correptus, eoque aliquamdiu confectus et in summam redactus invaletudinem, vix potuit orationem ieiunii tempore pro more habere. itaque advocato tum senatu sic infit. "caro mea, amici, morbo consumpta diffluxit viresque defecerunt, ac fortassis vobiscum amplius non vivam, neque ad festum resurrectionis Christi diem vitam perducam. hanc itaque unam ac postremam a vobis gratiam postulo mihi dari: recordamini quam me vobis benignum praebuerim, atque ideo uxorem filiumque vobis commendatum habetote." senatus cum fletu atque eiulatu ostendit se iactura huius domini atque imperatoris incredibilem percipere dolorem, Augustae autem et filio im-

δεήσει, μυριάκις ἔμπροσθεν αὐτῶν ἀποθανεῖν. ταῦτα εἰποῦσα ἡ σύγκλητος καὶ τελευταῖον ἀσπασμὸν ἀποδοῦσα τῷ βασιλεῖ ἀπηλλάγη. οὐ μήν γε καὶ εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀλλὰ διετέλεσε νοσηλευόμενος καὶ σφακελιζόμενος ἄχρι τῆς ια' τοῦ Μαΐου P 607 μηνός, καθ' ἣν ἀπηλλάγη τοῦ βίου Ἀλεξάνδρῳ τῷ αὐτοῦ ἀδελφῷ τὰ τῆς βασιλείας παραδοὺς σκῆπτρα. ὃν ἰδών, ὥς φασι, κατὰ τὴν τελευταίαν ἐρχόμενον ἐντυχίαν εἰπεῖν λέγεται "ἴδε ὁ κακὸς καιρὸς μετὰ ιγ' μῆνας." παραδοὺς τοίνυν, ὡς εἴρηται, τὸ τῆς βασιλείας κράτος, καὶ πολλὰ παρακαλέσας τὸν αὐτοῦ υἱὸν Κωνσταντῖνον παιδοτροφῆσαι καὶ ἐπιμελείας ἀξιοῦν προσηκούσης, τελευταῖον δὲ καὶ διάδοχον αὐτοῦ καταλιπεῖν, ἐτελεύτησεν.

Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τοῦ Λέοντος ἀδελφός, ἤδη νεανίας ὢν καὶ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ παραμείβων ἔτος, τοῦ Λέοντος ἀποθανόντος παρέλαβε τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας, συμβασιλεύοντος αὐτῷ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ παιδὸς Λέοντος. ὃς ἅμα τε ἐπέβη B τῆς βασιλείας καὶ ἅμα ἐκπέμψας ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν τὸν πατριάρχην, καὶ τοῦ θρόνου καταγαγὼν Εὐθύμιον ἀνήγαγε τὸ δεύτερον τὸν Νικόλαον. καὶ ἅμα αὐτῷ καθεσθεὶς ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, σιλεντίου γενομένου, τὴν τοῦ Εὐθυμίου καθαίρεσιν ἐποιήσατο· ὃν οἱ προσκείμενοι τῷ Νικολάῳ κληρικοὶ ἅμα τῇ

8 ιγ'] τοὺς ιγ' CF   post μῆνας C: προσέκειτο δὲ τοῖς μαθήμασιν ὁ τοιοῦτος βασιλεύς, καὶ μάλιστα τῇ περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἀποτελεσματικῇ. καὶ στιχερὰ δὲ μελίσας τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκε ψάλλεσθαι πάσης ἡδύτητος ἀνάπλεα. καὶ ἐπιστολαὶ δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλα πονήματα πάσης παιδεύσεως περίπλεα φέρονται, πρὸς τὸν ἀρχαῖον χαρακτῆρα ἀποτετορευμένα. ἀνέγνωσε δὲ καὶ τὰ Ἀρχιμήδεια ἀκριβῶς καὶ ὡς οὐδεὶς ἕτερος τῶν κατ' αὐτόν. 15 Λέοντος παιδὸς C   17 τὸν εὐθύμιον F   18 τὸν om F 19 σελεντίου C   τοῦ om F   20 ἐπηγήσατο F

peratori ita se fideles fore ut vel milies pro eo sint, ita rebus poscentibus, mortem oppetituri; itaque imperatore extremum consalutato discesserunt. Leo tamen vitam, morbo interim misere conflictatus, usque ad 11 Maii diem produxit. moriens imperium fratri suo Alexandro reliquit. quem postremum ad se venientem videns fertur dixisse "en malus temporis articulus post tredecim menses." eundem multis hortatus est ut Constantinum educare ac digne tractare vellet eumque sibi heredem imperii facere.

Alexander Leonis frater, annum iam aetatis 20 egrediens, imperii habenas suscepit, consorte Constantino Leonis filio. simulatque occepit imperium, Nicolaum patriarcham Galacrenis revocavit, ac deturbato Euthymio eum in solio pontificali reposuit. eique in Magnaura assidens, facto silentio Euthymium deposuit. hunc clerici qui Nicolao favebant,

καθαιρέσει ὥσπερ ἄγριοι ἐμπηδῶντες θῆρες ἔπληττον, κονδύλους ἐνέτριβον, ἐκολάφιζον, τὴν ἱεροπρεπῆ ἀνέτιλλον γενειάδα, ἐπὶ τράχηλον ὤθουν καὶ ἄλλας ἀνυποίστους ποινὰς τούτῳ ἐπέφερον, ἐπιβάτην ἀποκαλοῦντες καὶ μοιχὸν καὶ ἀλλοτρίᾳ ἐπιπηδήσαντα γυναικί. ὁ δὲ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ πράως ἅπαντα καὶ ἡσύχως ὑπέφερεν. ὑπερόριος οὖν ἐν τοῖς Ἀγαθοῦ σταλεὶς καὶ μετὰ μι- C
κρὸν χρόνον ἀποβιούς, ἐν τῇ πόλει εἰσαχθεὶς θάπτεται εἰς τὴν αὐτοῦ μονήν. ὁ δὲ κληρικὸς ὁ τὰς πολιὰς αὐτοῦ τίλας, ὑποστρέψας εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν εὗρε ταύτην ἐμπεπρησμένην καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐκλελυμένην, ἥτις καὶ διήρκεσεν ἐπὶ χρόνους ἱκανοὺς μεταιτοῦσα καὶ τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς συλλέγουσα.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος καὶ πάλαι βίον ἁβροδίαιτον ἔχων καὶ διακεχυμένον καὶ πρὸς μόνα ἐπτοημένον τὰ κυνηγέσια καὶ τὰς ἄλλας ἀκολάστους καὶ ἐκδεδιῃτημένας τῶν πράξεων, καὶ μηδὲν ἔργον βασιλέως εἰδὼς διαπράττεσθαι, ἀλλὰ τρυφαῖς καὶ ἀσελ- D
γείαις σχολάζειν ἠγαπηκώς, ἐπεὶ τῆς βασιλείας καὶ τῶν ὅλων ἐγένετο ἐγκρατής, οὐδὲν ἄξιον λόγου ἢ διενοήσατο ἢ κατεπράξατο· μοναρχήσας γὰρ Ἰωάννην τινὰ ἀγύρτην καὶ μηδενὸς ἄξιον λόγου (Λαζάρης τούτῳ ἐπώνυμον) ῥαίκτωρα πεποίηκεν, ὃς καὶ μετὰ μικρὸν κακῶς ἀπέρρηξε τὴν ζωήν, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ σφαιρίζων ὁ κληρικός. ὡσαύτως καὶ Γαβριηλόπουλον καὶ Βασιλίτζην, συμ-

1 ἐκπηδῶντες F 2 ἀπέτιλλον CF γενειὰν F 3 τραχήλου F 5 πάντα C 10 αὐτοῦ om C παρειμένην C 16 βασιλέως ἔργον F 22 γαβριηλόπωλον P

ut primum ei dignitas abrogata est, facto quasi in feram impetu pugnis ceciderunt, alapas inflixerunt, barbam evellerunt, praecipitem in cervicem impulerunt, aliisque gravissimis modis multarunt, inscensorem vocantes et adulterum et qui alienam invasisset uxorem. quae sanctus ille vir omnia placide perpessus et in Agathi relegatus pauloque post vita defunctus est. corpus eius in urbem relatum, inque ipsius monasterio sepultum est. clericus autem is qui ei canos evellerat, domum revertens eam hac ipsa hora incendio absumptam deprehendit, filiamque membris luxatam, quae multos deinde per annos mendicando victum quaesivit.

Enimvero Alexander, iampridem molli dissolutaeque adsuetus vitae, solisque deditus venationibus aliisque intemperantibus atque intempestivis actionibus, nullius imperatorem decentis rei gerendae gnarus, tantumque luxui et libidinibus intentus, imperium adeptus nihil memorabile neque egit neque instituit. Ioannem quendam clericum circulatorem, et nullius pretii hominem, cognomento Lazarem, rectoris officio dignatus est, qui paulo post in Hebdomo pila ludens male periit. Gabrielopulum et Basilitzam, quibus antequam imperator fieret collusoribus suarumque

παίστορας αὐτῷ ὄντας πρὸ τῆς βασιλείας καὶ τῶν ἀκολάστων πράξεων κοινωνοὺς καὶ θεράποντας, πλείστοις τε χρήμασι περιήντλησε καὶ εἰς πατρικιότητος τιμὴν ἀνεβίβασεν. ἐβούλετο δ', ὥς φασιν, εἰ μὴ θεὸς ἐπέσχε, τὸν Βασιλίτζην εἰς τὸν βασίλειον θρόνον ἀναγαγεῖν καὶ Κωνσταντῖνον εὐνουχίσαι τὸν οἰκεῖον ἀνεψιόν. ὃ καὶ P 608 ἐγένετο ἄν, εἰ μὴ θεὸς μὲν πρότερον, ὡς εἴρηται, διεκώλυσεν, ἔπειθ' οἱ πρὸς Λέοντα τὸν τοῦ παιδὸς πατέρα διαφυλάττοντες εὔνοιαν, ποτὲ μὲν λέγοντες ὡς νήπιός ἐστι ποτὲ δὲ ὡς ἀσθενής, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν ἀποβουκολήσαντες τὸν Ἀλέξανδρον τὸν παῖδα ἐσώσαντο, τοῦ θανάτου καταλαβόντος ἐκεῖνον. ἐπὶ τούτου βασιλεύσαντος ἐφάνη κομήτης ἐκ δύσεως, ὃν ξιφίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. τοῦτον δὲ ἔλεγον αἱμάτων χύσιν προσημαίνειν ἐν τῇ βασιλίδι.

Ὁ δὲ βασιλεὺς πλάνοις καὶ γόησιν ἐκδεδωκὼς ἑαυτόν, καὶ πυνθανόμενος περὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας εἰ μακροχρόνιος ἔσεται, B ὑπέσχοντο μακρόβιον αὐτὸν ἔσεσθαι, εἰ ὁ ἐν τῷ ἱππικῷ ἑστηκὼς σύαγρος ὁ χαλκοῦς, αἰδοῖα καὶ ὀδόντας μὴ ἔχων, προσλάβοι παρ' αὐτοῦ. στοιχεῖον γὰρ αὐτοῦ τοῦτον εἶναι προφανῶς· Λέοντι γὰρ ἀντιμάχεται τῷ αὐτοῦ, φασίν, ἀδελφῷ. οἷς πεισθεὶς ὁ ταῖς ἀληθείαις χοιρόβιος τὰ λείποντα μέρη τῷ χοίρῳ προσανενέωσε. τῇ τοιαύτῃ οὖν ἐχόμενος ἀπονοίᾳ, ἱππικὸν πεποιηκώς, τοὺς ἱεροὺς τῶν ἐκκλησιῶν πέπλους καὶ τοὺς θείους λύχνους καὶ τοὺς λαμπτῆρας ἀναλαβὼν τὸ ἱππικὸν κατεκόσμησε,

8 ὡς post δὲ om C　10 διέσωσαν C　20 χοίρινος C

libidinum ministris et sociis usus fuerat, pecuniae effusis largitionibus ditatos ad patriciam dignitatem extulit. fertur animo agitasse ut Basilitzam sibi successorem faceret, ac Constantinum Leonis fratris sui filium castraret. atque id perfecisset, nisi deus praecipue impedivisset, et obstitissent ii qui Leoni fidem servabant, Constantinum modo puerum adhuc modo infirmum dicentes, itaque paulatim lactando Alexandrum trahentes, donec mors consilia eius intercepit. hoc imperante cometa, qui a gladii similitudine Xiphias dicitur ac sanguinis fusionem in urbe portendere fertur, ab Occidente apparuit.

Ceterum Alexander cum se impostoribus ac praestigiatoribus dedisset, ex iisque sciscitaretur an sibi diuturnum esset futurum imperium, id responsi tulit diu victurum, si apro aeneo qui in Circo erat, pudenda et dentes (nam haec deerant) adderet. eum enim esse elementum Alexandri haud dubie, repugnantis fratri eius Leoni. persuasum est hoc homini vere porcinam vitam degenti, et partes istas apri instauravit. hac vaecordia captus, cum equestres ludos ederet, aulaea ecclesiastica et candelabra sacra Circo ornando adhibuit, deo res con-

τὰ θεῷ ἀνατεθειμένα κοινῶν ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τοῖς εἰδώλοις ἀνατιθεὶς ὁ δείλαιος. Ἱμέριον δὲ τὸν λογοθέτην ἐκ τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ἥττης ὑποστρέψαντα καὶ τὴν βασιλίδα κατειληφότα ἀποστείλας περιώρισεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Καλυπῶν, ἐπαπειλούμενος ὡς C ἐχθρῷ τούτῳ χρήσασθαι διὰ τὸ καὶ αὐτὸν πολλὰ κατ' αὐτοῦ συνθέσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ἀδελφοῦ. οὗτος δὲ μικρὸν ἐν τῇ ἐξορίᾳ βιοὺς ἀπέθανεν ὑπὸ τῆς θλίψεως κατεργασθείς. τοῦ Βουλγάρων δὲ ἄρχοντος Συμεὼν πρέσβεις πεπομφότος τοὺς πευσομένους εἰ τὴν εἰρήνην ἀσπάζοιτο καὶ τιμὴν φυλάττοι πρὸς αὐτὸν ὁποίαν ὁ προβεβασιλευκὼς ἀδελφὸς αὐτοῦ, τοὺς μὲν πρέσβεις ἀτίμως ἐξέπεμψεν, ὑπερόγκους καὶ ἀλαζόνας λόγους καὶ φρυαγματώδεις ἐκπέμψας καὶ ἀπειλαῖς χρησάμενος κατὰ Συμεών, ἐν τούτοις καταπλήττειν τοῦτον οἰόμενος. ὑποστρεψάντων δὲ τῶν D πρέσβεων πρὸς τὸν Συμεών, μὴ ἐνεγκὼν οὗτος μετρίως τὰς ἐκ τοῦ Ἀλεξάνδρου ὕβρεις καὶ τὰ φρυάγματα καὶ τὰς ἀπειλάς, ἔλυσε τὴν εἰρήνην καὶ κατὰ Ῥωμαίων ἔκρινεν ὅπλα κινεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ τῇ ς' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς λουσάμενος καὶ ἀριστήσας καὶ οἰνωθεὶς μετὰ τοὺς ὕπνους κατῆλθε σφαιρίσων. πόνου δὲ γεννηθέντος ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτοῦ ἀπὸ τῆς τῶν βρωμάτων ἀπληστίας καὶ τῆς μέθης ἀνελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ, αἵματος αὐτῷ πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τῶν αἰδοίων ῥυέντος, μετὰ μίαν ἡμέραν ἐτελεύτησεν, ἐπιτρόπους καταλιπὼν τὸν πατριάρχην Νικόλαον, τὸν μάγιστρον Στέφανον, τὸν μάγιστρον Ἰωάννην τὸν Ἐλαδᾶν, Ἰωάννην τὸν ῥαίκτωρα, τὸν Βασιλίτζην καὶ τὸν Γαβριηλόπουλον, τὴν βασι-

1 εἰπεῖν om C 4 καλυτῶν C 8 τοὺς πευσομένους om C
14 οὕτω C 16 ἐκστρατεῦσαι ἔκρινεν C 18 δὲ] δέ τινος F
19 αὐτοῦ om C

secratas profanans, aut verius eas simulacris impiis dedicans. Himerium logothetam a clade Agarenica in urbem reversum in monasterium Calyporum relegavit, comminatus se eum hostis loco habiturum, quod is quoque contra ipsum imperante Leone multa machinatus fuisset. neque diu in exsilio vixit Himerius, calamitate exanimatus. missos a Simeone Bulgarorum principe legatos, percontante pacemne amplecteretur eoque honore ipsum in quo Leo habuerat dignaretur, contumeliose dimisit, arroganter et security iis collocutus, minisque se Simeonem territurum ratus. reversis legatis Bulgarus contumelias et fremitum Alexandri ac minas haud tulit mediocriter, sed rupta pace arma contra Romanos movit. sexta Iunii die Alexander pransus lotus et inebriatus a somno ad ludum pilae se contulit; et oborto viscerum ob cibi ingesti abundantiam et ebrietatem dolore in palatium reversus, multo per nares et veretrum sanguine egesto postridie decessit. Constantino fratris sui filio regnum legavit, tutoresque ei constituit Nicolaum patriarcham, Stephanum magistrum, Ioannem Eladam magistrum, Ioannem rectorem,

λείαν παραδοὺς Κωνσταντίνῳ τῷ οἰκείῳ ἀνεψιῷ. ἀποθανὼν δὲ ἐτέθη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Βασιλείου.

P 609 Τοῦτον μὲν τὸν τρόπον, ὃν εἴπομεν, ἀποθανόντος Ἀλεξάνδρου εἰς Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν Λέοντος, ἕβδομον τῆς ἡλικίας ἄγοντα ἔτος, τὸ βασίλειον περιελήλυθε κράτος, ὑπὸ ἐπιτρόπους τελοῦντα τοὺς ἄνωθεν ἠριθμημένους. λαβόμενος οὖν τῆς ἐξουσίας Νικόλαος ὁ πατριάρχης ὡς καὶ αὐτὸς ἐπίτροπος ὤν, συνάμα τοῖς ἄλλοις, ἐπηδαλιούχει τὰ τοῦ κοινοῦ. τῶν δὲ πραγμάτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς βασιλείας, ὡς εἴπομεν, παρὰ τῶν ἐπιτρόπων ἰθυνομένης, Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δουκὸς Ἀνδρονίκου υἱός, δομέστικος τῶν σχολῶν τυγχάνων καὶ δυναστείαν περιβεβλημένος μεγίστην, γράμμασι τῶν ἐν τῇ βασιλίδι φίλων καὶ συγ-
B γενῶν αὐτοῦ παρακινηθείς, γεγραφότων ἀκέφαλον εἶναι τὴν βασιλείαν καὶ κακῶς διεξάγεσθαι καὶ μικρὸν ὅσον κινδυνεύειν ὀλεθρίῳ κινδύνῳ ὑποπεσεῖν, αὐτόν τε ἀνακαλουμένων ὡς ἐχέφρονα καὶ ἀνδρεῖον καὶ μόνον δυνάμενον ἐπαξίως κυβερνῆσαι τὴν περιβόητον τῶν Ῥωμαίων ἀρχήν, προσθεμένων δ' ὅτι καὶ ἡ σύγκλητος αὐτὸν ἀσπάζεται καὶ ὁ πολιτικὸς ὄχλος, καὶ ἐπισπευδόντων ὡς τάχος καταλαβεῖν, συνειδότος, ὥς φασι, καὶ τοῦ πατριάρχου Νικολάου καὶ τοῖς γραφεῖσι συνευδοκοῦντος διὰ τὸ μήπω τὰς διαθήκας Ἀλεξάνδρου ἀναγνωσθῆναι μηδὲ γνωσθῆναι αὐτῷ ὡς ἐπίτροπος γέγραπται καὶ αὐτὸς τοῦ παιδός, Ἀρταβάσδου πρὸς τοῦτο διακονήσαντος καὶ παρὰ τοῦτο πρώτου τῶν ἱερέων τῆς μεγάλης ἐκκλη-
C σίας μετέπειτα γενομένου. πατὴρ δ' ὁ Ἀρτάβασδος ἦν Ἀνδρέου

3 οὕτω C 5 ἔχοντα ἔτος καὶ ἄγοντα P 7 ὢν om C
16 ἐπισταμένως C 22 καὶ αὐτὸς om C

Basilitzam et Gabrielopulum. mortui cadaver apud patrem Basilium conditum est.

Annum agens aetatis septimum Constantinus Leonis filius imperium iniit, sub iis quos recensui tutoribus: et Nicolaus maxime patriarcha, utpote unus tutorum, clavum rei publicae tenuit. initio huius imperii, Constantinus Ducas Andronici filius domesticus scholarum, et maxima praeditus potentia, amicorum ac cognatorum in urbe degentium literis ad invadendum imperium instigatur. scribebant enim, capite carere imperium, ac male geri, et in summo versari discrimine: ipsumque, ut hominem cordatum atque fortem, et solum nobili Romanorum imperio administrando aptum, accersebant: addebantque, probari eum senatui et civili multitudini: et hortabantur, ut urbem quamprimum occuparet. ferunt, conscium horum quae scribebantur approbatoremque fuisse Nicolaum patriarcham (quippe nondum recitato Alexandri testamento, se inter tutores adscriptum esse etiamnum ignorantem) usumque hac in re ministerio Artabasdi, qui pater fuit Andreae nobilis pictoris, et ideo

τοῦ ἐπὶ ζωγραφικῇ τέχνῃ λάμψαντος. ὁ Κωνσταντῖνος δὲ καὶ πρότερον ὀνειροπολῶν τὴν βασιλείαν καὶ διὰ παντὸς αὐτῆς ἐφιέμενος, καὶ μηδέποτε ἄλλοσέ πῃ ἀλλ᾽ ἢ πρὸς τὴν τοιαύτην ὄρεξιν τετραμμένον ἔχων τὸν νοῦν, δεξάμενος τὰ γράμματα ταχύ τε ἐπείσθη καὶ ταχὺ τὴν βασιλίδα κατέλαβεν, ἑπομένους ἔχων τοὺς τῶν στρατευμάτων ἐκκρίτους. καὶ τῶν νυκτῶν ἀωρὶ διὰ πυλίδος εἰσελθὼν τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μιχαήλ, πλησίον οὔσης τῆς ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μαγίστρου Γρηγορᾶ τοῦ Ἰβηρίτζη (πεν- D
θερὸς δὲ ὁ Γρηγορᾶς τοῦ Κωνσταντίνου) παρεγένετο, ἐν ᾗ διανυκτερεύων μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ διετέλει. Νικήτας δὲ ἀσηκρῆτις τὴν ἔλευσιν αἰσθόμενος τοῦ Κωνσταντίνου τῷ πατρικίῳ Κωνσταντίνῳ τῷ Ἐλαδικῷ τυγχάνοντι μοναχῷ θᾶττον ἐμήνυσε, καὶ παρειληφὼς αὐτὸν κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα πεφοιτήκασι πρὸς τὸν Δοῦκα. βουλὴν δὲ ποιησάμενοι, μήπω τῆς ἡμέρας καταλαμπούσης, μετὰ λαμπάδων καὶ λαοῦ πολλοῦ καὶ ὄχλου τὴν τοῦ ἱπποδρόμου πύλην καταλαμβάνοντες Κωνσταντῖνον ἀνευφήμουν αὐτοκράτορα. τῶν δὲ ἔνδον εὐσθενῶς ἀντεχομένων καὶ μὴ ἀνοιγνύντων τὰς πύλας, ὁ τοῦ Κωνσταντίνου πρωτοστράτωρ, ἐπ᾽ ἀνδρίᾳ μέγα φρονῶν καὶ βιαιότερον ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῇ ἀνοίξει ἐπιχειρῶν τῶν πυλῶν, λογχεύεται παρά τινος τῶν εἴσω διὰ τῆς ἁρμογῆς τῶν θυρῶν. καὶ θνήσκει μὲν οὗτος εὐθύς, ὁ Κωνσταντῖνος δὲ ἀποκρουσθεὶς ἐκεῖθεν καὶ τῷ τῆς βασιλείας ἔρωτι οἷά τινι μέθῃ κάτοχος ὢν καὶ μὴ καθεστῶτας ἔχων τοὺς λογισμούς, ἄρας ἐκεῖθεν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον παραγίνεται, κακὸν οἰωνὸν τὴν τοῦ πρωτοστράτορος ἔχων σφαγήν, ὅμως δὲ τῶν δεδογμένων οὐκ ἀφιστά-

1 δὲ om C 5 κατέλιπεν C 6 τῆς νυκτὸς C 10 διετέλεσε C 18 πρῶτος ἱπποκόμος C 24 ἱπποκόμου C

primus sacerdotum magni templi factus est. at Constantinus, qui iam ante imperium somniaret summoque id studio affectaret, neque animum ab ea cura unquam alio deflecteret, literis acceptis statim assentit, et Cpolin contendit, stipatus militum delectis; atque intempesta nocte per portam Michaeli protovestiarii ingressus, quae vicina erat arci, in domum magistri Gregorae Iberitzae, soceri sui, se confert, ibique pernoctat. Nicetas porro secretarius Ducae adventu cognito, patricio Constantino Eladico monacho statim indicat, cumque eo hac ipsa nocte ad Ducam venit. hi priusquam dies illucesceret, cum facibus et magna turba portam Circi occupant, et Constantinum imperatorem faustis acclamationibus salutant. cum autem qui intus erant, portam non reserarent fortiterque resisterent, Constantini protostrator, audax homo, dum inconsideratius portam aperire molitur, per commissuram forium lancea a quodam ictus occumbit. Constantinus inde pulsus, tamen imperii cupiditate ebrius neque sanae rationis compos, inde ad Circum pergit, nihil a sententia dimotus malo omine interfecti protostratoris. inde

P 610 μενος. ἐκεῖθεν οὖν εὐφημούμενος κατέλαβε τὴν λεγομένην Χαλκῆν, καὶ δι' αὐτῆς εἰσελθὼν ἔφθασεν ἄχρι τῶν ἐξκουβίτων. ὁ δὲ μάγιστρος Ἰωάννης ὁ Ἐλαδᾶς, εἷς ὑπάρχων τῶν ἐπιτρόπων, ἐκλογὴν ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου τῶν ἐλατῶν καὶ τῶν ἑταιρειῶν ποιησάμενος, καὶ καθοπλίσας ὅπως ποτὲ ἕκαστος ἅρματος ηὐπόρει, ἀπέστειλε κατὰ τοῦ Δούκα· οἵτινες φθάσαντες τοὺς περὶ αὐτὸν συμπλέκονται, καὶ γίνεται φόνος πολὺς ἑκατέρωθεν. ἔπεσε δὲ καὶ Γρηγορᾶς ὁ τοῦ Δουκὸς υἱὸς καὶ Μιχαὴλ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ καὶ Κουρτίκιος ὁ Ἀρμένιος. ταῦτα ταραχῆς οὐ μικρᾶς τὸν Κωνσταντῖνον ἐμπίμπλησι. σπεύδων οὖν ἐπιρρῶσαι τὸ ἑαυτοῦ μέρος,
B τὸν ἵππον ἐλάσας ἠπείγετο συμμῖξαι τοῖς ἔμπροσθεν. ὁ δ' ἵππος ταῖς ἐκεῖσε ὑπεστρωμέναις κατολισθήσας πλαξὶν εἰς γῆν τὸν ἐπιβάτην κατέβαλε, καί τις αὐτὸν κατὰ γῆς ἐρριμμένον καὶ μεμονωμένον καταλαβὼν (οἱ γὰρ ἄλλοι διεσκεδάσθησαν ἅπαντες) ξίφει τὴν τούτου ἀπέτεμε κεφαλὴν καὶ δρομαίως τῷ βασιλεῖ ἀπήνεγκε Κωνσταντίνῳ. τὸ δὲ τοιαύτην αὐτὸν καταλήψεσθαι τύχην προεγνωσμένον ἦν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ ἐξ ἑτέρας αἰτίας. Νικόλαός τις δημοσιώνης τῶν ἐν Χαλδίᾳ εἰσπράξεων, τὰς συντελείας κατασπαθήσας καὶ μὴ ἔχων ὅθεν ἀποδῷ τὸ δημόσιον ὄφλημα, φυγὰς εἰς
C Συρίαν ᾤχετο, ἐξομοσάμενος τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσεβῆ θρησκείαν, καὶ ἀστρολογίας ἀντεποιεῖτο. οὗτος ἐν ὀθόνῃ μελαίνῃ γράμματα γράψας ἀπεστάλκει τῷ λογοθέτῃ Θωμᾷ, καὶ τῆς ὀθόνης ῥυφθείσης δι' ὕδατος φανερὰ τὰ γράμματα γέγονεν. ἦν δὲ ὁ νοῦς τῶν

1 οὖν om C 4 τῶν ἑτ. καὶ τῶν ἐλ. C 6 δουκός C τοῖς C αὐτὸν] τὸν δοῦκα C 12 ὑπ. πέτραις κ. C 19 ἀποδώσει C 22 τὸ P

faustis acclamationibus prosequentibus Chalcen occupat; perque eam ingressus usque ad excubitorum stationem proficiscitur. interim Ioannes Eladas magister, unus curatorum, delectis quantum occasio patiebatur remigibus ac sodalitatibus, iisque ut arma cuique fors offerebat instructis, hos Ducae occurrere iubet. ii cum Ducae militibus manum conseruerunt, et magna utrinque caedes facta est. occubuit etiam Gregoras Ducae filius, et Michaelus cognatus eius, et Curticius Armenius. quo casu non leviter perturbatus Ducas, suos uti confirmaret, concitato equo ad primos contendit: sed equo in tabulis lapideis, quibus ille locus erat constratus, collapso excussum quidam in terra iacentem et a suis, qui fuga omnes dissipati erant, desertum cernens, caput ei gladio amputat, idque celeri cursu ad imperatorem Constantinum adfert. hunc Ducae futurum exitum etiam alias intellexerant tutores. Nicolaus enim quidam publicanus vectigalis Chaldiensis, cum vectigal acceptum decoxisset neque haberet unde publico satisfaceret aerario, in Syriam profugerat, et nostra eiurata religione astrologiae se dederat. is in nigro linteo literas ad Thomam logothetam scriptas miserat, quae linteo aqua

γεγραμμένων τοιοῦτος "μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τοῦ πυρροῦ πετεινοῦ τοῦ Δουκός· νεωτερισθήσεται γὰρ ἀφρόνως, καὶ εὐθέως ὀλοθρευθήσεται."

Τοιοῦτον δὲ τέλος λαβούσης τῆς ἀποστάσεως, παραυτίκα μὲν ὁ μάγιστρος Γρηγορᾶς καὶ πενθερὸς τοῦ Δουκὸς μετὰ Λέοντος πατρικίου τοῦ Χοιροσφάκτου τῷ θείῳ τεμένει τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας προσέδραμον· οὓς ἐκεῖθεν ἀποσπάσαντες οἱ ἐπίτροποι ἀπέκειραν μοναχοὺς ἐν τῇ τοῦ Στουδίου μονῇ. Κωνσταντῖνον δὲ τὸν πατρίκιον τὸν Ἐλαδικὸν βουνεύροις τύψαντες ἀφειδῶς διὰ μέσης D τῆς πόλεως ἐθριάμβευσαν καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Δαλμάτου ἀπέκλεισαν. Λέοντα δὲ πατρίκιον τὸν Κατακαλίτζην καὶ Ἀβεσσαλὼμ πατρίκιον τὸν τοῦ Ἀροτρᾶ ἐκτυφλώσαντες ἐν ἐξορίᾳ παρέπεμψαν. Κωνσταντῖνον δὲ τὸν τοῦ Εὐλαμπίου καὶ ἑτέρους σὺν αὐτῷ Φιλόθεος ὁ ἔπαρχος ἐν τῇ ἱππικῇ σφενδόνῃ ἀπέτεμε. Νικήτας δὲ ὁ ἀσηκρῆτις καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Λίψ, καίπερ ἀναζητηθέντες πολλά, οὐχ εὑρέθησαν. τὸν δὲ πατρίκιον Αἰγίδην τὸν ἐπ' ἀνδρίᾳ περιβόητον, καὶ τινὰς σὺν αὐτῷ στρατηγοὺς οὐκ ἀσήμους, ἀπὸ τῆς ἐν Χρυσοπόλει δαμάλεως καὶ μέχρι τοῦ τόπου τοῦ λεγομένου Λευκακτίου ἀνεσκολόπισαν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἀπωλώλεισαν τῶν συγκλητικῶν παρὰ τῶν λεγομένων ἐπιτρόπων ἀνηλεῶς τε καὶ ἀναιτίως, εἰ μὴ τινες παρρησιασάμενοι τῶν δικαστῶν τῆς ἀδίκου ὁρ- P 611 μῆς ἀνεχαίτισαν, φάμενοι ὡς παιδὸς ὄντος τοῦ βασιλέως καὶ μὴ

1 οὗτος C 2 κωνσταντίνου C 6 χοιροσφάκτη C 10 τῶν] τοῦ C 11 κατακυλίτζην C

eluto apparuerunt, hanc continentes sententiam "nolite vobis metuere a rufa ave Duca: stulte enim res novas molietur, et statim peribit."

Conatu Ducae hunc exitum nacto, statim Gregoras magister, Ducae socer, et cum eo patricius Leo Choerosphacta ad Sophiae templum profugerunt. qui a tutoribus inde abrepti, rasi et monachi in Studii monasterium conclusi sunt. Constantinum Eladicum patricium iidem nervis bovillis prolixe caesum et in triumpho per mediam urbem ductum monasterio Dalmatico inclusere. Leonem patricium Catacalitzam et Abessalomum patricium Arotrae filium excaecatos relegarunt. Constantinum Eulampii filium, et cum eo alios, Philotheus urbis praefectus in Circi funda capite truncavit. Nicetas secretarius et Constantinus Africus diu ac multum quaesiti inventi non sunt. patricium Aegidam, nobilitatae fortitudinis virum, et alios cum eo duces haud obscuros, a Damali (buculam vox notat) Chrysopolitana usque ad locum cui Leucactio (quod album litus diceres) nomen est, palis suffixerunt. quin et alios multos senatorii ordinis viros tutores isti innocuos crudeliter erant interempturi, nisi quidam ex iudicibus libertate dicendi sumpta eos ab iniusto conatu retraxissent, quaerentes quomodo iniussu imperatoris,

νοοῦντος τὰ πεπραγμένα πῶς ἄνευ τῆς αὐτοῦ κελεύσεως τολμᾶτε τὰ τοιαῦτα διαπράττεσθαι; οἱ δὲ ἐπίτροποι καὶ τὴν τοῦ Δοῦκα ἀποκείραντες γυναῖκα εἰς τὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ οἶκον αὐτῆς ἐξαπέστειλαν. ἐξέτεμον δὲ καὶ Στέφανον τὸν ταύτης υἱόν.

Ἀλλὰ τούτων κατὰ τὴν πόλιν πραττομένων, Συμεὼν ὁ Βουλγαρίας ἄρχων μετὰ βαρείας δυνάμεως εἰσβολὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐποιήσατο, καὶ τὴν βασιλίδα φθάσας χάρακα περιέβαλεν ἀπό τε Βλαχερνῶν καὶ μέχρι τῆς λεγομένης χρυσῆς πόρτης, καὶ μετέω-
B *ρος ἦν ταῖς ἐλπίσι ῥᾳδίως ταύτην ἑλεῖν. καταμαθὼν δὲ τὴν ὀχυρότητα τῶν τειχῶν καὶ τὸ πλῆθος τῶν τειχοφυλακούντων καὶ τὴν τῶν πετροβόλων καὶ τοξοβόλων ὀργάνων δαψίλειαν, ἀφέμενος τῶν ἐλπίδων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπέστρεψεν, εἰρηνικὰς σπονδὰς ἐξαιτούμενος. τῶν δ' ἐπιτρόπων ἀσμενέστατα δεξαμένων τὸν λόγον, ἀποστέλλει ὁ Συμεὼν τὸν ἑαυτοῦ μάγιστρον Θεόδωρον ὁμιλῆσαι περὶ εἰρήνης· οὗ παραγενομένου καὶ λόγων κινηθέντων πολλῶν, ὁ πατριάρχης ἅμα τοῖς λοιποῖς ἐπιτρόποις ἀναλαβόντες τὸν βασιλέα ἐν τῷ παλατίῳ ἦλθον τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ὁμήρους δόντες ἀξιολόγους εἰσήγαγον τὸν Συμεὼν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ συνειστιάθη τῷ βασιλεῖ,*
C *τοῦ Συμεὼν ὑποκλίναντος τῷ πατριάρχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ εὐχὴν δεξαμένου παρ' αὐτοῦ, ἐπιθέντος, ὥς φασι, τῇ τοῦ βαρβάρου κεφαλῇ ἀντὶ στεφάνου τὸ ἴδιον ἐπιρριπτάριον. μετὰ δὲ τὴν ἑστίασιν, ἀσυμβάτων γενομένων περὶ τῆς εἰρήνης, δώροις ὅ τε Συμεὼν καὶ οἱ τούτου παῖδες φιλοφρονηθέντες εἰς τὴν ἰδίαν ἀπηλλάγησαν χώραν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο τῇδε.*

2 *δουκὸς* C 7 *περιεβάλλετο* C 16 *βασίλειον* C 18 *τοῖς παλατίοις* C 19 *τοῦ πατριάρχου* C

qui puer adhuc quid gereretur non intelligeret, tanta auderent facere. ii tutores uxorem quoque Ducae raserunt et domum suam, quam in Paphlagonia habebat, dimiserunt, filiumque eius Stephanum castraverunt.

Dum haec in urbe geruntur, interim Simeo Bulgarorum princeps gravi cum exercitu in Romanorum dicionem invadit, et ad Cpolin venit, atque a Blachernis usque ad auream portam castra ponit. magnamque spem conceperat urbis potiundae: sed ut certior factus est de murorum firmitate, multitudine propugnatorum saxa iactantium, machinarum et balistarum abundantia, repudiata ea spe ad Hebdomum recedit pacificationemque poscit. id fuit multo gratissimum tutoribus; missusque est a Simeone magister ipsius Theodorus, et de pace habitum colloquium. multis ultro citroque commutatis verbis, patriarcha cum reliquis tutoribus deducunt imperatorem in Blachernense palatium; datisque idoneis obsidibus eodem ad convivium imperatoris Simeonem recipiunt. ubi quidem caput patriarchae Bulgarus princeps submisit, et ab eo comprecationem obtinuit, capiti, ut fertur, Simeonis imponente suum epirrhiptarium. post convivium pacis condicionibus compositis, Simeon eiusque liberi donati domum abierunt.

Τοῦ δὲ βασιλέως Κωνσταντίνου διὰ παντὸς ὀδυρομένου καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀνακαλουμένου μητέρα (ἤδη γὰρ αὐτὴν κατήγαγε τοῦ παλατίου Ἀλέξανδρος) ἀναβιβάζουσι καὶ ἄκοντες πάλιν αὐτήν. ἀνελθοῦσα οὖν καὶ ἐγκρατὴς γενομένη τῆς βασιλείας προσλαμβάνεται τὸν παρακοιμώμενον Κωνσταντῖνον καὶ Ἀναστάσιον καὶ D Κωνσταντῖνον τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς τὴν ἐπωνυμίαν Γογγυλίους. συμβουλεύσαντος δὲ καὶ Ἰωάννου τοῦ Ἐλαδᾶ καταβιβάζουσι τοὺς οἰκείους Ἀλεξάνδρου, Ἰωάννην τὸν ῥαίκτωρα, τὸν Γαβριηλόπουλον, τὸν Βασιλίτζην καὶ τοὺς λοιπούς. προβάλλεται δὲ καὶ Ζωὴ Αὐγοῦστα Δομίνικον ἑταιρειάρχην δραστήριον δοκοῦντα καὶ τοῖς αὐτῆς προσκείμενον προστάγμασιν, οὗ τῇ συμβουλῇ καταβιβάζεται ὁ πατριάρχης τοῦ παλατίου. καὶ ὁ μάγιστρος δὲ Ἰωάννης ὁ Ἐλαδᾶς κατῆλθεν ἑκουσίως, νόσῳ ληφθείς, δι' ἧς καὶ ἀπεβίω. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ παρακοιμώμενος ὑφ' ἑαυτὸν ἀγαγεῖν τὴν ἅπασαν τῆς βασιλείας ἡνίαν βουλόμενος καὶ μηδένα ἔχειν τὸν ἐμποδίζοντα, διαβάλλει τὸν ἑταιρειάρχην εἰς τὴν Αὐγοῦσταν ὡς σφετεριζόμενον P 612 τὴν βασιλείαν εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν· οὗ τοῖς λόγοις πεισθεῖσα πατρίκιον αὐτὸν τιμᾷ, καὶ κατελθόντα ὡς ἔθος λαβεῖν εὐχὴν οἴκοι μένειν προσέταξε. προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννην τὸν Γαριδᾶν ἑταιρειάρχην, καὶ Δαμιανὸν εὐνοῦχον ἀρτιφανῆ τῆς βίγλας δρουγγάριον.

Ἄγοντος δὲ καὶ φέροντος τοῦ Συμεὼν τὰ Θρᾳκῷα μέρη, καὶ τῆς Αὐγούστης φροντιζούσης μετὰ τῶν ἐν τέλει ὅπως αὐτοῦ παύσωσι τὰς ἐπιδρομάς, Ἰωάννης ὁ Βογᾶς ὑπέσχετο πατρίκιος τιμη-

6 αὐταδέλφους τοὺς κατ' C 13 βληθεὶς C 24 βογῆς C

Porro Zoen imperatoris matrem, quam dudum aula eduxerat Alexander, filio eam identidem deplorante ac requirente, tutores vel inviti in palatium revocant. reversa haec et rerum gubernationem nacta adsciscit Constantinum cubicularium intimum, Anastasium et Constantinum Gongylios, cognominatos germanos fratres, ac Ioannem Eladam. horum consilio aula eiiciuntur Alexandri asseclae, Ioannes rector, Gabrielopulus, Basilitzes ac reliqui. Dominicum etiam sodalitatis praefectum Zoe Augusta provehit, hominem strenuum habitum suisque parentem mandatis. eius consilio patriarcha palatio pellitur. magister Ioannes Eladas ultro inde discedit ob morbum, quo et periit. at Constantinus cubicularius uti solus omnia imperii gubernare posset neque a quoquam impediretur, sodalitatis praefectum apud Augustam criminatur, quasi is fratri suo imperium vindicare conaretur. quod ea ita esse credens, patricium eum creat: ac de more precatum descendentem domi manere iubet. sodalitati praeficit Ioannem Garidam, ac Damianum eunuchum drungarium vigiliae facit.

Ceterum Simeone Thraciam populante, Augusta cum proceribus consultat quo pacto eius impressiones compesceret. ibi Ioannes Bogas

θεὶς ἀγαγεῖν κατ' αὐτοῦ Πατζινάκους, καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, δῶρα λαβὼν ἄπεισιν εἰς Πατζινακίαν. καὶ σπεισάμενος καὶ B ὁμήρους εἰληφὼς ἐπάνεισιν ἐν τῇ πόλει, συνθεμένων τῶν Πατζινάκων τὸν Ἴστρον περαιώσασθαι καὶ Βουλγάροις πολεμεῖν. ηὐτομόλησε δὲ τότε καὶ Ἀσώτης ἀνὴρ ὀνομαστός, υἱὸς ὢν τοῦ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων. ἐλέγετο δὲ οὗτος ῥάβδον σιδηρᾶν ἀμφοτέραις χερσὶ τῶν ἄκρων λαμβάνων περικλᾶν τῇ τῶν χειρῶν βίᾳ καὶ κάμπτειν, τῆς ἀντιτύπου τοῦ σιδήρου βίας ὑπεικούσης τῇ τῶν χειρῶν ἰσχύϊ· ὃν φιλοφρόνως ἡ δέσποινα δεξαμένη οἴκαδε πάλιν ὑπονοστῆσαι πεποίηκε. πολιορκοῦντος δὲ τοῦ Συμεὼν τὴν Ἀδριανούπολιν ἐφ' ἡμέρας ἱκανὰς καὶ μηδὲν ἀνύοντος, Παγκρατούκας τις γένος ὢν Ἀρμένιος καὶ εἷς τῶν φυλάττειν τεταγμένων τὴν πόλιν, χρυσίῳ δελεασθεὶς C προύδωκεν αὐτὴν τῷ Συμεών. μετ' ὀλίγον δὲ ἀπεστάλη παρὰ τῆς Αὐγούστης ὁ πατρίκιος Βασίλειος ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου καὶ Νικήτας Ἐλαδικός, καὶ χρυσίῳ καὶ χρήμασι πλείστοις πάλιν αὐτὴν ἀνεκτήσαντο.

Τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Δαμιανὸς ὁ τῆς Τύρου ἀμηρᾶς μετὰ πολεμικῶν πλοίων καὶ δυνάμεως πολλῆς εἰσβολὴν ἐποιήσατο κατὰ Ῥωμαίων, καὶ τὴν Στρόβηλον καταλαβὼν ἐνεργῶς αὐτὴν ἐπολιόρκει. καὶ ἐξεπόρθησεν ἄν, εἰ μὴ νοσήσας ἀπεβίω, διὰ κενῆς τῶν Σαρακηνῶν ὑποστρεψάντων. μὴ φέρουσα δὲ Ζωὴ ἡ βασιλὶς τὰς τοῦ Συμεὼν συνεχεῖς ἐπιδρομάς, καὶ βουλομένη ταύτας ἀνακόψαι, δέον ἐγνώκει μετὰ τῆς συγκλήτου εἶναι σπείσασθαι τοῖς Σαρακη-

1 πατζινάκας C 2 εἰς π. ἀπῄει C 5 ἀσώτιος C 7 καὶ — 8 ἰσχύϊ om C 13 αὐτὸν C 15 ἐλλαδικὸς C 21 ἡ βασίλισσα ζωὴ C

promittit, si patricio honore insigniretur, se Patzinacas contra eum adducturum; impetratoque quod petebat, acceptis donis ad eos se confert, pactum icit, acceptisque obsidibus Cpolin redit, pollicitis Patzinacis se Istro traiecto Bulgaris bellum facturos. transfugit eo tempore et Asotes, vir celebris, principis principum filius. is ferebatur virgam ferream manibus extrema tenens confringere ac flectere posse, duritie ferri manuum robori cedente. eum Zoe comiter acceptum domum remisit. Adrianopolin autem Simeoni per complures dies frustra oppugnanti Pancratucas quidam Armenius, cui inter alios urbis eius custodia fuerat commissa, auro corruptus prodit. paulo post missi ab Augusta Basilius patricius canicleo praefectus et Nicetas Eladicus eam auro ac pecunia recuperarunt.

Hoc ipso anno Tyri ameras Damianus hostili cum classe et magnis copiis in Romanos impetum dedit, adortusque Strobelum acriter oppugnavit; et cepisset utique, nisi e morbo decessisset vita. morte eius factum est ut Saraceni re infecta domum redirent. Zoe porro continentes Simeonis incursiones non ferens, eumque reprimere cupiens, re cum senatu deliberata statuit pacem cum Saracenis componere orien-

νοῖς, καὶ πάντα τὸν ἐν τῇ ἑῴᾳ στρατὸν διαπερᾶσαι πρὸς τὴν D ἑσπέραν, καὶ ἑνωθέντων τῶν τε ἑῴων καὶ τῶν δυτικῶν στρατευμάτων πόλεμον συστήσασθαι κατὰ τῶν Βουλγάρων, καὶ τελέως ἀφανίσαι αὐτούς. ἔδοξε τοῦτο, καὶ πεμφθεὶς εἰς Συρίαν Ἰωάννης πατρίκιος ὁ Ῥαδηνὸς καὶ Μιχαὴλ ὁ Τοξαρᾶς ἐσπείσαντο τοῖς Σαρακηνοῖς. καὶ δὴ τῆς ἀπ' αὐτῶν ἀπαλλαγεῖσα φροντίδος ἡ βασιλίς, τὴν συνήθη διανομὴν τῆς ῥόγας κελεύσασα γενέσθαι τῶν στρατευμάτων, Λέοντί τε μαγίστρῳ τῷ Φωκᾷ ταῦτα παραδοῦσα, δομεστίκῳ τῶν σχολῶν τυγχάνοντι, ἀπᾶραι κατὰ Βουλγάρων ἐπέτρεψεν. ἀθροισθέντων δὲ πάντων τῶν θεμάτων καὶ τῶν ταγμάτων κατὰ τὴν Διάβασιν (πεδίον δὲ ἡ Διάβασις μέγα καὶ πρὸς ὑποδοχὴν στρατοῦ ἐπιτήδειον) ἀποσταλεὶς ὁ πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου μετὰ τῶν τιμίων ξύλων παρεσκεύασε προσκυνήσαντας πάν- P 613 τας ἐπομόσασθαι συναποθνήσκειν ἀλλήλοις. καὶ τοῦ ὅρκου τελεσθέντος πανστρατὶ κατὰ Βουλγάρων ἐξώρμησαν. ἦρχον δὲ τοῦ μὲν τάγματος ἐξκουβίτων Ἰωάννης ὁ Γράψων, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλάκις ἐν μάχαις ἀνδραγαθήσας, τοῦ δὲ ἱκανάτου Ὀλβιανὸς ὁ Μαρούλης, ἀνὴρ δεδοκιμασμένος. καὶ Ῥωμανὸς καὶ Λέων οἱ τοῦ Ἀργυροῦ παῖδες καὶ Βάρδας ὁ Φωκᾶς ἑτέρων ταγμάτων ἐξῆρχον. συνῆν δὲ τούτοις καὶ Μελίας ὁ μάγιστρος μετὰ τῶν Ἀρμενίων καὶ ἄλλοι πλεῖστοι στρατηγοὶ τῶν θεμάτων. παρείπετο δὲ καὶ Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Λὶψ ὡς τάχα σύμβουλος Λέοντος τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν. κατὰ δὲ τὴν ς' τοῦ Αὐγούστου

1 ἕω C 3 τελείως C 5 ῥαδηνὸς C 15 ἐξώρμισεν C
23 λέοντι τῷ δομεστίκῳ C

talesque deinde omnes exercitus in Occidentem transportare, hisque cum occidentalibus copiis coniunctis bellum in Bulgaros movere eosque exscindere. proinde in Syriam missi Ioannes Radenus patricius et Michaelus Toxaras pactum cum Saracenis icerunt. Augusta Saracenorum iam secura militibus rogas (sic vocatur pecuniae distributio) dari, Leonemque Phocam magistrum ac scholarum domesticum exercitus in Bulgaros ducere iubet. omnibus in unum conductis exercitibus ac cohortibus ad Diabasin (locus id nomen a transitu habet, estque planities ampla et recipiendo exercitui sufficiens) palatii primarius sacerdos (ipsi protopapam vocant) missus cum venerandis lignis omnes in genua procumbere iussit, et iurare se usque ad mortem una perseveraturos. dicto sacramento in Bulgaros exercitus omnes moverunt. cohortem excubitorum ducebat Ioannes Grapson, vir bellicosus probataeque multis praeliis virtutis, cohortem Hicanatorum dictam Olbianus Marula, vir insignis: Romanus et Leo Argyri filii ac Bardas Phocas aliis praeerant cohortibus. aderat iis et Melias magister cum Armeniis, plurimique alii provincialium duces. comitabatur etiam Constantinus Africanus patricius, veluti consiliarius Leonis domestici scholarum. sexto Augusti die

B μηνὸς τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος πολέμου συῤῥαγέντος Ῥωμαίοις τε καὶ Βουλγάροις πρὸς τῷ Ἀχελώῳ φρουρίῳ τρέπονται κατὰ κράτος οἱ Βούλγαροι, καὶ φόνος αὐτῶν ἐγένετο πολύς. ἱδρῶτι δὲ τοῦ δομεστίκου περιῤῥανθέντος πολλῷ καὶ λειποθυμήσαντος καὶ τοῦ ἵππου ἀποβάντος ἐπί τινι πηγῇ καὶ τὸν ἱδρῶτα ἀποπλύνοντος καὶ ἑαυτὸν ἀποψύχοντος, τὸν δεσμὸν ἀποῤῥήξας ὁ ἵππος τυχαίως ἔθει διὰ τοῦ στρατοπέδου κενὸς ἐπιβάτου· ὃν οἱ στρατιῶται θεώμενοι γνώριμον ὄντα, καὶ τὸν δομέστικον πεσεῖν ὑποτοπάσαντες, εἰς φόβον ἐνέπεσον καὶ κατεβλήθησαν τὰς ψυχὰς καὶ τῆς διώξεως ἔστησαν, ἔνιοι δὲ καὶ παλίντροποι γεγόνασιν. ἐξ ὑπερδεξιῶν δὲ ταῦτα θεώμενος ὁ Συμεὼν (οὐ γὰρ ἔτυχεν ἀσύντακτον τὴν φυγὴν
C ποιησάμενος) ἐπαφῆκε τοὺς Βουλγάρους κατὰ Ῥωμαίων. οἱ δὲ καὶ πρότερον, ὡς εἴπομεν, τὰς γνώμας θλασθέντες καὶ τεθηπότες, ὡς καὶ αἰφνίδιον ἐπιόντας ἐθεάσαντο τοὺς Βουλγάρους, τρέπονται πανστρατί, καὶ γέγονε φυγὴ φρικωδεστάτη, τῶν μὲν ὑπ' ἀλλήλων συμπατουμένων τῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀναιρουμένων. Λέων δὲ ὁ δομέστικος ἐν Μεσημβρίᾳ διεσώθη φυγών. ἔπεσε δὲ λαὸς οὐ τῶν κοινῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ στρατηγοὶ καὶ ταγματάρχαι ἀριθμοῦ κρείττους. ἐσφάγη δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Λὶψ καὶ ὁ τῶν ἐξκουβίτων ἔξαρχος Ἰωάννης μάγιστρος ὁ Γράψων. ἦν δὲ ἀποσταλεὶς ὁ πατρίκιος Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνός, δρουγγάριος τηνικαῦτα τῶν πλωΐμων ὤν, μετὰ παντὸς τοῦ στόλου παραπλεῖν τοῖς αἰγιαλοῖς προσταχθεὶς καὶ εἰς βοήθειαν τυγχάνειν τῷ Λέοντι,
D διαπερᾶσαι δὲ καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Βογᾶ ἀχθέντας Πατζινάκους εἰς

7 ἐπιβάτης C 8 γνώριμον ὄντα om C 9 πτοίαν C, margo εἰς δειλίαν 14 καὶ post ὡς om C 24 πατζινάκας C

pugna inter Romanos et Bulgaros commissa est ad castellum Acheloum, pulsique et magna caede prostrati sunt Bulgari. ibi cum domesticus plurimo sudore madens animoque deficiens ad quendam fontem ex equo descendisset, ut sudorem elueret ac se recrearet, equus forte abrupto vinculo se proripit, ac sessoris vacuus per exercitum discurrit. quem ut agnovere milites, occubuisse domesticum rati, metu animis consternatis, ab insecutione hostium destiterunt: quidam etiam retro sese averterunt. quod ex sublimi cernens Simeon (neque enim effuse et ordinibus dissipatis fugam faciebat) suos Romanis immisit. Romani iam ante animos deiecti et paventes, hostem subito irruere videntes, statim terga dederunt. fuga ea periculosissima fuit, aliis sese invicem conculcantibus, aliis ab hoste caesis. Leo domesticus fuga in Mesembriam evasit. non multitudo tantum militaris tunc periit, sed et duces innumeri atque ordinum ductores. occisus est etiam Constantinus Africus, et excubitorum dux Ioannes Grapson. missus fuerat Romanus Lacapenus patricius, rei navalis drungarius, cum tota classe, iussus litus legere et auxilio esse Leoni et a Boga adductos ad opem Romanis ferendam Patzinacas

συμμαχίαν Ῥωμαίων. διενέξεως δὲ γενομένης μέσον τοῦ Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ Βογᾶ, ἰδόντες αὐτοὺς οἱ Πατζινάκαι στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, καὶ γέγονεν ἡ ἐξ αὐτῶν βοήθεια ἄπρακτος καὶ ἀνόνητος.

Ἄλλοι δὲ οὐχ οὕτω φασὶ γενέσθαι τὴν τροπὴν Ῥωμαίων, τρόπον δὲ ἕτερον. τρεψαμένου γὰρ τοῦ Φωκᾶ τὸν Συμεὼν καὶ διώκοντος, φήμη τις ἐξαίφνης ἔφθασε πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλουσα ὡς ὁ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ἄπεισι μετὰ τοῦ στόλου παντός, παραληψόμενος τὴν βασιλείαν. ὁ δὲ τῇ ἀκοῇ καταβροντηθεὶς (ἐσφετερίζετο γὰρ εἰς ἑαυτὸν τὸ τῆς βασιλείας κράτος) καταλιπὼν τὸ διώκειν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν παρεμβολὴν ὡς τάχα τὸ ὂν μαθησόμενος. διαδοθέντος δὲ λόγου πρὸς τὸν στρατὸν ὡς ὁ δομέστικος πέφευγεν, ἀλκῆς ἐπιλησθέντες οἱ λοιποὶ ἐποίουν ὁμοίως. οὓς P 614 ἰδὼν ὁ Συμεὼν φεύγοντας (ἵστατο γάρ, ὡς εἴρηται, ἐν εὐκαίρῳ τόπῳ τὸ τέλος ἀφορῶν τοῦ ἀγῶνος) ἐξεχύθη πανστρατὶ καὶ παλίντροπον τὴν φυγὴν ἐποιήσατο. οὗτος μὲν δὴ καὶ ὁ δεύτερος λόγος· εἴτε δὲ οὕτως εἴτε ἐκείνως ἡ ἀλήθεια ἔχει, ὅμως ἐτράπησαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τὰ λεχθέντα ἄνωθεν διεπράχθη.

Μετὰ τὴν τροπὴν δὲ τῶν σωθέντων ἐκ τοῦ πολέμου παραγενομένων, τὰ κατὰ τὸν Ῥωμανὸν καὶ τὸν Βογᾶν ἐκινήθη. καὶ εἰς τοσοῦτον κινδύνου περιέστη τῷ δρουγγαρίῳ τὰ πράγματα ὡς ψῆφον κατ᾽ αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι παρὰ τῶν δικαστῶν καταδικάζουσαν αὐτὸν ἐκκοπῆναι τὰς ὄψεις, ὡς ἀμελείᾳ ἢ μᾶλλον κακουργίᾳ μὴ διαπεράσαντα τοὺς Πατζινάκας, πάλιν δὲ μηδὲ B

1 διαλέξεως P   μέσον om C

traiicere. ei cum Boga incidit contentio; quam animadvertentes Patzinacae domum redierunt, ad irritumque eorum reciderunt suppetiae.

Sunt qui aliam Romanis fugae cladisque causam fuisse dicant. etenim cum Simeonem Phocas pulsum persequeretur, subito ad eum fuisse allatum nuntium, drungarium rei navalis cum universa classe abire animo occupandi imperii. quo nuntio attonitum eum ut qui summam rerum sibi deposceret, omissa insectatione hostium in castra veri discendi causa rediisse: diditum ex eo rumorem fugisse domesticum, ideoque milites fortitudinis oblitos fugam fecisse. Simeonem, qui opportuno loco stans exitum certaminis operiebatur, hoc animadverso effuse in Romanos irruisse, itaque victoriam iis pulsis caesisque reparasse. sive hoc sive illo modo res gesta sit, Romani certe ea quam rettulimus affecti sunt clade.

Cumque superstites ei in urbem rediissent, Romani et Bogae agitata est controversia, eoque periculi deductus drungarius, ut iudices ei oculos effodiendos esse pronuntiaverint, quod ob incuriam, aut potius malitia ductus, Patzinacas non traiecisset, quodque ex fuga reversos

τοὺς ἀπὸ τῆς τροπῆς δεχόμενον ὑποστρέψαντας. τοῦτο δ' ἂν ἐπεπόνθει, εἰ μὴ Στέφανος μάγιστρος ὁ τῶν ἐπιτρόπων εἷς καὶ Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Γογγύλης, πολλὰ δυνάμενοι παρὰ τῇ δεσποίνῃ, αὐτὸν ἐξερρύσαντο. Συμεὼν δὲ ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ καὶ γαυριῶν, ἄρας ἅπαν αὐτοῦ τὸ στράτευμα, κατὰ τῆς βασιλίδος ἠπείγετο. ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ὁ δομέστικος Λέων ὁ Φωκᾶς καὶ ὁ ἑταιρειάρχης Ἰωάννης καὶ Νικόλαος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ Δοῦκα υἱός, μετά τινων στρατιωτῶν τῶν παρευρεθέντων, εἰς συνάντησιν αὐτοῦ. καὶ κατὰ τόπον τὸν λεγόμενον Κατασύρτας ἀπομοίρᾳ C τινὶ Βουλγάρων εἰς προνομὴν πεμφθείσῃ συνηντηκότες προσρήγνυνται τούτοις καὶ τρέπονται εὐπετῶς. ἀκραιφνοῦς δὲ πάλιν ἑτέρας ἐπεισπεσούσης, ὑφίστανται καὶ ταύτην ῥᾳδίως τε καὶ ἀνδρικώτερον, καὶ γίνεται μάχη καρτερὰ καὶ ἐπὶ πολὺν διαρκέσασα χρόνον, καὶ τρέπονται μὲν οἱ Βούλγαροι, ἐσφάγη δὲ Νικόλαος ὁ τοῦ Δοῦκα υἱός, ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος καὶ αἴτιος τῆς νίκης Ῥωμαίοις γενόμενος. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πόλεμον συνηνέχθη γενέσθαι οὕτως.

Τὰ δὲ κατὰ πόλιν ἐνόσει δεινῶς, πολλῶν καὶ μεγίστων ἐπιμαινομένων τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ ταύτης ἔρωτι φλεγομένων, ὧν κορυφαῖος ἦν ὁ Φωκᾶς. ὑπάρχων γὰρ οὗτος ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου, μεγάλα τότε τῶν ἐν τοῖς βαD σιλείοις δυναμένου εὐνούχων, καὶ ἐπ' αὐτῷ πλεῖστα θαρρῶν ῥᾳδίως ᾤετο τὸ τῆς βασιλείας καθέξειν κράτος. διὸ καὶ πολὺς ἐφέ-

6 ὁ Φωκᾶς om C 7 δουκὸς C 8 πορευθέντων C 9 κατὰ τὸν τόπον τὸν C 11 ταύτῃ C 15 δουκὸς C 16 γινόμενος C

non ad se collegisset. erutique fuissent ei oculi, nisi Stephanus magister, unus tutorum imperatoris, et Constantinus Gongyles patricius, qui apud Augustam largiter poterant, eum eripuissent. Simeon autem victoria elatus ac ferociens ad urbem omni cum suo exercitu properavit. rursum igitur Leo Phocas scholarum domesticus et Ioannes sodalitatis dux ac Nicolaus Constantini Ducae filius milites, quos tum in promptu habebant, adversus eum educunt; et apud Catasyrtas (loci hoc est nomen) in cohortem quandam Bulgarorum incidentes praedatum egressam, eam adoriuntur nulloque negotio profligant; mox recentem aliam ingruentem fortiter subsistentes, pugnam acrem ac diu durantem obeunt, Bulgarosque fundunt. cecidit ea in pugna Nicolaus Ducae filius heroice pugnans, qui et causam vincendi Romanis praebuit. hic tum rerum bellicarum status erat.

At res civiles pessimo erant loco, multis iisque summis viris insano imperii amore ardentibus. horum facile princeps erat Leo Phocas, qui quod uxorem habebat Constantini cubicularii intimi sororem, et ea tempestate magna erat eunuchorum in aula potentia, in eo plurimum ponens fiduciae non magno negotio se potiturum imperio putabat, ideoque in

ρετο, καὶ οὐ κρύβδην ἀλλὰ φανερῶς ταύτης ἀντεποιεῖτο ὡσπερεὶ πατρῴου πράγματος καὶ προγονόθεν αὐτῷ ἀνήκοντος, καὶ ὅσον οὔπω ἥξειν εἰς αὐτὸν ὡς εἰς νόμιμον διαδοχὴν ἐφαντάζετο. οὗ τὴν ὁρμὴν ἀκατάσχετον οὖσαν φοβηθεὶς ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου παιδαγωγὸς Θεόδωρος, καὶ μή τι πάθῃ δείσας ὁ βασιλεύς, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ λαθραίως προσλαβέσθαι τὸν πατρίκιον Ῥωμανὸν καὶ δρουγγάριον τῶν πλωΐμων, πατρικὸν ὄντα δοῦλον καὶ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντα διὰ παντός, ὥστε συνεῖναι καὶ διαφυλάττειν αὐτόν, καὶ εἰ δεήσει, σύμμαχον ἔχειν καὶ βοηθόν. P 615
ἐντυχίας οὖν πρῶτον περὶ τούτου γενομένης ὁ Ῥωμανὸς ἀπείπατο, καὶ πάλιν καὶ πολλάκις πειρασθέντων τῶν ἀμφὶ τὸν Θεόδωρον ἀπείπατο. ἐπεὶ δὲ γραμμάτιον αὐτόχειρον χαράξας ὁ βασιλεὺς καὶ φοινικοῖς ὑποσημάνας γράμμασιν ἀπέστειλεν αὐτό, εἶξέ τε ἐπὶ χεῖρας τοῦτο λαβών, καὶ καθυπέσχετο τὴν τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου καὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐπίθεσιν κωλῦσαι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. τὰ μὲν οὖν λαληθέντα καὶ στοιχηθέντα οὕτω προέβη, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν λεωφόρων καὶ τῶν στενωπῶν ὑπεψιθυρίζετο· ὁ δὲ παρακοιμώμενος, καίπερ οὐκ ἀνήκοος ὢν τῶν κατ' αὐτοῦ μελετωμένων, κατεφρόνει, μὴ ἄν ποτε οἰηθεὶς τολμῆσαί τινα ἐπιχείρησιν κατ' αὐτοῦ ποιήσασθαι. ἐξελθὼν οὖν καὶ τὴν B
συνήθη διανομὴν τῆς ῥόγας ποιησάμενος τῶν πλωΐμων, καὶ τὸν Ῥωμανὸν ἐπισπεύδων τάχιον ἐκπλεῦσαι, περιπίπτει τῷ λόγῳ.

2 ἀνήκοντος αὐτῷ C 8 τὰ αὐτὰ C 17 τῆς λεωφόρου C 18 καίτοι C 21 σ. ῥόγαν π. C τῶν] ὁ τῶν C 22 ἐμπλεῦσαι C παραπίπτει τῷ λόγῳ C

ea re multus erat, neque occulte sed palam imperium affectabat, idque veluti rem a maioribus suis ad se pertinentem, quamprimum ad se ut legitimum heredem devolutum iri somniabat. cuius vehementiorem quam impediri ut posset conatum timens Theodorus imperatoris paedagogus, metuensque ne suo domino ea res exitio foret, huic consulit uti Romanum patricium drungarium classis occulte sibi adsciscat custodem, ac si res ita postulet, defensorem: eum quippe paternum esse ipsius ministrum, constanterque ipsi benevolum. primum hac de re compellatus Romanus renuit; et iterum ac saepius Theodoro animum eius tentante recusavit. tandem cum literas manu imperatoris scriptas ab ipsoque puniceis subsignatas literis ad se missas accepisset, concessit; pollicitusque est se, quantum eius fieri posset, Constantini cubicularii eiusque cognatorum molitiones impediturum. hoc modo res composita, ac de ea in foro compitis ac angiportis susurrabatur. Constantinus autem cubicularius, quanquam ei quae contra ipsum struerentur non erant inaudita, illa tamen contemnebat, neminem unquam adversus se aliquid ausurum opinans. sed cum ad classem egrederetur, rogas de more distributurus, Romanoque mandaturus ut quamprimum navigaret, incidit in

δουλικῷ γὰρ ἐν σχήματι προσυπαντήσας ὁ Ῥωμανὸς αὐτῷ, καὶ προθύμως ποιήσειν τὸ κελευσθὲν ἐπαγγελλόμενος, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἦγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐνέδραν. μηδὲν δὲ ἐπαισθέσθαι τῶν μελετωμένων τοῦ παρακοιμωμένου δυνηθέντος, ἀλλ' ἀκάκως καὶ χωρὶς ὑπονοίας διαλεγομένου, καὶ μᾶλλον ἔγγιστα προσιόντος αὐτοῦ, καὶ πυθομένου εἰ ἔχει ἄνδρας εὐειδεῖς καὶ γενναίους καὶ τὴν βασιλικὴν ἐρέττειν ἐπιτηδείους τριήρη, τοῦ δὲ καὶ ἔχειν καὶ ἐγγὺς παρεῖναι τούτους εἰρηκότος, καὶ τῇ κεφαλῇ νεύσαντος ἥκειν
C τινὰς πλησίον τῶν εὐειδεστέρων, ὁ Κωνσταντῖνος θεασάμενος τούτους καὶ τάχα ἀποδεξάμενος ἀπαίρειν ἠπείγετο. ὁ δὲ Ῥωμανὸς ἔγγιστα τούτου περιπατῶν, ὡς πλησίον ἐγένοντο τῇ στρατηγίδι τριήρει, κατασχὼν τὸν Κωνσταντῖνον, καὶ μηδὲν πλέον εἰπὼν ἀλλ' ἢ μόνον "ἄρατε τοῦτον," αὐτὸς μὲν ἔστη, οἱ δὲ πρὸς τὸ ἔργον ὄντες ηὐτρεπισμένοι εἰσήγαγον εἰς τὴν ναυαρχίδα καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ κατεῖχον, μηδενὸς ἐπαμῦναι τοῦτον τολμήσαντος τῶν συνεπομένων αὐτῷ, ἀλλὰ πάντων παραυτίκα διασπαρέντων. τῆς φήμης οὖν ἐξαρθείσης ταραχὴ κατέσχε πᾶσαν τὴν πόλιν, τυραννίδος ὡς εἰκὸς ἐπίθεσιν λογισαμένην. φθάσαντος οὖν τοῦ λόγου
D καὶ μέχρι τῆς βασιλίδος Ζωῆς, εἰς ἀμηχανίαν καὶ οἱ ἐν τέλει ἐνέπιπτον. προσκαλεῖται γοῦν ἡ βασιλὶς τὸν πατριάρχην Νικόλαον καὶ τοὺς τῆς συγκλήτου λογάδας· κοινολογισαμένη δὲ μετ' αὐτῶν ἐκπέμπει πρὸς Ῥωμανόν, τὴν αἰτίαν τοῦ γεγονότος μαθεῖν ἐθέλουσα. τῶν δὲ πεμφθέντων γενομένων ἔνθα προσώρμουν αἱ τριή-

3 δὲ om C 6 πυνθανομένου C 11 τῇ στρατηγίδι om C 14 εὐτρεπισμένοι C 16 διεσπαρμένων C 20 οὖν C 21 δὲ om C

insidias. etenim servili forma ei occurrens Romanus, et mandata se studiose exsecuturum promittens, paulatim in casses pertrahit, nihil prorsus eorum quae parabantur coniicere valentem, sed similiter et absque ulla suspicione colloquentem, propiusque subinde accedentem, ac rogantem virosne haberet pulchros ac fortes, aptos ad imperatoriam triremem agendam. respondet Romanus eos praesto esse, et formosiorum quibusdam innuit ut accedant. quos contemplatus et probans Constantinus, cum solvi naves iuberet, Romanus iuxta obambulans, ut proxime praetoriam navim ventum est, id modo fatus "abripite hunc" subsistit. quibus vero negotium datum erat, ii Constantinum statim in navim praetoriam abducunt, ibique in custodia asservant, nemine comitum eum defendere auso, sed omnibus extemplo dilapsis. huius facinoris fama in urbem allata animos hominum conturbavit, tyrannidem ab aliquo invadi putantium; cumque ad Zoen usque pervenisset, proceribus quoque magnam solicitudinem iniecit. Zoe Nicolaum patriarcham et senatores delectos ad se vocat, reque cum iis deliberata ad Romanum mittit, qui causam facti exquirant. eos, cum ad navium stationem venissent et de

ρεις, καὶ μελλόντων ζήτησιν ποιεῖσθαι τῆς τοῦ παρακοιμωμένου κατασχέσεως, ὁ τῶν πλωΐμων διαναστὰς ἀκόλαστος ὄχλος λίθοις αὐτοὺς ἐξήλασαν. ἕωθεν οὖν ἡ βασιλὶς ἐξελθοῦσα περὶ τὸν Βουκολέοντα, καὶ τὸν υἱὸν μεταστειλαμένη καὶ τοὺς περὶ αὐτόν, ἐπηρώτα πῶς γέγονεν ἡ ἀνταρσία αὕτη. μηδενὸς δὲ ἀποκριναμένου, ὁ παιδαγωγὸς τοῦ βασιλέως Θεόδωρος ἔφη "διὰ τὸ ἀπολέσαι, ὦ P 616 *δέσποινα, Λέοντα μὲν τὸν Φωκᾶν τὰ στρατόπεδα, Κωνσταντῖνον δὲ τὸν παρακοιμώμενον τὸ παλάτιον, ἡ τοιαύτη γέγονε κίνησις." ὁ βασιλεὺς δὲ εἰς ἑαυτὸν τὴν ἐξουσίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐφελκόμενος τὸν πατριάρχην Νικόλαον σὺν τῷ μαγίστρῳ Στεφάνῳ ἀνήγαγεν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τῇ ἐπαύριον στέλλουσιν Ἰωάννην τὸν Τρυβάκην τὴν Αὐγοῦσταν τοῦ παλατίου καταβιβάσαι. ἡ δὲ μετ᾽ ὀλολυγῆς καὶ δακρύων τῷ ἑαυτῆς προσπλακεῖσα υἱῷ πρὸς συμπάθειαν αὐτὸν μητρικὴν καὶ οἶκτον ἐκίνησε. διὸ καί φησι πρὸς τοὺς ἄγοντας "ἐάσατε εἶναι μετ᾽ ἐμοῦ τὴν μητέρα μου." οἱ δὲ ἅμα τῷ λόγῳ ταύτην κατέλιπον. προεβάλετο δ᾽ ὁ βασιλεὺς δομέστικον τῶν σχολῶν, διαδεξάμενος τὸν Φωκᾶν, τὸν μάγιστρον Ἰωάννην* B *τὸν Γαριδᾶν, τὴν ἐκ τοῦ Λέοντος δεδοικὼς ἐπανάστασιν. τῇ αἰτήσει τε τούτου προεβλήθησαν Συμεὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ Θεόδωρος ὁ γυναικάδελφος αὐτοῦ, ὁ Ζουφινέζερ, ἑταιρειάρχαι. ὅρκοις τε οὖν καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως κατῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ἀπελύθησαν τῶν βασιλείων· ὅπερ μαθὼν ἐκεῖνος ἀγωνίᾳ καὶ φόβῳ ἐλήφθη. εὐθὺς*

4 *μετακαλεσαμένη* C 8 *τὸ*] *εἰς τὸ* C 20 *ὁ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀδελφὸς* C

comprehenso cubiculario inquirere intenderent, sociorum navalium petulans multitudo concitata saxis repulit. postridie Zoe prima luce ad Bucoleonem egressa, evocato etiam filio et eius familia, interrogat quaenam huius seditionis causa esset. ibi cum nemo responderet, Theodorus imperatoris paedagogus ideo ait hunc motum exstitisse, quod Leo Phocas legiones, Constantinus cubicularius palatium perdidissent. ceterum imperator imperium a matre in se transferens, patriarcham Nicolaum et magistrum Stephanum in aulam revocat; ac postridie misso Ioanne Tubace Augustam palatio abduci iubet. ea flens atque eiulans, filium amplexa, miserationem matris movit; adeoque iis qui eam ducebant Constantinus mandavit ut suam secum relinquerent matrem, estque illico ab iis dimissa. idem Leonem Phocam, metuens ne is aliquando imperium invaderet, loco movit, domesticumque scholarum fecit Ioannem Garidam magistrum. precibus tamen impetravit Phocas ut Simeon filius suus et uxoris frater Theodorus Zuphinezer sodalitatum principes crearentur. iuramentisque ab imperatore obstrictus domum suam abiit. confestim porro cognati eius ex aula dimissi sunt. quod ubi cognovit Leo, metu

οὖν ἐξιππασάμενος ἀπῆλθε πρὸς τὸν Ῥωμανὸν τὸν δρουγγάριον, τὴν ὕβριν ἣν ὑπέστη καὶ τὸν προπηλακισμὸν διηγούμενος. κοινοπραγήσαντες οὖν καὶ ὅρκοις ἀλλήλους κατασφαλισάμενοι, καὶ κῆδος εἰς τοὺς ἑαυτῶν ποιησάμενοι παῖδας, ἐν τῷ κρυπτῷ κατεῖχον τὸ C σπουδαζόμενον. ὁ δὲ Ῥωμανὸς πέμψας εἰς τὸ παλάτιον περὶ τοῦ γεγονότος ἀπελογεῖτο, μὴ ἀνταρσίαν εἶναι μηδὲ ἀπόστασιν ὀμνύμενος τὰ πραχθέντα· τὴν τοῦ Φωκᾶ δὲ ἐπίθεσιν ὑφορώμενος, φησί, καὶ δεδιὼς περὶ τοῦ βασιλέως μή τι καὶ πάθῃ φλαῦρον, ἐν τῷ παλατίῳ ἠβουλήθη ἀνελθεῖν καὶ φυλακὴν τούτου ποιήσασθαι καὶ τοῦ βασιλέως. μὴ πιστεύοντος δὲ τοῦ πατριάρχου μηδὲ τὰ λεγόμενα δεχομένου, ἐπισπέρχει Θεόδωρος ὁ παιδαγωγὸς τὸν Ῥωμανόν, ἄραντα πάντα τὸν στόλον, ἀφικέσθαι πρὸς τὸ τοῦ παλατίου νεώριον ἐν τῷ Βουκολέοντι. μέλλοντος δὲ τούτου καὶ ἀναδυομένου, οἱ πρὸς τὴν λεληθυῖαν πρᾶξιν τοῦτον ἐνάγοντες ἀνέ- D πεισαν καὶ ἄκοντα ποιῆσαι τὸ κελευόμενον. ἀμέλει καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἐξαρτύσας τὸν στόλον πολεμικῶς ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Βουκολέοντα. καὶ Στέφανος μὲν εὐθὺς ὁ μάγιστρος κάτεισι τῶν βασιλείων, ἄνεισι δὲ ὁ πατρίκιος Νικήτας, κηδεστὴς ὢν Ῥωμανοῦ, καὶ κατάγει τὸν πατριάρχην. οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα τὰ τίμια καὶ ζῳοποιὰ ξύλα πέμψαντες πρὸς τὸν Ῥωμανόν, καὶ ὅρκοις αὐτὸν κατασφαλισάμενοι φοβερωτάτοις καὶ ἀραῖς παλαμναιοτάταις μηδέποτε δόλιον κατὰ τοῦ βασιλέως ἐννοήσασθαι, συγχωροῦσι μετ' ὀλίγων αὐτὸν ἀνελθεῖν

8 φαῦλον C 11 ὁ τοῦ βῆς π. C 12 πάντα om C
15 καὶ ante κατ' om C 19 ὢν τοῦ ῥ. C 23 ὀλίγον P

perterritus statim eques ad Romanum drungarium se contulit, eique exposuit quibus contumeliis affectus utque circumscriptus esset. ibi communicata re inter eos societas inita ac iuramentis confirmata, nuptiis quoque inter liberos suos contractis, institutumque occulte habitum. secundum haec Romanus sui purgandi causa in aulam mittit, iureiurandoque interposito confirmat non rebellionis aut seditionis quicquam suo facto subesse, sed se metuentem ne Phocae conatus aliquid mali imperatori afferrent, in palatium eius imperatorisque praesidio muniendi causa voluisse reverti. patriarcha fidem derogante neque accipiente purgationem, Theodorus Romanum instigat ut cum universa classe ad navale, quod in Bucoleonte situm palatio imminet, accedat. Romanus cum aliquamdiu id detrectasset ac cunctatus esset, tandem urgentibus iis quorum instinctu occulta ista consilia susceperat, vel invitus assentit. ergo ipso die annuntiationi festo classe instructa hostiliter ad Bucoleontem accedit. statim Stephanus magister aula exit, et Nicetas patricius Romani necessarius in palatium it, indeque patriarcham abducit. imperator autem missis venerandis ac vivificis crucis lignis, a Romano adhibitis dirissimis exsecrationibus et iureiurandis gravissimis stipulatur

ἐν τῷ παλατίῳ. ὅνπερ δεξάμενος ὁ βασιλεὺς ἀνελθόντα καὶ P 617 προσκυνήσοντα εἰσάγει κατὰ τὸν ἐν τῷ Φάρῳ ναόν, καὶ πίστεις αὐτῷ δοὺς καὶ λαβὼν προχειρίζεται τοῦτον μέγαν ἑταιρειάρχην. γράμματα οὖν εὐθὺς ἐφοίτα πρὸς Λέοντα τὸν Φωκᾶν μὴ ὀλιγωρῆσαι μηδ' ἀπογνῶναι μηδὲ σκαιόν τι βουλεύσασθαι, ἀλλὰ προσμεῖναι μικρὸν ἡσύχως ἐν τῷ οἰκείῳ οἴκῳ διοριζόμενα ὡς μελλούσης γενέσθαι διὰ βράχεος τῆς αὐτοῦ προνοίας. τὰ παραπλήσια δὲ γράψαι πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν παρακοιμώμενον κατηνάγκασαν Κωνσταντῖνον. ἅπερ δεξάμενος ὁ Φωκᾶς ἡσυχίαν ἦγεν ἐν τῷ κατὰ τὴν Καππαδοκίαν οἴκῳ αὐτοῦ.

Τῇ δὲ ε' ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν δέδοται παρὰ Κων- B σταντίνου τοῦ βασιλέως ἀρραβὼν γαμικοῦ συναλλάγματος Ἑλένῃ τῇ θυγατρὶ Ῥωμανοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας στεφανοῦται μετ' αὐτῆς παρὰ Νικολάου τοῦ πατριάρχου ὁ βασιλεύς, τὸν Ῥωμανὸν βασιλεοπάτορα προβαλόμενος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἑταιρειάρχην Χριστοφόρον τὸν τούτου υἱόν. καὶ μετὰ μικρὸν Λέων ὁ Φωκᾶς ἀναπεισθεὶς ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ συγγενῶν καὶ ταγμάτων πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδε, καὶ ἀποστείλας προσελάβετο μετ' αὐτοῦ τὸν παρακοιμώμενον, Κωνσταντῖνον καὶ Ἀναστάσιον τοὺς Γογγυλίους καὶ αὐταδέλφους, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν τῆς Μαλελίας, πληροφορῶν ἅπαντας ὑπὲρ τοῦ βασιλέως τὰ ὅπλα Κωνσταντίνου αἴρειν. Ῥωμανὸς δὲ χρυσόβουλλον ἐκθέμενος ἀνατροπὴν ἔχοντα τῆς τοῦ Φωκᾶ προφάσεως, καὶ τῇ χειρὶ τοῦ βασιλέως C

2 προσκυνήσαντα?

nihil unquam eum doli adversus imperatorem cogitaturum; pauloque post facultatem redeundi in palatium permittit. et redeuntem excipiens precandi causa in templum quod est in Pharo deducit, dataque ibi et accepta fide magnum sodalitatum praefectum creat. statim et ad Leonem Phocam literae mittuntur, quibus bono esse animo neque vel abiicere spem neque iniquum quicquam moliri iubetur, sed quiete domi suae exitum praestolari: nam ipsius mox habitum iri rationem. Constantinus quoque cubicularius ad eum in eandem sententiam scribere cogitur. Phocas literis istis acceptis domi suae, quam in Cappadocia habebat, quiete se continuit.

Quinta sacri ieiunii septimana imperator Helenam Romani filiam arra data sibi coniugio copulat, ac tertia Galilaeae cum ea coronatur a Nicolao patriarcha; et Romanum imperatori patrem designat, priorem dignitatem in filium eius Christophorum transferens. paulo post Leo Phocas suorum propinquorum suasu et exercituum hortatu res novas molitur; accitoque Constantino cubiculario, Constantino et Anastasio Gongyliis fratribus et Constantino Maleliano, persuadere nititur omnibus se pro imperatore Constantino arma ferre. Romanus vero diploma, quo Leonis institutum refutabatur, scriptum, manuque et sigillo impera-

καὶ τῇ σφραγῖδι ταῦτ' ἐμπεδώσας μετά τινος γυναικὸς ἑταιρίδος, ἣν διὰ τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν καὶ Βασιλικὴν ὕστερον προσηγόρευσαν, ἐν τῷ τοῦ Λέοντος στρατοπέδῳ ἐξέπεμψε, καὶ ἕτερα δὲ μετά τινος κληρικοῦ Μιχαὴλ ὑποσχέσεσι τιμῶν καὶ δωρεῶν διαφθείροντα τοὺς τῶν ταγμάτων ἐξάρχους καὶ τὸν λαόν. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ Μιχαὴλ φωραθεὶς ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ καὶ τυφθεὶς ἀνηλεῶς ἀπετμήθη τὰ ὦτα· ἔλαθε δ' ἡ γυνὴ ἐν τῷ στρατῷ διασπείρασα ἃ ἐπήγετο. πρῶτον οὖν ὁ τοῦ Βαρέος Μιχαὴλ υἱὸς Κωνσταντῖνος, τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἱκανάτων, καταλιπὼν τὸν Λέοντα
D τῷ Ῥωμανῷ προσεχώρησεν· ᾧ τινὶ καὶ ὁ Βαλάντιος καὶ ὁ λεγόμενος Ἄτζμωρος, τουρμάρχαι καὶ ἄμφω ὄντες, ἐπηκολούθησαν. Λέων δὲ ὅμως ὁ Φωκᾶς τὴν Χρυσόπολιν καταλαβών, καὶ τὸν λαὸν παρατάξας κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἐν τῷ κίονι ἱσταμένην λιθίνην δάμαλιν, ἐξεφόβει τοὺς ἐν τῇ πόλει. Ῥωμανὸς δὲ μετὰ δρόμωνος τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου Συμεὼν ἐκπέμψας πρὸς τὸν τοῦ ἀποστάτου λαὸν καὶ χρυσόβουλλον ἐνσεσημασμένον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐνεχείρισεν αὐτῷ, καὶ παρηγγύησε πάντα τρόπον σπουδάσαι τῷ λαῷ τοῦτο ὑπαναγνῶναι. ὁ δὲ τοῦ χρυσοβούλλου νοῦς εἶχεν οὕτως. "ἡ βασιλεία μου φύλακα αὐτῆς ἐγρηγορώτατον καὶ πιστό-
P 618 τατον οὐδένα τῶν ὑπὸ χεῖρα ἢ Ῥωμανὸν εὑροῦσα, τούτῳ μετὰ θεὸν τὴν ἑαυτῆς φυλακὴν κατεπίστευσε, καὶ ἀντὶ πατρὸς αὐτὸν κρίνει, σπλάγχνα πατρικὰ πρὸς αὐτὴν ἐνδεικνύμενον. Λέοντα δὲ τὸν Φωκᾶν ἀεὶ ταύτῃ προσπολεμοῦντα καὶ ἐπιβουλεύοντα, καὶ νῦν τὴν κρυπτομένην αὐτοῦ πονηρίαν φανερώσαντα, οὔτε δομέ-

10 βαλάντης C 18 τούτῳ C 22 πνευματικὰ P

toris munitum, meretricis cuiusdam opera, quam ab hoc ministerio imperatoriam postea nominarunt, in castra Leonis mittit, aliasque literas per Michaelum quendam clericum: iis animos ducum ac militum promissionibus munerum et honorum ad defectionem solicitabat. sed Michaelo huic a Phoca deprehenso et atrociter verberato aures sunt amputatae: meretrix per castra dispersit quae iussa erat. primum ergo Constantinus legionis Hicanatorum dux, Michaeli Gravis filius, a Leone ad Romanum transit, deinde Balantius et Atzmorus turmarchae eum subsequuntur. Leo tamen ad Chrysopolin accessit; exercituque ad buculam saxeam, quae in columna stat e regione urbis, constituto oppidanos terruit. at Romanus Simeonem canicleo praefectum celoce mittit ad Leonis exercitus, cum literis manu imperatoris obsignatis, quas quacunque posset ratione omnino iis auscultantibus recitaret. diplomatis haec erat sententia. "cum nullum alium mei imperii vigilantiorem atque fideliorem custodem inter omnes meos ministros invenirem Romano, huic secundum deum eius tutelam commisi, ipsumque patris loco habeo, qui paternam animi erga me affectionem re ostendit. Leonem autem Phocam, qui nunquam non insidiatus est et adversatus nostro imperio, nunc malitiam suam diu occultatam detegit, neque domesticum esse volo ne-

στικον εἶναι βούλεται οὐδ᾽ ἕνα κρίνει τῶν ὑπηκόων, ἀλλ᾽ ἀποστάτην καὶ τύραννον, καὶ χωρὶς ἐμῆς βουλῆς τὴν τοιαύτην ἀνταρσίαν συστήσαντα, ἵν᾽ εἰς ἑαυτὸν τὸ τῆς βασιλείας ἐπισπάσηται κράτος. τοῦτο οὖν εἰδὼς ὁ ἐμὸς λαὸς τὸ δέον συνιέναι θέλησον, καὶ τὸν προγονικὸν ἐπιγνοὺς δεσπότην τῆς πικρᾶς τυραννίδος ἀπόστηθι." τοῦ δὲ Συμεὼν γενομένου κατὰ τὴν παρεμβολὴν καὶ τὸ B χρυσοβούλλιον φανερῶς ἐκπέμψαντος τῷ λαῷ, ὡς τοῦτο ἀνέγνωσαν καὶ τὸν αὐτοῦ νοῦν κατενόησαν, ἤρξαντο πάντες ἀναχωρεῖν καὶ τῷ βασιλεοπάτορι προσρύεσθαι Ῥωμανῷ. ὁ δὲ Φωκᾶς πρῶτον μὲν πειραθεὶς τὴν ἀνάγνωσιν κωλῦσαι τοῦ χρυσοβουλλίου καὶ μὴ δυνηθείς, εἶτα καὶ ὑπορρέουσαν κατὰ μικρὸν τὴν αὐτοῦ βλέπων δύναμιν, τοῖς ὅλοις ἀπειρηκὼς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο, καὶ μετά τινων ὀλίγων τῶν πιστοτάτων τὸ φρούριον κατέλαβεν Ἀτεούς. ἀποκρουσθεὶς δ᾽ ἐκεῖθεν ἔν τινι χωρίῳ κατήντησεν ὃ κατωνομάζετο Γοηλήοντος, ὃ καὶ φανερῶς ἐδήλου ὠὴ Λέοντι· κἀκεῖσε παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Βαρέος καί τινων ἄλλων πλείστων ἐπ᾽ C αὐτὸν συστάντων συλλαμβάνεται. στέλλεται τοίνυν Ἰωάννης ὁ Τουβάκις καὶ Λέων ὁ Παστηλᾶς εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν βασιλεύουσαν. οἱ δὲ τοῦτον κρατήσαντες ἀπετύφλωσαν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν ἐντολὴν λαθραίαν λαβόντες ἐκ Ῥωμανοῦ, ὡς δ᾽ οἱ περὶ τὸν Ῥωμανὸν διενίσταντο, αὐθαιρέτῳ γνώμῃ καὶ προαιρέσει· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐδόκει ἀγανακτεῖν ὁ Ῥωμανὸς ὡς παρὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν γεγονότος τοῦ ἔργου. ἡ μὲν οὖν τοῦ Λέοντος ἀποστασία τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

9 ὁ φωκᾶς δὲ C 14 κατήντισεν· ὠκλέον τὸ χωρίον κανονομάζεται· κακεῖθεν C 18 τουβάκης C

que pro subdito habeo, sed desertorem ac tyrannum pronuntio; qui iniussu meo hanc rebellionem molitus est, ut in se imperium transferret. id cum intelligatis subditi mei, quod aequum est statuite; et tyrannide odiosa repudiata, ad dominum a maioribus suis imperium hereditario consecutum revertimini." cum ad castra pervenisset Simeon, et diploma exercitui missum recitatum eiusque cognita esset sententia, coeperunt omnes a Leone ad Romanum imperatoris patrem desciscere. Leo principio frustra conatus diplomatis lectionem impedire, mox paulatim se a suis deseri videns, desperatis rebus fuga salutem quaesivit. et comitatus paucis quibusdam suorum fidissimis ad castellum pervenit cui nomen Ateus. inde repulsus castellum obtinuit cui nomen Goeleontos, quasi eiulationem Leonis, malo nimirum omine. ibi a Michaelo Gravi et multis aliis agmine facto capitur. mittuntur ergo qui eum Cpolin abducant, Ioannes Tubaces et Leo Pastelas; iique ei oculos eruunt, sive occulto, ut quidam dicunt, Romani iussu, sive, quod Romanus asseverabat, qui et inique hoc ut nolente se factum ferre videbatur, sua sponte. hic finis fuit rebellionis Phocae Leonis.

Συνέστη δὲ καὶ ἑτέρα ἐπιβουλὴ κατὰ Ῥωμανοῦ, παρά τινος D Κωνσταντίνου Κτηματηνοῦ, Δαβὶδ τοῦ Κουμουλιανοῦ καὶ Μιχαὴλ κουράτωρος τῶν μαγγάνων· οὗτοι γὰρ νεανίας τινὰς καθοπλίσαντες κατὰ τὸ κυνήγιον ἐξελθόντα τὸν Ῥωμανὸν ἐπετρέψαντο διαχειρίσασθαι. ὧν γνωσθέντων, καὶ συλληφθέντες οἱ τῆς ἐπιβουλῆς πρωτουργοὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπηρώθησαν καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς περιήχθησαν. συνῆν δὲ ταύτῃ τῇ ἀτίμῳ περιαγωγῇ καὶ Λέων ὁ Φωκᾶς, ἡμιόνῳ ἐφεζόμενος.

Κατηγορήθη δὲ καὶ Ζωὴ ἡ βασιλὶς τῇ ζωῇ ἐπιβουλεύουσα τοῦ Ῥωμανοῦ, καὶ τοῦ παλατίου κατάγεται, κἀν τῇ τῆς ἁγίας Εὐφημίας μονῇ ἀποκείρεται. ἐξεβλήθη δὲ τῆς πόλεως καὶ Θεοφύλακτος πατρίκιος καὶ Θεόδωρος ὁ παιδαγωγὸς τοῦ βασιλέως καὶ P 619 ὁ τούτου ὁμαίμων Συμεών, καὶ ἐν τῷ ὀψικίῳ διάγειν ἐτάχθησαν, ὡς τάχα κατὰ Ῥωμανοῦ μελετῶντες. ὑπούργησε δὲ πρὸς τὸν ἐξοστρακισμὸν τῶν τοιούτων ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλας Ἰωάννης ὁ Κουρκούας, αἰφνίδιον συναρπάσας αὐτοὺς καὶ πλοίοις εἰς τὴν περαίαν διαβιβάσας.

Τῇ δὲ κδʹ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀνάγεται Ῥωμανὸς εἰς τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν, καὶ Δεκεμβρίῳ μηνὶ τῷ τῆς βασιλείας διαδήματι στέφεται, ἐπιτροπῇ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ πατριάρχου Νικολάου αὐτὸν ἀναδήσαντος. Ῥωμανὸς δὲ ταινιωθεὶς τῷ βασιλικῷ διαδήματι στέφει κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῶν ἁγίων φώτων καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον Θεοδώραν. Μαΐῳ δὲ μηνὶ

2 κτηματικοῦ C 4 κυνηγέσιον C 5 συλληφθέντων C 6 πόλεως C 10 τοῦ ante Ῥωμανοῦ om C 18 εἰκάδι τετάρτῃ C 22 τὴν ἁγίαν ἡμέραν C

Aliae porro insidiae Romano sunt structae a Constantino quodam Ctemateno, Davido Cumuliano, et Michaelo curatore manganorum. ii adolescentibus quibusdam armatis negotium dederunt Romani, cum is venatum exiret, interficiundi. quibus cognitis et comprehensis, auctoribus insidiarum oculi sunt effossi, et ludibrii causa per medium forum circumducti, interque eos Leo Phocas mulae insidens.

Accusata est etiam Zoe imperatrix quasi necem Romano esset machinata, et palatio submota ac rasa in monasterium S. Euphemiae detrusa. eiectus etiam est urbe Theophylactus patricius, ac Theodorus imperatoris paedagogus, eiusque germanus Simeon, quod in Romanum aliquid moliti essent, iussique in Opsicio degere. ad hos deportandos operam contulit Ioannes Curcuas drungarius vigiliae, qui eos subito arreptos navibus in oppositam continentem traiecit.

Septembris mensis die 24 Romano Caesaris dignitas delata est, et mense Decembri imperatorio est redimitus diademate, a patriarcha Nicolao, permissu imperatoris. coronatus autem die sacrorum luminum uxorem quoque suam Theodoram coronat, et mense Maio, die penteco-

κατὰ τὴν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέραν στέφει καὶ τὸν ἑαυτοῦ B υἱὸν Χριστοφόρον διὰ Κωνσταντίνου τάχα, κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον ἐθέλοντος καὶ καταδεχομένου διὰ τὴν βίαν, ἐν δὲ τῷ ἀφανεῖ ἀλγοῦντος καὶ τὴν συμφορὰν ἀποκλαιομένου εἰς ἑαυτόν. καὶ μόνοι οἱ δύο κατὰ τὴν τοιαύτην προῆλθον προέλευσιν. Ἰουλίῳ δὲ μηνὶ η' ἰνδικτιῶνος ἡ τῆς ἐκκλησίας γέγονεν ἕνωσις, ἑνωθέντων τῶν διαφερομένων μητροπολιτῶν τε καὶ κληρικῶν τῶν ἀπὸ Νικολάου πατριάρχου καὶ Εὐθυμίου διεσχισμένων. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐξορίζει τὸν μάγιστρον Στέφανον εἰς τὴν Ἀντιγόνου νῆσον ὡς τῆς βασιλείας τάχα ὀριγνώμενον, καὶ μοναχὸν ἀποκείρει, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Θεοφάνην τὸν Τειχιώτην καὶ Παῦλον τὸν ὀρφανοτρόφον, τοὺς οἰκειοτάτους αὐτῷ. προκένσου δὲ γενομένου ἐν τῷ τριβουναλίῳ, C αἰφνίδιον οἱ βασιλεῖς εἰς τὸ παλάτιον ὑποστρέφουσιν ἐπιβουλῆς μηνυθείσης αὐτοῖς· κατασχεθέντες δὲ οἱ ἔξαρχοι, ὅ τε πατρίκιος Ἀρσένιος καὶ ὁ μαγκλαβίτης Παῦλος, τυφλωθέντες καὶ δημευθέντες ἐξωρίσθησαν. ἠγάγετο δὲ τούτῳ τῷ ἔτει καὶ γαμβρὸν ἐπὶ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ Ἀγάθῃ Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς Λέοντα τὸν τοῦ Ἀργυροῦ, ἄνδρα γενναῖον καὶ κάλλει σώματος καὶ ἰδέᾳ ὑπερφέροντα, συνέσει τε καὶ φρονήσει κοσμούμενον.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ τὰ κατὰ τὸν Ῥεντάκιον. οὗτος ἐξ Ἑλλάδος ὡρμημένος τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα ἐπεχείρησεν D ἀνελεῖν. δεδιὼς δ' ἐκεῖνος τὴν τοῦ υἱοῦ ἀταξίαν, πλοίου ἐπιβὰς ἔπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον ὡς τάχα τοῦ βασιλέως δεησόμενος ἀνακοπὴν γενέσθαι τῆς τοῦ υἱοῦ ἀπαιδευσίας. ἀνιὼν δὲ κατεσχέθη

5 διῆλθον P 9 ὡς τάχα τῆς β. 16 γαμβρὸς C 21 ὁρμώμενος C 23 τοῦ om C

stae sacro, filium etiam suum Christiferum, Constantino palam quidem concedente et probante, quia nihil contra vim poterat, occulte autem aegre ferente et suam deplorante secum calamitatem. ac soli duo isti ea in pompa processerunt. Iulio mense, indictione octava, ad concordiam redierunt metropolitae et clerici, Nicolai et Euthymii patriarcharum causa hactenus disiuncti. ceterum Romanus imperator Stephanum magistrum in Antigoni insulam relegat, imperii affectati suspectum, et monachum facit, et cum eo Theophanem Teichiotam et Paulum Orphanotrophum, eius intimos. cum procensus fieret in tribunalio, insidiis delatis imperatores subito in palatium abiverunt. earum capti auctores Arsenius patricius et Paulus Manglabita: oculi iis effossi et relegati sunt, bona eorum publicata. eodem anno Romanus filiam suam Agatham in matrimonium collocat Leoni Argyri filio, viro generoso ac corporis pulchritudine et prudentia praestanti.

Sub idem tempus Rentacius natione Graecus, suum patrem interficere cum conaretur, pater filii intemperiem metuens conscenso navigio Byzantium versus navigavit, ab imperatore petiturus ut filii libidinem

παρὰ τῶν Σαρακηνῶν τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ. ὁ δὲ τούτου υἱὸς ὑποχείριον ἔχων τὸν πατρῷον πλοῦτον, ἀνελθὼν μετ᾽ αὐτοῦ εἰς τὴν μεγαλόπολιν, τῷ θείῳ τεμένει τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας προσέδραμε, κἀν τούτῳ προσκαθήμενος τὴν πατρικὴν κατεσπάθα οὐσίαν. οὐκ ἔλαθε τοῦτο τὸν Ῥωμανόν, ἀλλὰ γνοὺς ἐβουλεύσατο ἐξαγαγεῖν τοῦτον τῆς ἐκκλησίας καὶ παιδεῦσαι. ὁ δὲ πληροφορίαν σχών, βασιλικὰ πλασάμενος γράμματα ὡς δῆθεν ἐκπεμφθέντα πρὸς τὸν Συμεών, αὐτομολήσειν ἐβουλεύσατο πρὸς τοὺς Βουλγάρους. καὶ ἐλεγχθεὶς τῆς τε οὐσίας καὶ τῶν ὀφθαλμῶν στερεῖται.

P 620 Ἀδραλέστου δὲ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀποθανόντος προεβλήθη Πόθος ὁ Ἀργυρός. καὶ τῶν Βουλγάρων ἄχρι τῶν Κατασυρτῶν ἐξελασάντων ἔξεισι καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ταγμάτων, καὶ κατασκηνοῖ κατὰ τὴν λεγομένην Θερμόπολιν. ἐκεῖθεν δὲ Μιχαὴλ ταγματάρχην τὸν τοῦ πατρικίου Μωρολέοντος υἱὸν ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν Βουλγάρων ἐκπέμπει. ὁ δὲ ἀπροόπτως ταῖς βαρβαρικαῖς ἐμπεσὼν ἐνέδραις, ἐπείπερ ἄφυκτα ἦν, τρέπεται πρὸς ἀλκήν, καὶ πολλοὺς τῶν Βουλγάρων ἀνελὼν καὶ τρεψάμενος, καιρίαν δὲ τυπεὶς καὶ αὐτός, ἐπανῆκεν εἰς τὴν βασιλίδα καὶ μετὰ μικρὸν ἐτελεύτησε. τότε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ ἐπιβουλὴ B μηνύεται κατ᾽ αὐτοῦ, προστάτην ἔχουσα τὸν σακελλάριον Ἀναστάσιον, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως δῆθεν ἀγωνιζόμενον· καὶ τῶν αἰτίων συσχεθέντων ἕκαστος κατὰ τὸ δόξαν ἐτιμωρήθη τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ, τοῦ Ἀναστασίου ἀποκαρέντος μοναχοῦ. ἐξ ἧς αἰτίας καὶ ὁ Κωνσταντῖνος ὑποβιβάζεται, καὶ δεύτερος ἀνηγορεύετο βασιλεύς,

1 ὁ δὲ τ. υἱὸς] καὶ ὁ ῥεντάκιος C 7 βασιλικὴν C 12 ἐξελθόντων C

compesceret; estque a Cretensibus Saracenis captus. filius paternarum opum compos factus cum iis se Cpolin contulit ad Sophiae templum; ibique desidens paterna bona prodegit. Romanus re comperta templo eum educere et castigare intendit. quod Rentacius cum subodoraretur, literis ab imperatore ad Simeonem confictis ad Bulgaros transfugere instituit, convictusque criminis oculis est et bonis spoliatus.

Mortuo Adralesto scholarum domestico Pothus Argyrus sufficitur. is, Bulgaris grassando usque ad Catasyrta progressis, copias contra eos educit; castrisque ad Thermopolin positis Michaelum cohortis praefectum, patricii Moroleonis filium, speculatum emittit. qui improviso in barbaricas delapsus insidias, cum fugae locus non esset, vim parat; multisque Bulgaris deiectis ac pulsis, accepto letali vulnere Cpolin redit, pauloque post moritur. tunc et Romano detectae sunt insidiae quas ipsi sacellarius Anastasius struxerat, nimirum pro Constantino propugnans. harum auctores ac conscios suo quemque arbitratu Romanus puniit, Anastasio monacho facto. Constantinumque exinde detrusum secundo loco, se priore imperatorem dici iussit, praetendens hanc unam

πρῶτος δὲ ὁ Ῥωμανός, προφασισάμενος οὕτως μόνως δυνατὸν εἶναι κατευνασθῆναι τὰς ἐπιβουλάς, διά τε πράγματα πρόσκαιρα καὶ βασιλείαν φθαρτὴν καὶ ἐπίκηρον ἐπιορκίᾳ περιπεσὼν καὶ τοῦ θεοῦ γενόμενος μήκοθεν. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἐφέρετο τῇδε.

Ὁ δὲ Συμεὼν πάλιν δύναμιν βαρεῖαν ἐκπέμπει κατὰ Ῥω- C *μαίων, ἔξαρχον ἔχουσαν Χαγάνον ἕνα τῶν παρ᾽ αὐτῷ μέγα δυναμένων καὶ Μινικὸν τῶν ἱπποκόμων τὸν πρῶτον, οἷς ἐπέσκηψεν κατ᾽ αὐτῆς ὡς τάχιστα τῆς πόλεως ἐκστρατεῦσαι. ὧν τὴν ἔφοδον ἀναμαθὼν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανός, καὶ λογισάμενος μή πως ἐπελθόντες τὰ κάλλιστα τῶν πλησιαζόντων τῇ πόλει παλατίων καὶ οἰκημάτων πυρπολήσωσι, τὸν ῥαίκτωρα Ἰωάννην ἅμα Λέοντι καὶ Πόθῳ τοῖς Ἀργυροῖς ἐκπέμπει μετὰ πλήθους ἱκανοῦ ἔκ τε τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας καὶ τῶν ταγματικῶν, οἷς συνῆν καὶ ὁ πατρίκιος Ἀλέξιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ὁ Μωσηλὲ μετὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτόν. κατὰ δὲ τὴν ε′ ἑβδομάδα τῶν νηστειῶν διατάξαντες τὸν λαὸν ἐν τοῖς πεδινοῖς τῶν Πηγῶν τόποις προσέμενον. ἐκεῖ-* D *θεν δὲ τῶν Βουλγάρων ἀναφανέντων καὶ βοῇ χρησαμένων ἀσήμῳ καὶ σφοδρῶς ἐπελασάντων κατ᾽ αὐτῶν, φεύγει μὲν ὁ ῥαίκτωρ Ἰωάννης, σφάττεται δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνιζόμενος Φωτεινὸς πατρίκιος ὁ τοῦ Πλατύποδος υἱὸς καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι. μόλις οὖν ὁ ῥαίκτωρ διασωθεὶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν δρόμωνα. τοῦτο καὶ Ἀλέξιος ὁ δρουγγάριος ποιῆσαι βουληθείς, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀνελθεῖν,*

2 διὰ τὰ libri 9 ἐκστρατεύειν P 10 λαβὼν C 13 πόθον C
15 ὁ] καὶ ὁ P 16 αὐτὸν πλωΐμων. κατὰ C ε′ om C
22 ἐξέλαστρον margo C

esse insidiarum avertendarum rationem. ita ob res fluxas et imperium caducum Romanus periurii se obligavit et a deo abalienavit. hic erat rerum urbanarum status.

At Simeon iterum magnum contra Romanos emittit exercitum, duce Chagano, uno suorum procerum, et Minico equisonum principe; mandatque ut recta ad urbem contendant. Romanus de eorum adventu certior factus, metuensque ne ii pulcherrima urbi propinquorum locorum palatia et aedificia incendio vastarent, Ioannem rectorem cum Leone et Potho Argyris obviam ire iubet, exercitum ducentes validum ex imperatoriis sodalitatibus et cohortibus aliis contractum. adfuit iis etiam Alexius patricius et drungarius rei navalis, et Moseles cum suis. quinta ieiuniorum septimana, exercitu in planitie Pegarum instructo substiterunt. ibi Bulgaris se subito prodentibus et obscura cum vociferatione ac magno impetu irruentibus rector Ioannes fugam facit; ac patricius Photinus Latipedis filius pro eo pugnans aliique haud pauci obtruncantur. rector aegre servatus in celocem evasit. idem facere volens Alexius drungarius, cum adscendere nequiret, de scalis celocis in mare de-

ἐν τῇ τοῦ δρόμωνος ὑποβάθρᾳ πεσὼν ἐν τῇ θαλάσσῃ σὺν τῷ αὐτοῦ πρωτομανδάτωρι ἀπεπνίγη. Λέων δὲ καὶ Πόθος οἱ Ἀργυροὶ ἐν τῷ καστελλίῳ διαφυγόντες ἐσώθησαν. τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους οἱ μὲν τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας φεύγοντες ἀπεπνίγησαν, οἱ δὲ σιδήρου γεγόνασι παρανάλωμα, οἱ δὲ χερσὶ βαρβαρικαῖς συνελή-
P 621 φθησαν. οἱ δὲ Βούλγαροι κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν τά τε τῶν Πηγῶν ἐνέπρησαν παλάτια καὶ ἅπαν τὸ Στενὸν ἐπυρπόλησαν.

Εἰκοστῇ δὲ Φεβρουαρίου μηνός, ἰνδικτιῶνος ι', θνήσκει Θεοδώρα ἡ σύμβιος Ῥωμανοῦ, καὶ θάπτεται ἐν τῷ Μυρελαίῳ· ἀνηγορεύθη δὲ Αὐγοῦστα ἡ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου γυνὴ ἡ Σοφία. παρεγένετο δὲ καὶ ἐξ Ἰβηρίας ὁ κουροπαλάτης ὁ Ἴβηρ, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς διελθὼν κεκοσμημένης λαμπρῶς μετὰ δόξης πολλῆς καὶ τιμῆς ὑπεδέχθη· ὃν καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ σοφίᾳ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεύς, τὸ κάλλος αὐτῆς θεάσασθαι καὶ τὸ μέγεθος. ἀπελθὼν οὖν καὶ τοῦ ναοῦ τὴν καλλονὴν καταπλαγεὶς
B καὶ τὸν πολυτελῆ κόσμον ὑπερθαυμάσας, καὶ ἀληθῶς θεοῦ καταγώγιον τὸν ἱερὸν τουτονὶ χῶρον εἰπών, ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια. τῶν δὲ Βουλγάρων πάλιν εἰσβολὴν ποιησαμένων κατὰ τῆς Ῥωμαίων χώρας, καὶ τοῖς παλατίοις τῆς βασιλίδος ἐγγισάντων Θεοδώρας, ὡς οὐδὲν ἦν τὸ προσιστάμενον, πυρὶ ταῦτα παρέδοσαν. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἄριστον ποιησάμενος πολυτελὲς τοὺς τῶν ταγμάτων ἄρχοντας συνεκάλεσε· συνῆν δὲ τούτοις καὶ ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Σακτίκιος, τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἐξκουβίτων. ἐπιδο-

9 εἰκάδι C   13 κεκοσμημένος P   19 τῆς et 20 χώρας om C

cidit cum suo protomandatore, et suffocatus est. Leo et Pothus Argyri in castellum fuga se receperunt. reliqua multitudo partim hostium manus dum effugere volunt, in mari pereunt, alii ferro necantur, quidam capiuntur. Bulgari, nemine prohibente, Pegense palatium totumque Stenum incendio vastant.

Vigesima Februarii die, indictione decima, uxor Romani Theodora moritur et in Myrelaeo sepelitur. Augustae nomen deinde gessit uxor Christiferi Sophia. tunc etiam ex Iberia venit Iber curopalates, splendideque ornatus per medium forum transiit, ac magna cum gloria et honore exceptus est. eum imperator in aedem Sophiae misit, ut eius molem ac pulchritudinem videret. quae is contemplatus magna cum admiratione, fatusque hanc aedem vere esse dei receptaculum, domum rediit. rursum deinde Bulgari impressione facta usque ad palatium Theodorae Augustae pervenerunt, idque nemine defendente cremaverunt. Romanus convivio sumptuose instructo ad id duces militarium ordinum vocavit, interque hos Sacticium cohortis excubitorum praefectum. pro-

σιν δὲ λαμβανούσης τῆς εὐωχίας λόγος ἐκινήθη περὶ τῶν Βουλγάρων. καὶ τοῦ βασιλέως ἐπαγωγὰ πολλὰ εἰρηκότος, πρὸς ὁρμὴν ἐπανιστῶντα ἐνθουσιώδη καὶ παρακαλοῦντα εὐψύχως ἐξελθεῖν C κατὰ τῶν ἐναντίων καὶ τῆς σφῶν ὑπεραγωνίσασθαι πατρίδος, πάντες συνέθεντο ἑτοίμως ἐξελθεῖν καὶ τῶν Χριστιανῶν ὑπεραγωνίσασθαι. ἕωθεν οὖν καθοπλισθεὶς ὁ Σακτίκιος, ὄπισθεν τῶν Βουλγάρων γενόμενος καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν εἰσελθών, τῶν πλειόνων ἐπὶ διαρπαγὴν σκύλων σκεδασθέντων κατὰ τὴν χώραν, πάντας τοὺς ἐν τῇ παρεμβολῇ εὑρεθέντας κατέσφαξε. μαθὸν οὖν τὸ πλῆθος τῶν Βουλγάρων ὑπὸ τῶν διαδράντων τὸ γεγονὸς ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ στρατοπέδῳ. καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ἀκμῆτες οἱ Βούλγαροι πρὸς κεκμηκότας μαχόμενοι καὶ ἀκραιφνεῖς πρὸς ἤδη τῷ προηγησαμένῳ πολέμῳ κεκακωμένους ἄνδρας τρέπουσι D τὸν Σακτίκιον σὺν ὀλίγοις τὴν προσβολὴν τῶν ἐναντίων δεξάμενον. γενναίως οὖν ἀγωνισάμενος καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τῶν πολεμίων, ἐπειδὴ κατισχύετο, μεθίησι τοῦ ἵππου τὸν χαλινόν, καὶ νῶτα δοὺς ἔφυγεν. ἔν τινι δὲ ποταμῷ γενόμενος καὶ τοῦτον διαπερῶν, καὶ τῇ ἰλύϊ τοῦ ἵππου ἐμπαγέντος, καταλαμβάνεται παρὰ τῶν Βουλγάρων καὶ δέχεται πληγὴν καιρίαν κατὰ τῆς ἕδρας καὶ τοῦ μηροῦ. καὶ τοῦ ἵππου δὲ ἀνασπασθέντος ἐκ τῆς ἰλύος σπουδῇ καὶ συνεργίᾳ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, νῦν μὲν φεύγων, νῦν δ' ὑποστρέφων μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀνακόπτων Βουλγάρους, διασώζεται μέχρι τῶν Βλαχερνῶν, καὶ

3 ἐξελθεῖν] ἀγωνίσασθαι, omissis καὶ τῆς — πατρίδος C 12 ἀγωνιζόμενοι C 13 τῷ προηγησαμένῳ πολέμῳ post ἄνδρας C 17 ἔφευγεν C 18 καὶ om C

ἕτερος υἱὸς ἐν τοῖς τῶν Πηγῶν παλατίοις, ὃν ἐπὶ τῷ πατρὶ Κωνσταντῖνον ὠνόμασε. νέος δ' ὢν καὶ εὐπαθείαις ἑαυτὸν ἐπιδεδωκὼς τὰς τῶν ὅλων φροντίδας Ἰωσὴφ ἐνεχείρισε τῷ πραιποσίτῳ καὶ παρακοιμωμένῳ, ᾧ Βρίγγας ἡ ἐπωνυμία. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἄλλο διὰ φροντίδος εἶχεν ἢ τὸ μεθ' ἡταιρηκότων καὶ βεβήλων ἀνδραρίων καὶ μαχλάδων καὶ μίμων καὶ γελοτοποιῶν τὰς ἐκδεδιῃτημένας μεταδιώκειν τῶν πράξεων. τοίνυν καὶ κληρικόν τινα Ἰωάννην ἐκτομίαν ὄντα, διά τινας ἀσέμνους πράξεις ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἀπειληθέντα καὶ μοναχικὸν ἀμφιασάμενον σχῆμα καὶ μέχρι τῆς ἐκείνου κρυπτόμενον τελευτῆς, ὡς ἤδη ἐπε- C λάβετο τῆς ἀρχῆς, τοῦ τῶν μοναχῶν ἀποδύσας σχήματος καὶ τὰ τῶν κληρικῶν μεταμφιάσας τοῖς ἑαυτοῦ θαλαμηπόλοις κατέταξε. ζήλου δὲ πλησθεὶς ὁ Πολύευκτος πολὺς ἦν ἐγκείμενος καὶ τῷ βασιλεῖ παρενοχλῶν τῆς ἑαυτοῦ θεραπείας τοῦτον ἀπώσασθαι ὡς ἐξομοσάμενον τὸ τῶν μοναζόντων ἐπάγγελμα. ἐκείνου δὲ παραιτουμένου, καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις φάσκοντος ἐνδεδύσθαι τοῦτον τὸ σχῆμα ἢ εὐχὴν παρά τινος τῶν ἱερέων λαβεῖν, ἀλλὰ μόνον ὑποκρίνασθαι τὸν μονάδα βίον διὰ τὸν τοῦ βασιλέως φόβον, ἐξαπατηθεὶς ὁ Πολύευκτος ἀφῆκε τοῦτον, πολλὰ καὶ τοῦ Ἰωσὴφ σπουδάσαντος. καὶ διῆγε μέχρι τῆς τελευτῆς Ῥωμανοῦ κοσμικῶς ζῶν καὶ νεωτερικῶς· ἐκείνου δὲ τελευτήσαντος τὸ μὲν σχῆμα τῶν D μοναστῶν ἀμφιέννυται αὖθις, τὴν δέ γε γνώμην αὐτοῦ οὐκ ἠλλοίωσε.

6 ἀνθρώπων C 11 τὰ] τὸ C 12 κατέλεξε C 13 τῷ βασιλεῖ om C 14 τοῦτον om C 22 μοναχῶν C

palatio nascitur, quem a patre Constantinum nominavit. ceterum imperator iuvenis voluptatibus deditus, curam rei publicae Iosepho primario suo cubiculario cognomento Bringae commisit: ipse in aliam nullam rem incubuit quam ut cum exoletis ac impuris homuncionibus, scortis, mimis atque scurris vitam transigeret infamem. eapropter Ioannem quendam clericum spadonem, quem ob turpia quaedam facinora Constantinus imperator proturbarat et monachum fecerat, et qui usque ad eius mortem abditus latuerat, imperio potitus monachi habitu exuit, clericique reddito amictu inter suos recepit cubicularios. at Polyeuctus iusta indignatione concitus vehementer imperatorem urgebat, ut sua familia eiiceret hominem qui votum monasticum eiurasset. tamen imperatore excusante, quod negaret eum re vera monachi condiciones amplexum aut illi generi vitae ab ullo sacerdote votis consecratum fuisse, sed tantum ista metu imperatoris simulasse, deceptus eum missum fecit, Iosepho etiam diligentem in hac re navante operam. ita Ioannes ille usque ad mortem Romani profanam novo instituto vitam exegit: mortuo eo rursus monastico velatus habitu, animum tamen non mutavit.

Τούτῳ τῷ ἔτει Νικηφόρον μάγιστρον τὸν Φωκᾶν, δομέ-
στικον ἤδη προβεβλημένον τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς παρὰ Κων-
σταντίνου τοῦ βασιλέως, καὶ πολλὰ τρόπαια στήσαντα κατὰ τῶν
ἑῴων Σαρακηνῶν, καὶ τόν τε τῆς Ταρσοῦ ἀμηρᾶν Καραμόνην
καὶ Χαβδᾶν τὸν τοῦ Χάλεπ καὶ τὸν Τριπόλεως Ἰζὴθ ὁλοσχερῶς
ταπεινώσαντα, πέμπει κατὰ τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ Σαρακηνῶν, πλῆ-
θος ἐπιλέκτων στρατιωτῶν ἐπιδοὺς αὐτῷ καὶ στόλον κατηρτισμένον
P 643 καλῶς. ἐν τῇ νήσῳ δ' οὗτος περαιωθείς, καὶ κατὰ τὴν πρώτην
ἀπόβασιν παροῦσι καὶ κωλύουσι συμπλακεὶς τοῖς Ἀγαρηνοῖς καὶ
τούτους τρεψάμενος, αὐτός τε ἀσφαλῶς ἀπέβη καὶ τὸν στρατὸν
ἀπεβίβασεν ἀκινδύνως. χάρακά τε οὖν ἐπήξατο καρτερόν, τάφρῳ
βαθείᾳ καὶ σταυρώμασι καὶ πασσάλοις τοῦτον κατοχυρώσας, καὶ
τὸν στόλον ἐν ὅρμοις γαληνοτάτοις ὁρμίσας καὶ πάντα καταστη-
σάμενος κατὰ τὸ ἀσφαλὲς ἐνεργῶς ἥπτετο τῆς πολιορκίας τῶν ἐν
τῇ νήσῳ πόλεων, καὶ δι' ὅλων ζ' μηνῶν πάσαις μηχαναῖς πολιορ-
κητικῶν ὀργάνων χρησάμενος καὶ τὰ τείχη καταστρέφων τάς τε
πόλεις καὶ τὰ φρούρια ἐχειρώσατο. τῇ ζ' δὲ τοῦ Μαρτίου μηνός,
B τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος, καὶ τὴν πασῶν ὀχυρωτέραν πόλιν, ἣν ἐγχω-
ρίως Χάνδακα ἐκάλουν, πεπορθηκώς, καὶ τὸν ἀμηρεύοντα τῆς
νήσου Κουρούπην ὄνομα λαβὼν αἰχμάλωτον καὶ Ἀνεμᾶν τὸν μετ'
αὐτὸν ἐν τῇ νήσῳ πρωτεύοντα, καὶ τὴν νῆσον ὅλην δουλωσάμενος,
ἔμελλε μὲν ἐπὶ πλείονα ἐμμεῖναι χρόνον καὶ τὰ κατ' αὐτὴν κατα-

4 καραμώνην C 5 χαμβδὰν C χάλεπε C τριπολίτην C 6 τῇ om C 7 αὐτοῖς C 18 ιδ'] δ' C 22 προσμεῖναι C

Hoc anno Nicephorum Phocam magistrum et scholarum Orientalium domesticum a Constantino imperatore creatum, qui de Orientalibus Saracenis multa statuerat tropaea, et Tarsi Caramonem, Chabdanem Chalepi, Izethum Tripolis ameras prorsus compescuerat, imperator cum delecto militum exercitu et probe adornata classe contra Cretenses Saracenos emittit. Phocas classe in Cretam traiecta, cum primum navibus suos educeret, Agarenos prohibere aggressos praelio fundit; et cum ipse tuto insulam egreditur, tum suos absque periculo in eam exportat. inde castris positis, iisque alta fossa vallo ac palis defixis communitis, naves tutissimis in stationibus continens, omnibus probe constitutis, insulae urbes omni vi oppugnat, ac septem integros per menses omnibus machinis ad eam rem facientibus usus muros prosternit, urbesque et castella vi capit. septima die Martii mensis, indictione decima quarta, Chandacem ab insularibus vocatam, omnium Cretae urbium munitissimam, expugnat; Curupem insulae ameram, et Anemam, cuius secundum Curupam summa erat potestas, vivos in suam potestatem redigit; totaque iam subacta insula, eius constituendae causa adhuc aliquid temporis

στήσεσθαι, φήμης δὲ κρατούσης ὡς ὁ μέλλων κατασχεῖν αὐτὴν Ῥωμαῖος ἀνὴρ ἐξ ἀνάγκης βασιλεύσει Ῥωμαίων, ἅμα τῷ γνωσθῆναι τὴν τῆς νήσου κατάσχεσιν ταῖς τοῦ Ἰωσὴφ ὑποθήκαις πεισθεὶς ὁ Ῥωμανὸς προσεκαλέσατο τὸν Νικηφόρον ἐκεῖθεν. ἔτι δὲ τοῦ Νικηφόρου τῇ Κρήτῃ ἐνδιατρίβοντος, ἵνα μὴ τὴν ἑῴαν κατατρέχοιεν οἱ τῆς ἀνατολῆς Ἄραβες καὶ μᾶλλον ὁ Χαβδᾶν ὁ τοῦ C
Χάλεπ ἀμηρᾶς, πολεμικὸς ὢν καὶ τῶν ἄλλων δραστηριώτερος, Λέοντα τὸν Φωκᾶν τὸν τοῦ Νικηφόρου ἀδελφὸν μάγιστρον τιμήσας ὁ Ῥωμανὸς τὴν τοῦ δομεστίκου διακονίαν διέπειν ἀπέστειλεν. οὗτος δὲ διαπεράσας καὶ τῷ Χαβδᾶν συναντήσας ἔν τινι χωρίῳ Ἀνδρασσῷ λεγομένῳ τρέπεται τοῦτον κατὰ κράτος καὶ ἀφανισμῷ παραδίδωσι, τῶν μὲν ἐν τῇ προσβολῇ πεσόντων οὐδ' ἀριθμῷ καθυποβληθῆναι δυναμένων, τῶν δὲ ἁλόντων καὶ ἐν τῇ πόλει πεμφθέντων τοσοῦτον ἦν τὸ πλῆθος ὡς πληρῶσαι δούλων καὶ τὰς ἀστικὰς οἰκίας καὶ τοὺς ἀγρούς. μόνος δὲ ὁ τούτων ἀρχηγὸς Χαβδᾶν σὺν ὀλίγοις λίαν τὸν κίνδυνον διαδρὰς εἰς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀνεκομίσθη. εἰσελθόντα δὲ τὸν Λέοντα μάλα φιλοφρόνως ὁ βα- D
σιλεὺς ὑπεδέξατο ἐπινικίοις τε θριάμβοις τετίμηκε καὶ γερῶν τῶν κατ' ἀξίαν ἠξίωσε, τιμήσας καὶ προβιβάσας καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ ἀριστεύσαντας.

Τῷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ πολλοὶ τῶν πολιτευομένων ἑάλωσαν ἐπιβεβουλευκότες αὐτῷ. εἶχον δὲ καὶ

5 τῇ Κρήτῃ] ἐκεῖσε C 6 χαμβδὰν C, ut solet 11 ἀδαρασσῷ C

ibi exigere statuit. enimvero obtinuerat fama eum Romanum virum qui Cretam esset capturus, necessario etiam imperio Romano potiturum. itaque simul atque renuntiatum est Cretam esse captam, Romanus Iosephi hortatu mittit qui inde Nicephorum avocent. adhuc in Creta eo agente, ne Arabes orientales Romanam dicionem infestarent, Chabdanus praecipue Chalepi ameras, vir bellicosus et reliquis strenuior, Romanus Leonem Phocam Nicephori fratrem magisterii honore ornatum eo mittit ac domestici munus obire iubet. is ut in provinciam venit, Chabdano occurrit ad locum cui Andrasso nomen, praelioque congressus vincit ac fundit. eo in praelio Agarenorum innumerabilis cecidit multitudo, reliqui capti Cpolin sunt missi, tanta copia ut servis domus urbanae et agri fuerint repleti. Chabdanus cum paucis admodum suorum fuga elapsus domum pervenit. Leonem in urbem reversum imperator comiter admodum honorificeque excepit, triumphoque et praemiis dignis remuneratus est. honorem etiam habuit reliquis omnibus, quorum eo bello spectata fuit virtus, eosque evexit.

Imperante annum secundum Romano, multi eorum qui in re publica erant primo loco, insidiarum in imperatorem comperti sunt. princeps

πρωτουργὸν καὶ πρωταίτιον Βασίλειον μάγιστρον τὸν λεγόμενον Πετεινὸν καί τινας ἄλλους τῶν ἐπισήμων, τὸν πατρίκιον Πασχάλιον, τὸν πατρίκιον Βάρδαν τὸν τοῦ Λιβός, καὶ Νικόλαον τὸν P 644 Χαλκούτζην· οἵτινες ἐβουλεύσαντο κατὰ τὴν ἡμέραν τῶν ἱππικῶν ἀγώνων κατιόντα διαχειρίσασθαι τὸν βασιλέα, καὶ τὸν Βασίλειον ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ καθίσαντες θρόνου ἀναγορεῦσαι βασιλέα. ἀλλὰ τῆς ἐπιβουλῆς μηνυθείσης τῷ βασιλεῖ παρά τινος τῶν συνωμοτῶν, Ἰωαννικίου τοὔνομα, τῷ γένει Σαρακηνοῦ, πρὶν ἢ τὴν κυρίαν ἐνστῆναι κρατηθέντες παρὰ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ ἐλεγχθέντες καὶ ἀπηνῶς αἰκισθέντες ἄνευ μόνου τοῦ Βασιλείου, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ ἀγῶνος θριαμβευθέντες, ἐξορίᾳ παρεπέμφθησαν καὶ ἀπεκάρησαν μοναχοί. χρόνον δέ τινα βραχὺν ἐν αὐτῇ ταλαι- B πωρηθέντες ἀνεκλήθησαν φιλανθρώπως αὐτοῖς χρησαμένου τοῦ βασιλέως. μόνος δὲ Βασίλειος ὁ Πετεινὸς ἔκφρων γενόμενος ἐτελεύτησεν ἐν Προικοννήσῳ, τῆς δίκης αὐτὸν μετελθούσης ἀνθ' ὧν δολίως εἰς Στέφανον ἐνεδείξατο τὸν βασιλέα, προδεδωκὼς τοῦτον τῷ Κωνσταντίνῳ.

Τὰ δὲ περὶ τὸν Πετεινὸν καὶ τοὺς ἄλλους ἰδὼν ὁ μάγιστρος Ῥωμανὸς ὁ Σαρωνίτης, ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸς ὢν Ῥωμανοῦ γέροντος, καὶ μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς πάθοι φοβηθείς, φθονούμενος διὰ τὴν ἑαυτοῦ περιφάνειαν καὶ ὑποπτευόμενος, τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν τοῖς τέκνοις ὡς ἐβούλετο διαμερίσας καὶ τὴν ὑπόλοιπον πένησι διανείμας τὸ τῶν μοναχῶν περιβάλλεται ἔνδυμα. καὶ ἐν τῇ τῶν

14 βασ.] ῥωμανοῦ C 23 διαδοὺς C

auctorque coniurationis fuit Basilius Volucris magister, socios habens ex illustribus patricium Paschalium, patricium Bardam Libis filium, et Nicolaum Chalcutzam. ii statuerant, quo die ludi equestres fierent, imperatorem a palatio descendentem necare, in solio eius Basilium collocare et imperatorem proclamare. sed patefecit Romano eorum institutum socius conspirationis Ioannicius, natione Saracenus. itaque antequam dies definita appeteret, a Iosepho comprehensi convicti crudeliterque excruciati, solo Basilio excepto, ea ipsa ludorum equestrium die in triumpho ducti sunt et relegati rasoque capite monachi facti. quanquam ea fuit in ipsos imperatoris humanitas, ut exiguum temporis miserias exsilii expertos revocaverit. solus Basilius Volucris insania correptus in Proconneso periit, poenasque dedit proditi Constantino per fraudem Stephani imperatoris.

At enim magister Romanus Saronita, gener senis Romani, quae Volucri et aliis evenissent cernens, veritusque ne idem sibi contingeret, quia ob splendorem suum invisus suspectusque esset, opes suas suo arbitratu inter liberos suos distribuit, et reliqua pauperibus elargitus in monasterium Elegmon se contulit, ibique monachus multos per

Ἐλεγμῶν μονῇ γενόμενος, καὶ χρόνον συχνὸν ἐν αὐτῇ παραμείνας, C ὑπὸ τῶν μετὰ ταῦτα βασιλέων ἐτιμήθη διαφερόντως.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἀνήρ τις ἀνεφάνη Φιλώραιος καλούμενος, ὑπασπιστὴς ὢν Ῥωμανοῦ μαγίστρου τοῦ Μωσηλέ, τοῦ ἐκγόνου Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος. οὗτος ἄνωθεν ἵππου ὠκυτάτου ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἱστάμενος ὄρθιος, καὶ ξίφος ταῖς χερσὶ βαστάζων, τοῦ ἵππου τρέχοντος ὅσον ἐδύνατο κυκλῶν ἐπῄει τὸν εὔριπον τῆς ἱπποδρομίας, στρέφων ἄνω καὶ κάτω τὸ ξίφος καὶ μηδ᾽ ὅλως ὑπολισθαίνων τῆς στάσεως.

Ἐπέδωκε δ᾽ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις καὶ πάλαι τὴν Ῥωμαίων ἐπιόν τε καὶ λυμαινόμενον καὶ διαφθεῖρον τοὺς βόας τὸ λοιμικὸν πάθος, ὃ κράβρα κατονομάζεται. φασὶ δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦτο D λαβεῖν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ γέροντος Ῥωμανοῦ. ἔγγιστα γὰρ τῆς τοῦ Βώνου κινστέρνης ἀναψυχὴν ἑαυτῷ τῆς θερινῆς θέρμης παλάτια τοῦ Ῥωμανοῦ ἀνεγείροντος, καὶ τῶν θεμελίων καταβαλλομένων, βοός φασιν εὑρεθῆναι μαρμαρίνου κεφαλήν, ἣν οἱ εὑρόντες συντρίψαντες εἰς τὴν τοῦ τιτάνου κάμινον ἐμβάλλουσιν. ἐξ ἐκείνου δ᾽ ἄχρι τῶν τῇδε χρόνων οὐκ ἐπαύσαντο πανταχοῦ τῆς γῆς ὁπόσην ἡ τῶν Ῥωμαίων περιέχει δυναστεία, τὰ τῶν βοῶν διαφθείρεσθαι γένη.

Ὁ δὲ Ῥωμανὸς παρορμώμενος ὑπὸ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς κατενεγκεῖν ἐπειράθη τῶν βασιλείων Ἑλένην τε τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφάς, καὶ ἐν τοῖς παλατίοις τῶν Ἀντιόχου περιορίσαι. γνοῦσα

6 τῆς σέλλας margo C 8 τὸν εὔρ.] τὸν κύκλον margo C
17 βάλλουσιν C 18 ἐπαύσατο C

annos vixit, estque ab imperatoribus subsequentibus in magno honore habitus.

Per idem tempus vir quidam exstitit Philoraeus nomine, stipator magistri Romani Moselis, prognati a Romano sene. is vir iniecta veste equo celerrimo ei insistebat rectus, gladium manibus gestans, quem equo concitatissime currente rotans euripum Circi percurrebat, gladium sursum deorsumque versans, et ne minimum quidem vestigio suo elabens.

Tunc etiam intendit sese morbus pestilens, nomine crabra, iamdudum boves Romanorum tentans atque perdens. ferunt id coepisse imperante Romano sene. cum enim proxime Boni cisternam palatium ille conderet, in quo se ab ardore solis aestivo refrigeraret, dum fundamenta parantur, effossum ferunt bovis marmorei caput, quod ab iis qui repererant confractum et in fornacem calcariam iniectum est. ex eo tempore in hunc usque diem pestis armenta boum per universam Romanorum dicionem infestare nunquam desiit.

Porro imperator uxoris instinctu Helenam matrem et sorores suas aula amovere et in palatium Antiochi relegare statuit. quod ubi resci-

P 645 δὲ τοῦτο ἡ Ἑλένη καὶ πρὸς θρήνους τραπεῖσα καὶ ἀρὰς ἐδυσώπησε
τὸν υἱόν, διευλαβηθέντα τὰς ἐξ αὐτῆς κατάρας. ἀλλ' αὕτη μὲν
ἐλάθη μένειν κατὰ χώραν, τὰς δ' ἀδελφὰς καταγαγὼν διὰ Ἰωάν-
νου καθηγεμόνος τῶν Στουδίου ἀπέκειρε μοναχάς. αἱ δὲ ἅμα τῇ
ὑποχωρήσει τούτου τὴν μοναχικὴν ἀποδυσάμεναι ἐσθῆτα ἐκρεωφά-
γουν. ἡ δὲ Ἑλένη τῇ τῶν θυγατέρων καταγωγῇ περιαλγήσασα,
καὶ μικρὸν ἐπιζήσασα χρόνον, τῇ κ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς
ε' ἰνδικτιῶνος ἀπεβίω, καὶ βασιλικῶς ἐκκομισθεῖσα ἐτάφη ἐν τῇ
λάρνακι τοῦ πατρός.

Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, προστα-
B χθεὶς ἐκ Κρήτης ἐπανελθεῖν οὐ συνεχωρήθη εἰσελθεῖν εἰς τὴν βα-
σιλεύουσαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐκελεύσθη παραγενέσθαι μετὰ
παντὸς τοῦ στρατοῦ. ἀναλαμβάνων γὰρ ἑαυτὸν ἐκ τῆς προτέρας
ἥττης ὁ Χαβδᾶν ἀναφέρειν ἤρξατο πάλιν, καὶ στρατὸν ἀξιόμαχον
ἠθροικὼς προσδόκιμος ἦν ἐπιθήσεσθαι τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσί τε
καὶ πράγμασιν. ἀλλ' ἐν Συρίᾳ γενόμενος ὁ Φωκᾶς, καὶ σταδαίᾳ
μάχῃ τοῦτον τρεψάμενος καὶ κατὰ κράτος ἡττήσας καὶ εἰς τὰ
ἐνδότερα τῆς Συρίας ἀπελάσας, τὴν πόλιν Βέρροιαν ἐξεπόρθησε
δίχα τῆς ἀκροπόλεως, καὶ πολὺν πλοῦτον λείαν καὶ αἰχμαλώτους
ἔλαβεν, ἐλευθερώσας καὶ τοὺς ἐκεῖσε δεσμίους κατεχομένους Χρι-
στιανοὺς καὶ ἐπ' οἴκου ἐκπέμψας.

C ιε' δὲ Μαρτίου μηνός, τῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος, ἐν ἔτει ,ϛυοα',

11 ἀπὸ C 15 εἰληφὼς C ἄρχουσί τε καὶ om C 19 λείαν om C 20 κατεχομένους δεσμίους C

vit Helena, ad quiritationes et exsecrationes conversa filium earum metu a proposito deterruit, estque permissum ei ut in palatio maneret. sorores tamen opera Ioannis, qui Studiani monasterii erat praefectus, abduxit imperator et monachas fecit; quae statim eo digresso vestem monasticam exuerunt et carnes manducarunt. Helena filias aula motas aegerrime tulit, neque diu supervixit, sed diem suum obiit die 20 Septembris, indictione 5. et regali funere elata in arcam patris est recondita.

Nicephorus autem Phocas Creta, uti diximus, iussus decedere ita est ut non liceret ei Cpolin inde redire: sed mandatum est ut cum omni exercitu in Orientem transiret. nam ab accepta clade se recolligens Chabdanus iam sese erigebat, coactoque ad pugnam idoneo exercitu, videbatur iamiam in Romanos moturus. eum Phocas, in Syriam ut venit, praelio superavit ac fudit, et in Syriam interiorem compulit; urbem Berrhoeam excepta arce evastavit, magnasque ibi opes, praedam locupletem et multos captivos abduxit, liberatis etiam et domum dimissis Christianis qui ibi captivi detenti fuerant.

Anno mundi 6471 mortuus est Romanus imperator, 15 die Martii

ἐτελεύτησε Ῥωμανὸς ὁ βασιλεύς, ἐτῶν ὑπάρχων κδ', βασιλεύσας ἔτη ιγ' μῆνας δ' καὶ ἡμέρας ε', ὡς μέν τινες, τὸ ἑαυτοῦ σαρκίον προκαταναλώσας ταῖς αἰσχίσταις καὶ φιληδόνοις πράξεσιν, ὡς δ' ἕτερος ἔχει λόγος, φαρμάκοις ἀναιρεθείς. διαδέχονται δὲ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος οἱ παῖδες αὐτοῦ σὺν Θεοφανοῖ τῇ μητρί, τεχθείσης αὐτῷ καὶ θυγατρὸς πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἣν Ἄνναν ὠνόμασαν. ἦν δὲ ὁ Ῥωμανὸς μέγας τὴν ἡλικίαν, εἰ καὶ ἐλάττων ἦν τοῦ πατρός, τὸ ἦθος ἥμερον ἔχων καὶ πρᾶον καὶ τὸ φρόνημα μέτριον. καίπερ δὲ νέος ὤν, ἀγχίνους ἦν καὶ ὀξὺς καὶ τὰ πολιτικὰ κυβερνᾶν ἱκανώτατος, εἴπερ D ἄρα συνεχωρεῖτο παρὰ τῶν θεραπόντων. ἀλλὰ τοῦτον οἱ οἰκειότατοι ταῖς τῆς νεότητος ἐκδεδωκότες ὁρμαῖς, ἵν' ἐκεῖνοι τὰ κοινὰ μετιόντες πλοῦτον ἄφατον ἀποθησαυρίσωσιν, ἀνενέργητον καὶ ἀνεπιτήδειον ἀπεφήναντο.

Ἀπριλλίῳ δὲ μηνί, τῆς αὐτῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος, εἴσεισιν ὁ Φωκᾶς Νικηφόρος τῇ τῆς δεσποίνης κελεύσει, τοῦ Ἰωσὴφ καθάπερ καὶ πάλαι κωλύοντος, ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Κρήτης λαφύρων καὶ τῆς Βερροίας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, κομίσας καὶ μέρος τι τοῦ ἱματίου τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὅπερ εὗρεν ἐν τῇ Βερροίᾳ ἐναποκείμενον. τοῦτον δὲ P 646 ἐδεδίει καὶ δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Βρίγγας· ἀλλ' ὑπούλως οὗτος ὑποκρινάμενος ἐξαπατῆσαι τοῦτον ἴσχυσε τρόπῳ τοιῷδε. ἕνα

3 αἰσχίστοις C 6 θεοφανὼ C 12 ἐκδεδώκασιν C 15 ϛ' om C 16 καθάπαξ καὶ πάλιν C 18 ἐν τῇ κρήτῃ C 20 ἀποκείμενον C 21 ὑπούλως ἔχειν ὑποκρινάμενος οὗτος C

mensis, indictione 6, annos natus 24. imperavit annos 3, menses 4, dies 5. mortis causam alii fuisse tradunt, quod luxuriosa et voluptatibus dedita vita corpusculum attrivisset: alii veneno exstinctum putant. imperium eius morte ad Basilium et Constantinum ipsius filios et eorum matrem Theophanonem rediit; quae biduo ante mortem mariti filiam quoque peperit, cui Annae nomen fecerunt. statura fuit Romanus magna, quanquam patre minor, ingenio placido ac mansueto, et mediocriter animatus; et quamvis erat iuvenis, satis illi tamen fuisset ingenii ac perspicaciae ad rem publicam gubernandam, si ei id per famulos licuisset, qui eum iuvenilibus cupiditatibus ac studiis deditum esse voluerunt, ut ipsi rem publicam tractantes ingentes corraderent opes; atque hac ratione eum ignavum et inertem redegerunt.

Eadem 6 indictione, mense Aprili, iussu Augustae Nicephorus Phocas Cpolin venit, Iosepho, ut et ante, ne hoc fieret obstante. duxit triumphum in Circo, inferens in eo Cretensia et Berrhoeensia spolia. attulit et partem quandam vestis Ioannis baptistae, quam Berrhoeae repositam invenerat. metuebat hunc Bringas et suspectum habebat: sed Nicephorus eum callide elusit hoc commento. Phocas

τινὰ τῶν ὑπασπιστῶν εἰληφὼς ὁ Φωκᾶς περὶ ὥραν ἀρίστου εἰς τὸν οἶκον ἄπεισι τοῦ Ἰωσήφ, καὶ κόψας τὴν θύραν ὅστις εἴη μηνύειν ἐκέλευσε τῷ θυρωρῷ. μηνύσαντος δὲ κελευσθεὶς ἐπείσεισι, καὶ κατ᾽ ἰδίαν παραλαβὼν τὸν Ἰωσὴφ δείκνυσιν αὐτῷ τρίχινον ἔνδυμα, ὅπερ ἔνδοθεν τῶν ἱματίων ἠμφίεστο, καὶ μεθ᾽ ὅρκων ἐπληροφόρησεν ὡς τὴν τῶν μοναχῶν ἀσπαζόμενος πολιτείαν B πάλαι ἂν περιεβάλετο τὸ σχῆμα καὶ τῶν βιωτικῶν ὑπεξήγαγεν ἑαυτὸν φροντίδων, εἰ μὴ ἐπέσχεν αὐτὸν ἡ τῶν βασιλέων προσπάθεια Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ, καὶ μέλλειν ὅσον οὔπω τὸν οἰκεῖον ἐκπληρῶσαι σκοπόν· καὶ μὴ μάτην ὑποπτεύεσθαι καθικέτευσε. τοῦτο θεασάμενος ὁ Ἰωσὴφ πίπτει εὐθέως πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, μετάνοιαν ἐκζητῶν, καὶ ὡς οὐ πιστεύσει τινὶ πληροφορῶν λέγοντί ποτε κατ᾽ αὐτοῦ. ὑφεωρᾶτο δὲ ὁ Βρίγγας καὶ Στέφανον τὸν βασιλέα, τοῖς ζῶσι μέχρι τότε συναριθμούμενον καὶ ἐξόριστον ἐν Μηθύμνῃ τυγχάνοντα, καὶ διὰ παντὸς ἐφρόντιζεν ὑπὸ ἀκριβεστέραν αὐτὸν εἶναι φυλακήν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος κατὰ τὴν C ἑορτὴν τοῦ μεγάλου σαββάτου τῶν θείων μετεσχηκὼς μυστηρίων αἰφνιδίως εὐθὺς τέθνηκε, μηδεμιᾶς προηγησαμένης αἰτίας, ἀλλὰ τῆς Θεοφανοῦς, εἰ καὶ πόρρωθεν κατῴκιστο, κατεργασαμένης αὐτόν.

Πέτρος δὲ ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεὺς τὴν εἰρήνην τάχα ἀνανεούμενος ἀποθανούσης τῆς αὐτοῦ γυναικός, σπονδὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἔθετο, ὁμήρους δοὺς καὶ τοὺς οἰκείους δύο υἱοὺς

1 ὁ φωκᾶς om C 7 πάλιν C 9 μέλλει C 14 μέχρι τότε τοῖς ζῶσι C 21 ἀρχηγὸς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ θανούσης τὴν C 23 θέμενος C

assumpto uno suorum stipatorum sub horam prandii ad domum Iosephi sese confert: pulsatis foribus ianitori mandat ut se adesse domino indicet. admissus Iosepho seorsim abducto indusium ex pilis contextum ostendit, iuramentoque confirmat se vitae monasticae cupidum iampridem fuisse: eam huius seculi curis repudiatis initurum, nisi fuisset studio et fide in Constantinum et Romanum sua impeditus. sed se paulo post desiderium suum impleturum. submisse contendere ab ipso ne frustra de se alienum aliquid suspicetur. hoc viso Bringas statim Phocae ad pedes accidit et veniam flagitavit, pollicitus nemini se quicquam de eo deferenti crediturum. metuebat etiam Stephanum Romani filium Iosephus, viventem etiamnum et Methymnae exsulantem; semperque cogitabat quomodo artiori eum custodia constringeret. verum Stephanus in festivitate magni sabbati divinis impertitus mysteriis subito vitam cum morte commutavit, nulla antegressa causa. sed nimirum Theophano eum, quanquam procul remotum, sustulit.

Per idem tempus Petrus Bulgarorum princeps, mortua sua uxore, renovandae pacis causa foedus cum imperatoribus icit, obsidesque dat

Βορίσην καὶ Ῥωμανόν· καὶ μετὰ μικρὸν ἀπεβίω. οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν Βουλγαρίᾳ ἐπέμφθησαν μετὰ ταῦτα ἐφ' ᾧ τῆς πατρῴας ἀντισχέσθαι βασιλείας, καὶ τοὺς κομητοπούλους ἀπείρξουσι τῆς πρόσω φορᾶς. Δαβὶδ γὰρ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουήλ, D ἑνὸς ὄντες παῖδες τῶν μέγα δυνηθέντων ἐν Βουλγαρίᾳ κομήτων, πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδον καὶ τὰ Βουλγάρων ἀνέσειον. καὶ ταῦτα μὲν συνηνέχθη ὧδε.

Ὁ δὲ Βρίγγας ὃν εἴπομεν τρόπον ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Νικηφόρου, καὶ τοῦτον ἐάσας οἴκαδε ἀπελθεῖν, μετεμέλετο, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο ὅτιπερ ἐντὸς ἀρκύων ἔχων τὸ θήραμα ἔλαθε τοῦτο φρενοβλαβῶς προηκάμενος. ἐμερίμνα γοῦν πῶς καὶ ποίᾳ μηχανῇ τῆς ἀπὸ τούτων ἀπολυθείη φροντίδος. καὶ ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελέστατον εἶναι πρὸς Ἰωάννην μάγιστρον γράψαι τὸν Τζιμισκῆν, ἄνδρα θυμοειδῆ καὶ δραστήριον ὄντα καὶ μετὰ τὸν Φωκᾶν ἐν τοῖς Ῥωμαίων ἐπισημότατον στρατηγοῖς, στρατηγὸν τηνικαῦτα τῶν ἀνατολικῶν ὑπάρχοντα, ἔτι δὲ πρὸς τὸν μάγιστρον Ῥωμανὸν τὸν Κουρκούαν, φανερώτατον καὶ ἐπίσημον καὶ αὐτὸν στρατηλάτην P 647 ὄντα τῆς ἀνατολῆς, γράμματα πέμψαι, καὶ φιλοτιμιῶν ὑποσχέσεσι καὶ δωρεῶν καὶ τιμῶν διεγεῖραι τούτους πρὸς καθαίρεσιν τοῦ Φωκᾶ. ἐγένοντο τὰ γράμματα, καὶ ὁ νοῦς τῶν γεγραμμένων ὑπῆρχεν οὗτος. εἰ διαναστάντες καθαιρήσουσι τὸν Φωκᾶν καὶ μοναχὸν ἀποκείρουσιν ἢ τρόπον ἄλλον ἐκ μέσου ποιήσουσι, τὴν μὲν τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς μεγίστην ἀρχὴν

1 βυρίσην C 3 κομητοπώλους C ἀπείρξω C 4 μωσῆς C 5 δυναμένων C 6 ἀνέστον C 8 τοῦ om C 12 ἔδοξεν οὖν C 14 τὸν om C 20 ἐγένετο C

filios suos Borisen et Romanum; ac paulo post moritur. filii eius in Bulgariam remittuntur, ut paternum imperium occupent et Cometopulorum impetum reprimant. nam Davidus Moses Aaron et Samuelus, filii cuiusdam in Bulgaria largiter potentis comitis, res novas moliebantur et Bulgaros concitabant. atque ita tunc res acta.

Interim Bringas a Nicephoro, ut exposuimus, deceptus, eumque domum suam abire passus, poenitentia duci, et inique ferre quod petitam praedam stulte ex ipsis cassibus dimisisset, soliciteque meditari qua arte quave machina metu, quem de eo conceperat, se liberaret. tandem maxime e re fore visum magistrum Ioannem Tzimiscem, virum animosum ac strenuum et secundum Phocam inter Romanos duces praecipuum, eo tempore Orientalium praefectum, itemque magistrum Romanum Curcuam, illustrem et ipsum Orientis ducem, per literas adversus Nicephorum Phocam excitare magnificis donorum et honorum pollicitationibus. sententia literarum haec erat. si Phocam opprimerent, et vel monachum facerent vel quocunque modo e medio tollerent, Ioannem

λήψεται ὁ Ἰωάννης, τὴν δὲ τοῦ δομεστίκου τῆς δύσεως ὁ Ῥωμανός. κομισθέντων οὖν τῶν γραμμάτων τοῖς δηλωθεῖσιν ἀνδράσιν, ἐπείπερ σχετικῶς ἐκεῖνοι εἶχον πρὸς τὸν Φωκᾶν, ὑπανα-
B γινώσκουσί τε αὐτῷ εὐθέως τὰ γράμματα, καὶ διαναστῆναι πρὸς ἀλκὴν τὸν Φωκᾶν καὶ γενναῖόν τι καὶ νεανικὸν ἐννοήσασθαι παρεκάλουν. ὀκνοῦντα δὲ καὶ ἀναδυόμενον καὶ αὐτοχείρως ἠπείλουν διαχειρίσασθαι. διὸ καὶ πρὸς τὸν τοῦ θανάτου ἀποδειλιάσας κίνδυνον τὴν πρόκλησιν ὑπεδέξατο. καὶ δευτέρᾳ τοῦ Ἰουλίου μηνός, τῆς αὐτῆς ς' ἰνδικτιῶνος, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἑῴᾳ στρατευμάτων ἁπάντων παρακεκινημένων ὑπὸ τοῦ Τζιμισκῆ Ῥωμαίων ἀναγορεύεται βασιλεύς.

Καὶ εἷς μὲν λόγος φέρεται οὕτως, ἕτερος δέ, ὁ καὶ δοκῶν ἀληθέστερος, ὡς πολὺν ὤδινε χρόνον τὴν τῆς βασιλείας ἐπιθυμίαν,
C καὶ οὐ τοσοῦτον αὐτὸν ὁ ταύτης ἔρως ἐξέφλεγεν ὅσον ὁ τῆς βασιλίδος Θεοφανοῦς, ἐντυχόντα τε αὐτῇ ὅτε τῇ βασιλευούσῃ διῆγε, καὶ πολλάκις πρὸς αὐτὴν ἐκπέμψαντα τὸν οἰκειότατον ὑπηρέτην αὐτοῦ Μιχαήλ. τοῦτο γὰρ καταφωράσας ὁ Βρίγγας ὑπόπτως διέκειτο πρὸς αὐτόν.

Τῆς τοίνυν ἀναρρήσεως αὐτοῦ φημισθείσης ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῶν πραγμάτων ἐν ταραχῇ καθεστώτων, ὁ τὴν φροντίδα τῶν ὅλων ἀνεζωσμένος Ἰωσὴφ ἠγωνία καὶ διηπορεῖτο σφοδρῶς ὅ τι καὶ δράσειεν, ὅτι μηδὲ τοῖς πολίταις εὔνους ἦν διὰ
D τὸ δυσέντευκτον. κατελθόντος δὲ ἐν Χρυσουπόλει μετὰ παντὸς

5 τὸν φωκᾶν om C 9 ἕω C 14 ἐξέφλεξεν P, ἔφλεγεν cod. Coislin. 135 17 αὐτῷ, omisso ὑπηρέτην, C 23 χρυσοπόλει C

fore domesticum scholarum Orientis, Romanum Occidentis. ii cum literas accepissent, Phocae eas, cui honeste cupiebant, recitant; hortanturque ut animum erigat ac fortiter rem magnam aggrediatur: tergiversantem suis se manibus, ni pareret, interfecturos minantur. ita demum Phocas periculo mortis territus assentit; et secunda die Iulii mensis, eadem indictione sexta, ab Orientalibus exercitibus omnibus a Tzimisca concitatis imperator Romanorum salutatur.

Fertur et alius hac de re, isque probabilior, sermo. iampridem eum cupiditate imperii, neque tamen tam huius quam Theophanus Augustae amore flagrasse, cum qua et collocutus fuerit cum in urbe ageret, et saepe ad eam Michaelum suorum famulorum fidissimum miserit; idque Bringam deprehendisse, et ob id suspiciones adversus eum concepisse.

Designatione Phocae Cpoli annuntiata, rebusque conturbatis, Iosephus, qui curam omnium rerum sustinebat, animi angebatur, neque satis inveniebat quid consilii sequeretur, cum ne cives quidem ei bene vellent, quibus se aditu difficilem praebere consuevisset. cum autem

τοῦ στρατοῦ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ μετ' εὐφημιῶν, ἐβουλεύσατο ὁ Βρίγγας βασιλέα τινὰ προβαλέσθαι, διὰ τούτου οἰόμενος τὸν τόνον ἐκλῦσαι τῆς ὁρμῆς τοῦ στρατοῦ. τέως δὲ τῆς ἀναρρήσεως, ὡς εἴπομεν, τοῦ Φωκᾶ γενομένης Βάρδας μὲν ὁ τούτου πατὴρ (ἔτυχε γὰρ ἐνδημῶν τῇ βασιλίδι) ἱκέτης εἰσέρχεται πρὸς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, Λέων δὲ ὁ ἐκείνου ἀδελφός, καίπερ φυλαττόμενος ἀκριβῶς, λαθὼν ἀπέδρα καὶ τῷ οἰκείῳ ἡνώθη ὁμαίμονι. οὗ γενομένου παρείθη τὴν ψυχὴν καὶ ἐν πάσῃ ἀμηχανίᾳ καὶ φόβῳ κατέστη ὁ Βρίγγας. ἦν γὰρ καὶ ἀνεπιτήδειος ἐν καιροῖς δυσκόλοις ὄχλον κολακεῦσαι καὶ καταδημαγωγῆσαι πλῆθος· δέον γὰρ προσηνέσι λόγοις καὶ θωπευτικοῖς τὴν τοῦ πλήθους καταμαλάξαι ὁρμήν, ὁ δὲ μᾶλλον ἐξετράχυνε καὶ ἠγρίωσε. πάντων γὰρ ἐν τῇ P 648 μεγάλῃ συντρεχόντων ἐκκλησίᾳ, αὐτὸς τὸ πλῆθος ἐκδειματῶν λόγους ἐπαφῆκεν ὑπερηφάνους τε καὶ τραχεῖς, "ἐγὼ" φήσας "καταπαύσω ὑμῶν τὴν ἰταμότητα καὶ ἀναισχυντίαν· ποιήσω γὰρ τὸν τοῦ νομίσματος ὠνουμένους σῖτον ἀποφέρεσθαι ἐν τῷ κόλπῳ."

Οὔπω παρῆλθεν ὁλόκληρος ἡμέρα ἀφ' οὗ τοῦτο εἴρηκε (κυριακὴ γὰρ ἦν, ἐννάτην ἄγοντος τοῦ Αὐγούστου μηνός), καὶ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Βασίλειος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως παρακοιμώμενος, δυσμενὴς καὶ ἔχθιστος ὢν τῷ Ἰωσήφ, τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις καὶ συγγενέσι τοὺς οἰκείους συμμίξας θεράπον- B

1 μετ' — 4 γενομένης om C 7 ἀδελφῷ ἡνώθη C 11 πρ. φωναῖς καὶ λόγοις θ. C 12 ὁρμὴν καὶ φοράν C 14 ἀφῆκεν C 15 ἀποφέρειν γὰρ ὑμᾶς ἐν τῷ κόλπῳ ποιήσω τὸν τοῦ νομίσματος σῖτον C 18 ὁλόκληρος om C 21 καὶ ἔχθιστος om C 22 μίξας C

Nicephorus universo exercitu faustis acclamationibus prosequente Chrysopolin venisset, de imperatore aliquo designando Iosephus cogitavit, ratus ea ratione se impetum militum retusurum. ad nuntium porro delati Phocae imperii huius pater Bardas, tum in urbe degens, supplex in magnum templum confugit: Leo autem frater Nicephori, tametsi accurate custodiebatur, tamen clam se subduxit et ad fratrem pervenit. his ita actis concidit animo Bringas, et in summis haesit difficultatibus. non enim aptus erat ad demulcendam periculosis temporibus multitudinem, sed ubi oportebat blandis sermonibus adulandoque eam demitigare, magis exasperabat atque irritabat. ita tum quoque omnibus in magnum templum concurrentibus, superbis atque asperis verbis populum ut perterreret, "ego" inquit "compescam vestram ferociam atque impudentiam: nam efficiam ut quod pro nomismate emitur frumenti, in sinu liceat portare." actum hoc die dominica, nona Augusti.

Vesperi huius ipsius diei Basilius Constantini imperatoris cubicularius intimus, Iosepho infensissimus, amicis ac propinquis suis suos ad-

τας κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως πέπομφεν εἰς τοὺς οἴκους τῶν
ἀντιπραττόντων αὐτῷ. καὶ ἀπὸ πρώτης ὥρας τῆς δευτέρας ἡμέ-
ρας μέχρις ἕκτης κατέστρεψαν καὶ ἐξηδάφισαν οἰκίας πλείστας
τῶν πολιτῶν, ὧν ἐπισημοτέρα ἦν ἡ τοῦ Ἰωσήφ· οὐ γὰρ μόνον
τῶν ἀντιβαίνειν δοκούντων ἐμφανῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ
καὶ πολλῶν ἄλλων εὐτελεστέρων, ὧν οὐκ ἀριθμητὸν ἦν τὸ πλῆ-
θος, κατεστράφησαν οἰκίαι· ᾧ γάρ ποτε διαφορὰ μετά τινος ἦν,
πλῆθος ἀτάκτων μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος μηδενὸς κωλύοντος τοῦ-
C τον ἠφάνιζε. πολλοὶ δ᾽ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀταξίᾳ καὶ ἄνθρωποι
ἐφονεύθησαν. ταῦτα δὲ ποιοῦντες ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πόλεως
λεωφόροις ἔν τε ταῖς ἀγοραῖς ἔν τε τοῖς στενωποῖς Νικηφόρον
ἀνευφήμουν Καλλίνικον. τοῦτο τὸ ἔργον ἐξάγει μὲν τῆς μεγάλης
ἐκκλησίας Βάρδαν τὸν πατέρα τοῦ Φωκᾶ, φυγάδα οἰκτρὸν καὶ
ὅσον οὐδέπω τὸν κίνδυνον ἐκδεχόμενον, τὸν δὲ Ἰωσὴφ τὸν παρα-
κοιμώμενον, τὸν πρὸ τούτου μεγάλα φυσῶντα καὶ ἐπαιρόμενον,
εἰς αὐτὴν ἀντεισάγει ἱκέτην ἐλεεινὸν καὶ ἀμφίβολον ἔχοντα τὴν
ἑαυτοῦ σωτηρίαν. οἱ δὲ περὶ τὸν παρακοιμώμενον Βασίλειον
τριήρεις κατασκευάσαντες καὶ τὸν βασιλικὸν εἰληφότες δρόμωνα
D μετὰ παντὸς τοῦ στόλου περαιοῦνται ἐν Χρυσουπόλει, καὶ τὸν Νι-
κηφόρον ἐκεῖθεν ἀναλαβόμενοι ἄγουσιν εἰς τὸ Ἕβδομον, αὐτόθεν
τε αὐτοί τε καὶ πᾶς ὁ δῆμος τῆς πόλεως μετ᾽ εὐφημιῶν καὶ κρό-
των καὶ σαλπίγγων καὶ κυμβάλων δημοσίας γενομένης προόδου

5 πολιτικῶν ἀνδρῶν καὶ ἐμφανῶν C 6 ἦν om C 9 στάσει C 12 καλλίνικον ἀνευφήμουν C μεγάλης om C 14 τὸν παρακοιμώμενον om C 15 πρὸ τοῦ φυσῶντα μεγάλα C 18 εἰληφότες τὸν βασιλικὸν δρόμωνα καὶ τριήρεις καταρτίσαντες C 19 στρατοῦ C χρυσοπόλει C

iungens famulos, per multas urbis partes dimittit in adversariorum domos. ii a prima diei Lunae hora usque ad sextam plurimas civium domos, interque has Iosephi vel praecipuam, solo aequaverunt. neque tantum illustrium et in re publica versantium aedes, eorum qui adversari videbantur, sed et tenuiorum innumerae diruebantur. et si cui olim aliquid cum altero discordiae intercessisset, is tum turbam incompositam secum trahens nemine obstante eum perdebat. multique in hoc tumultu etiam homines necati sunt. interim per urbis plateas fora ac angiportus Nicephorum Callinicum (praeclaris potitum victoriis) inclamabant. quae dum geruntur, Bardas e templo, in quod paulo ante supplex miserabiliter confugerat et extrema sibi imminere putarat, prodit; et Iosephus salutis suae tum incertus, qui modo ita inflate superbierat, in id miser atque deprecans subit. porro Basilius cubicularius cum suis triremes adornat, et imperatoria etiam celoce assumpta cum tota classe Chrysopolin traiiciunt, et Nicephorum inde ad Hebdomum, atque hinc omni multitudine urbana deducente cum faustis acclamationibus, plausibus, tubis ac cymbalis publica pompa per auream portam

διὰ τῆς χρυσῆς πόρτης εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλίδα. γενόμενοι δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Πολύευκτον παρεσκεύασαν τὸν πατριάρχην καὶ τῷ βασιλικῷ αὐτὸν ταινιῶσαι διαδήματι. στέφει οὖν τοῦτον ὁ Πολύευκτος ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ἡμέρα δὲ ἦν κυριακὴ ιϛʹ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἄγοντος, τῆς ϛʹ ἰνδικτιῶνος.

Ἀποστείλας δὲ τὸν μοναχὸν καὶ σύγκελλον Ἀντώνιον τὸν Στουδίτην τὴν Θεοφανὼ τῶν βασιλείων καταβιβάζει καὶ εἰς τὸ παλάτιον τοῦ Πετρίου ἐκπέμπει. μετ' ὀλίγον δὲ ἐξόριστον τίθησιν καὶ τὸν παρακοιμώμενον Ἰωσὴφ ἐν Παφλαγονίᾳ, καὶ αὖθις μετ' οὐ πολὺν χρόνον μεταβιβάζει ἔν τινι μοναστηρίῳ λεγομένῳ τοῦ P 649 Ἀσηκρῆτις, ἐν τοῖς Πυθίοις· ὃς ἐπὶ δύο ὅλους ἐκεῖσε ἐνδιατρίψας ἐνιαυτοὺς ἀπεβίω. χειροτονεῖ δὲ καὶ Βάρδαν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Καίσαρα. τῇ δὲ κʹ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, τὸ προσωπεῖον καὶ τὴν σκηνὴν ἀποθέμενος, ἄγεται νόμιμον γαμετὴν τὴν Θεοφανώ. τότε δὲ καὶ κρεῶν ἀπεγεύσατο, πρότερον ἀπεχόμενος κρεωδαισίας ἐξ ὅτου Βάρδας ὁ ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς ἀποτεχθεὶς αὐτῷ υἱός, ἱππαζόμενος ἐν τῷ πεδίῳ καὶ τῷ οἰκείῳ προσπαίζων ἀνεψιῷ τῷ Πλεύσῃ, μετὰ δόρατος βληθεὶς ἀκουσίως τέθνηκε. τοῦτο δὲ εἴτε ἐγκρατευόμενος ἐποίει εἴτε καὶ λαθεῖν τοὺς κρατοῦντας ὑποκρινόμενος, μόνος ἂν εἰδείη μετὰ θεὸν ἐκεῖνος. τοῦ γά- B

2 ἐκκλησίᾳ om C τὸν πατριάρχην καὶ om C 3 βασιλικῷ στέφει αὐτὸν ταινιῶσαι. ὁ γοῦν πολύευκτος τοῦτον ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στέφει C 8 καὶ — 9 ἐκπέμπει om C 12 ἀσηκρῆτες C ὃς ἐκεῖσε ἐνδιατρίψας ἐφ' ὅλους δύο C 16 κρεωδαισίας om C 17 ἀφ' C 18 παιδίῳ C καὶ τῷ οἰκείῳ om C 19 τῷ om C πλεύστῃ C ἀκουσίως om C 21 θεὸς ἂν εἰδείη C

in urbem ducunt. ut in magnum templum ventum est, Polyeuctus patriarcha ad hoc comparatus eum in suggesto imperatoria insignit corona, die dominico, Augusti decimo sexto, indictione sexta.

Post haec Nicephorus imperator Antonium Studitam monachum et syncellum mittit, qui aula Theophanonem educat et in palatium Petrii includat. paulo post Iosephum in Paphlagoniam relegat, et inde rursum, non longo interposito tempore, in monasterium in Pythiis quod a secretis dicitur, ubi is per duos annos tolerata vita obiit. Bardam quoque patrem suum Caesarem creat. vigesima Septembris die larva deposita uxorem duxit Theophanonem. tunc et carnes gustavit, a quibus hactenus abstinuerat ab eo tempore, quo Bardas ex priore coniuge filius ipsius, in campo equitans et cum patruele suo Pleusa ludens, hasta a nolente ictus periit. feceritne hoc abstinentiae causa, an ut sic imperatores sua concilia celaret, praeter ipsum solus novit deus. peractis

μου δὲ τελεσθέντος ἐν τῇ κατὰ τὸ παλάτιον νέᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐπείπερ ἤμελλεν εἴσοδος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ γενέσθαι, τῆς χειρὸς κατέχων αὐτὸν ὁ Πολύευκτος καὶ ταῖς ἱεραῖς ἐγγίσας κιγκλίσιν, εἴσεισι μὲν αὐτὸς εἰς τὰ ἄδυτα, ἐκεῖνον δ' ἐξώθησεν ὄπισθεν, ἐπειπὼν μὴ πρότερον συγχωρηθήσεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθεῖν, πρὶν ἂν δέξηται ἐπιτίμια δευτερογαμούντων. ἐλύπησε δὲ ἐν τούτῳ τὸν Νικηφόρον, καὶ οὐ διέλιπεν ἐγκοτῶν αὐτῷ μέχρι τῆς τελευτῆς. διεδέδοτο δὲ καὶ λόγος ἁπανταχοῦ, ὃς οὐ μικρῶς διετάραξε τὴν ἐκκλησίαν, ὅτιπερ ὁ Νικηφόρος ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος
C ἀνάδοχος ἐγένετο τῶν τῆς Θεοφανοῦς ἑνὸς παίδων. ταύτης δὲ τῆς φήμης ὡς εὐλόγου ἀφορμῆς δραξάμενος ὁ Πολύευκτος ἢ χωρισθῆναι αὐτὸν ἀπεμάχετο τῆς γυναικὸς κατὰ τὸν κανόνα ἢ τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρεῖν. ὃ δὴ καὶ πεποίηκε, τῆς Θεοφανοῦς ἐξεχόμενος. συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους ἐν τῇ πόλει καὶ τοὺς τῆς συγκλήτου λογάδας, σκέψιν περὶ τούτου προέθετο. πάντες δὲ οὗτοι τοῦ Κοπρωνύμου εἶναι τὸν νόμον ἔλεγον, καὶ δέον αὐτὸν μὴ φυλάττεσθαι ἔκριναν. τοῦτ' ἄρα καὶ λίβελλον
D ἀφέσεως ὑπογράψαντες τούτῳ ἐπιδεδώκασιν. ἔτι δ' ἀναβαλλόμενον τὸν Πολύευκτον κοινωνῆσαι τῷ βασιλεῖ ὁ Καῖσαρ ἐπληροφόρησεν ὡς οὐκ ἀνάδοχος γέγονεν. ἀλλὰ καὶ Στυλιανὸς ὁ πρωτοπαπᾶς τοῦ μεγάλου παλατίου, ἐξ οὗ πρῶτον ἐλέγετο ἡ τοιαύτη φήμη διαδραμεῖν, ἐνώπιον ἐλθὼν τῆς συνόδου καὶ τῆς συγκλήτου

1 ἐν τῇ νέᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀμφὶ τὸ παλάτιον C 4 αὐτὸς] ἐκεῖνος P τὸ ἄδυτον C 8 καὶ λόγος δὲ ἐφοίτα C 17 ταῦτ' C 21 πρώτη C

nuptiis in novo ad palatium templo, cum in sanctuarium esset intrandum, manu eum tenens Polyeuctus, ut ad sacros cancellos ventum est, ipse in adytum introit et imperatorem repellit, aitque non intromissum iri, priusquam poenas pro secundis nuptiis luisset. molestum hoc fuit Nicephoro, et ad finem usque vitae Polyeucto succensuit. didebatur etiam passim rumor, qui non exiguas in ecclesia turbas dedit, unum liberorum Theophanonis fuisse a Nicephoro e sacro baptismo susceptum. eum ut speciosam ansam arripiens Polyeuctus, imperatorem aut repudiare uxorem iuxta sacrae constitutionis praescriptum debere contendebat, aut ecclesia abstinere. atque hoc posterius fecit Nicephorus uxori deditus. et convocatis qui in urbe tum peregrini erant episcopis ac delectis senatoribus, rem eis deliberandam proposuit. ii omnes constitutionem eam Copronymi esse, eaque imperatorem non teneri, pronuntiaverunt; libellumque absolutionibus subscriptum a se ipsi dederunt. nihilominus tamen tergiversante patriarcha, et res sacras cum imperatore communes habere recusante, Caesar fidem fecit Nicephorum non fuisse susceptorem. sed et Stylianus pontificum palatinorum princeps (ipsi protopapam vocant), a quo emanasse iste rumor ferebatur, coram

ἐξωμόσατο μήτ' ἰδεῖν μήτε πρός τινας ἀνειπεῖν ὡς ἄρα Βάρδας ἢ Νικηφόρος ἀνάδοχος γένοιτο. ὁ δὲ Πολύευκτος καίπερ φανερῶς ἐπιορκοῦντα εἰδὼς τὸν Στυλιανόν, τὸ τῆς συντεκνίας συγκεχώρηκεν ἔγκλημα, καὶ ὁ πάλαι ἐνιστάμενος δευτερογαμίας ἐπιτίμιον ἐπιθεῖναι καὶ τὸ μέγα τοῦτο παρῆκεν ἁμάρτημα.

Νικηφόρος δὲ τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει ἐκπέμπει κατὰ τῶν ἐν Σικελίᾳ Σαρακηνῶν τὸν πατρίκιον Μανουὴλ καὶ νόθον υἱὸν πατραδέλφου αὐτοῦ Λέοντος, τοῦ χρηματίσαντος δομεστίκου P 650 τῶν σχολῶν καὶ ἐπὶ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος τυφλωθέντος, στρατὸν αὐτῷ δοὺς καὶ στόλον ἀξιόμαχον· ἀδοξίαν γὰρ ἐδόκει προστρίβεσθαι ἑαυτῷ, εἰ τούτου κρατοῦντος ἡ Ῥωμαίων βασιλεία δασμοφορεῖ τοῖς Σαρακηνοῖς. ἀλλ' ἀναγκαῖον εἰπεῖν ἐπιδραμόντας τίς ἡ πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς δασμοφορία, καὶ ὅθεν εἴληφε τὴν ἀρχήν. τῆς πόλεως γὰρ τῶν Συρακουσῶν ὑπὸ τῶν ἐν Ἀφρικῇ Σαρακηνῶν ἁλούσης ἐπὶ τῶν χρόνων Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος, καὶ τὴν ὅλην συνέβη νῆσον ὑπ' αὐτῶν κατασχεθῆναι καὶ τὰς αὐτῆς πόλεις κατασκαφῆναι, τῆς Πανόρμου μόνης περιποιηθείσης, B ἐξ ἧς ὡς ἔκ τινος ὁρμητηρίου ὁρμώμενοι οἱ Ἀγαρηνοὶ τὴν ἀντιπέραθεν γῆν ἐπεκτήσαντο. ἐκεῖθεν δὲ διαπορθμευόμενοι τὰς νήσους ἐδῄουν ἄχρι Πελοποννήσου, καὶ ὅσον οὔπω προσδόκιμοι παραστήσεσθαι ἦσαν. ἀμηχανῶν δὲ ὁ βασιλεὺς Βασίλειος, καὶ ἄξιον ὑπηρέτην ἀναζητῶν τῆς τοιαύτης ὑπηρεσίας, τὸν πατρίκιον ἔκρινε

4 ἐπιστάμενος C ἐπιτίμια C 19 ἐκτήσαντο C 21 δὲ] οὖν C

concilio et senatu iuravit se neque vidisse neque cuiquam dixisse quod vel Bardas vel Nicephorus esset factus susceptor. Polyeuctus ergo, tametsi peierare Stylianum certo sciebat, crimen compaternitatis omisit; et qui ante urgebat ut ob secundas nuptias poena infligeretur, ei quoque magno delicto ignovit.

Nicephorus anno imperii sui primo contra Saracenos Siciliam tenentes emittit cum classe et valido exercitu Manuelum patricium, spurium filium Leonis patrui sui, qui domesticus scholarum dictus a Romano seniore oculis fuerat orbatus: dedecori namque sibi fore iudicabat, si ipso imperante Romanum imperium tributa Saracenis solveret. res ipsa postulat ut exponamus, quid tributi Saracenis solverit Romanum imperium, atque unde ea res initium habuerit. cum Africani Saraceni Syracusas cepissent imperante Basilio Macedone, reliquas etiam urbes everterunt, tota insula potiti, solamque Panormum pro arce et receptaculo reliquerunt. inde profecti oppositam continentem occupaverunt, ulteriusque progressi insulas usque ad Peloponnesum omnes vastabant, iisque potituri etiam propediem credebantur. quae res cum graviter solicitum teneret Basilium, et is quaereret hominem huic ministerio ido-

Νικηφόρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν, ἐπωνυμίαν φέροντα τοῦ Φωκᾶ, ἀπό τινος τῶν προγόνων αὐτοῦ ἀριστεύσαντος. πάππος ὁ Νικηφόρος ἦν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου, ἀνὴρ γενναῖός τε καὶ συνετός, τὰ πρὸς θεόν τε εὐσεβὴς καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιος. C οὗτος μετά τινος στρατοῦ εἰς Ἰταλίαν περαιωθεὶς ἐντὸς ὀλίγου τοὺς Σαρακηνοὺς τῆς Ἰταλίας ἀπήλασε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡσυχάζειν ἠνάγκασε. τούτου τοῦ ἀνδρὸς καὶ ναὸν λέγεται δομήσασθαι τοὺς Ἰταλοὺς εἰς μνήμην ἄληστον τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς, οὐ διὰ τὴν ἐλευθερίαν μόνην ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἕτερον ἔργον ἀξιαφήγητον. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἐν τῷ μέλλειν οἴκαδε ὑποστρέφειν μετὰ τοῦ σφῶν στρατηγοῦ πολλοὺς τῶν Ἰταλῶν κατασχόντες ἔσπευδον δούλους εἰς τὴν περαίαν διαβιβάσαι· οὗ γνωσθέντος μηδὲν ὅλως εἰπὼν ὁ Νικηφόρος μηδ᾽ ὑπόνοιάν τινα δεδωκὼς πρὸ τοῦ ἐν Βρεντεσίῳ γενέσθαι (ἐκεῖθεν γὰρ ἔμελλον πρὸς τὴν Ἰλλυρίδα διαπερᾶν), ὡς ἐκεῖσε D ἐγένοντο, αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ ἕκαστον τῶν στρατιωτῶν ἐμβιβάζων τοῖς πλοίοις περᾶν παρεσκεύαζε, καὶ οὕτω τοὺς ἐγχωρίους εἴασε τὴν ἑαυτῶν χώραν ἀδεῶς κατοικεῖν. διετέλεσεν οὖν εἰρηνεύουσα ἡ Ἰταλία μέχρι τῶν χρόνων τοῦ πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου καὶ τῆς αὐτοῦ μητρός· ἐπ᾽ ἐκείνων δὲ πάλιν κινηθέντες οἱ Σαρακηνοὶ μηδενὸς κωλύοντος τὴν Ἰταλίαν κατέτρεχον. συνιδόντες οὖν οἱ κρατοῦντες ὡς οὐχ οἷοί τέ εἰσι πρός τε τοὺς ἑῴους Σαρακηνοὺς καὶ πρὸς τοὺς ἑσπερίους ἀντέχειν, ἤδη καὶ τῶν Βουλγάρων τὰς

8 τῆς ἀρετῆς ἐκείνου C 12 διαβιβάζειν. ὁ γοῦν νικηφόρος τοῦτο γνούς, μηδὲν ὅλως εἰπὼν C 14 ἐκεῖθεν] ἐκεῖσε C 15 τῶν στρατῶν ἕκαστον C

neum, Nicephorus placuit, patricius et domesticus scholarum, qui cognomen Phocae gerebat, quod quidam ipsius maiorum rebus praeclare gestis fuerat meritus. hic Nicephorus, Nicephori imperatoris avus, homo generosus prudens ac pius in deum et erga homines iustus, cum exercitu in Siciliam profectus brevi temporis spatio Italia Saracenos expulit, coegitque eos ut se in Sicilia continerent. ferunt Italos huic viro aedem posuisse ad perpetuam virtutis eius memoriam, non ideo tantum quod eos liberavisset, sed et ob aliud memorabile factum. etenim Romani domum cum ductore suo reversuri multos Italorum comprehenderant, quos volebant in servitutem secum abducere. re comperta Nicephorus, nihil dicens neque ullam suspicandi occasionem praebens, ut Brundusium est perventum (inde enim erant in Illyricum traiecturi), ipse unumquemque classiariorum singulatim in navim ingredi iussit et traiicere, atque sic Italos in Italia reliquit. pacata exinde fuit Italia usque ad imperium Constantini Porphyrogeniti et matris eius. tum rursum Saraceni insurgentes Italiam nemine prohibente infestarunt. et imperatores animadvertentes se non pares esse bello simul contra Orientales et contra Occidentales Saracenos gerendo, praesertim rupto

σπονδὰς λελυκότων, σπείσασθαι ἐγνώκεισαν μετὰ τῶν ἐν Σικελίᾳ Σαρακηνῶν. ἐγένοντο οὖν σύμφωνα δι' Εὐσταθίου τοῦ στρατηγοῦ Καλαβρίας, ἑνὸς ὄντος τῶν βασιλικῶν θαλαμηπόλων, ἐφ' ᾧ δασμὸν ἐτήσιον δίδοσθαι τοῖς Σαρακηνοῖς χρυσίου χιλιάδας κβ'. γενομένων δὲ τῶν σπονδῶν Ἰωάννην πατρίκιον τὸν ἐπίκλην Μου- P 651 *ζάλωνα στρατηγὸν τῆς Καλαβρίας προὐβάλοντο, ὃς φορτικῶς κατάρχων τῶν ἐγχωρίων ὑπ' αὐτῶν ἀπεσφάγη, προσχωρησάντων τῷ ῥηγὶ Λογγιβαρδίας Δανδούλφῳ, Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος ἄρτι τὰ σκῆπτρα κατέχοντος Ῥωμαίων. ὑφ' οὗ συμφέρον ἐνομίσθη στρατιώτας πεμφθῆναι μετὰ νεῶν, τὸ ἀπορραγὲν τῆς ὁλότητος μέρος ἐπανασώσασθαι. προσεπέμφθη δὲ Κοσμᾶς πατρίκιος Θεσσαλονικεύς, γνώριμος ὢν τῷ Δανδούλφῳ. καὶ περαιωθεὶς οὗτος εἰς Ἰταλίαν καὶ τῷ Δανδούλφῳ συμμίξας παρῄνει ἀποσχέσθαι τῆς χώρας Ῥωμαίων καὶ τῷ βασιλεῖ συμφιλιωθῆναι καὶ ἀντὶ πολεμίου* B *φίλον αὐτὸν ποιῆσαι καὶ σύμμαχον. ἀπαναινομένου δὲ τούτου τὸ πρῶτον, ὁ Κοσμᾶς ἀνὴρ φρόνιμος ὢν καὶ συνετὸς "ἐμοὶ μὲν" εἶπε πρὸς τὸν Δανδοῦλφον "χρέος ἦν τὰ σωτήρια συμβουλεῦσαι τῷ φίλῳ. εἰ δ' αὐτὸς πεισθῆναί μοι οὐ θέλεις τὰ λυσιτελῆ συμβουλεύοντι, τότε γνώσῃ τῆς ἀληθείας διαμαρτήσας κατὰ πολύ, ὅταν σεαυτόν τε καὶ τὸ ἔθνος ἅπαν τοῖς μεγίστοις ὑποβαλὼν κινδύνοις ἀπαγορεύσεις, μὴ δυνάμενος πρὸς οὕτω μεγάλην καὶ ἰσχυρὰν ἀντιτάττεσθαι δυναστείαν." συνεὶς οὖν ὁ Δανδοῦλφος τὰ*

2 *εὐσταθίαν* C 6 *προὐβάλλοντο* libri 8 *δουκὶ* C *λανδούλφῳ* C 10 *ἐκπεμφθῆναι* C 13 *ἐν Ἰταλίᾳ* C 20 *τοῖς* om C 22 *ἀντιτάσσεσθαι* C

iam etiam a Bulgaris foedere, pacem cum Siciliensibus Saracenis componere statuerunt. pactumque est, agente rem Eustathio Calabriae praefecto, uno de imperatoris cubiculariis, ut Saracenis darentur tributi nomine quotannis aureorum 22 milia. firmata pace Ioannem patricium cognomento Muzalonem Calabriae praefecerunt. is cum se imperiosius in subditos gereret, est ab iis interfectus, atque ii se dederunt Dandulpho regi Longibardiae, cum iam Romanus senior imperium occepisset. hic Romanus utile censuit ut missa classe pars imperii amissa recuperaretur. praemittit tamen Cosmam patricium Thessalonicensem, notum Dandulpho. is cum traiecisset in Italiam, cum Dandulpho collocutus hortatur ut a Romanorum dicione abstineat et cum imperatore foedus ineat, eumque pro hoste amicum potius sociumque sibi conciliet. Dandulpho primum renuente Cosmas, ut erat homo prudens, "mihi quidem" inquit "necesse erat homini amico suggerere consilium salutare. cui si tu parere non vis, experiere falsum animi te admodum fuisse, ubi te et nationem totam in summum adduxeris discrimen, et impar tam potentis imperii viribus subsistendis de rebus tuis desperaveris." Dan-

δέοντα συμβουλεύειν τὸν πατρίκιον, ἐδέξατο τὴν παραίνεσιν καὶ C ἐσπείσατο, νουθετήσας καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀποστάντων θεμάτων τῇ προτέρᾳ προσδραμεῖν ἀρχῇ καὶ τὸν σφῶν ἐπιγνῶναι βασιλέα, ὧν πεισθέντων εἰρήνη βαθεῖα πάλιν κατεῖχε τὰ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Λογγιβαρδίᾳ πράγματα.

Ὁ δὲ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸς Συμεὼν πολλὰ κατὰ Ῥωμαίων στήσας τρόπαια καὶ φρονηματισθεὶς ἐπὶ τούτοις καὶ τὴν Ῥωμαίων ὠνειροπόλει βασιλείαν. τοίνυν πρὸς Φατλοῦν τὸν δυνάστην τῶν Ἄφρων ἐκπέμψας προετρέπετο στόλον κατὰ τῆς βασιλίδος ἀναγαγεῖν, ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ αὐτὸς διὰ Θρᾴκης ἐλθεῖν πολὺν καὶ βαρὺν στρατὸν ἐπαγόμενος, καὶ γενομένων ὑφ' ἓν τῶν D στρατευμάτων διά τε γῆς καὶ θαλάσσης ἐκπολιορκῆσαι τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τὸν ταύτης πλοῦτον διανείμασθαι ἐπ' ἴσης, καὶ αὐτὸν μὲν ἐπ' οἴκου ὑπονοστῆσαι, τοῦτον δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει καταλιπεῖν. ἔλαθον οὖν οἱ Βούλγαροι πρὸς τὴν Ἀφρικὴν ἀποπλεύσαντες, καὶ δόξαντος τοῦ Συμεὼν ὠφέλιμα παραινεῖν εἰλήφασί τινας Σαρακηνοὺς ἐλλογίμους ὥστε ἐμπεδῶσαι τὰ δεδογμένα. ἐν τῷ ὑποστρέφειν δὲ περιπίπτουσι τοῖς Καλαβροῖς καὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀναπέμπονται μετὰ τῶν Σαρακηνῶν. οὓς ἰδὼν ὁ βασιλεὺς (Ῥωμανὸς δὲ ἦν ὁ γέρων) καὶ τὴν κοινοπραγίαν μαθὼν ἀκριβῶς, καὶ ὡς εἰ τοῦτο γένηται κατανοήσας οὐ μικραῖς φροντίσιν ὑποπεσεῖται, δεῖν ᾠήθη μεγαλοφροσύνῃ καὶ εὐεργεσίᾳ P 652 τοὺς Σαρακηνοὺς ἀναχαιτίσαι τῆς παρούσης ὁρμῆς. τοὺς μὲν οὖν

11 πολὺν καὶ om C   19 ἀποπέμπονται C

dulphus intelligens Cosmam recte monere, accipit consilium et foedus icit: hortatur etiam principes reliquarum quae defecerant provinciarum, ut ad priorem redeant statum suumque imperatorem agnoscant. his actis rursus in Italia ac Longibardia alta pax erat.

Interim Simeon Bulgarorum princeps animo elatus ob multas de Romanis reportatas victorias imperium quoque Romanum animo iam occupabat. mittit igitur legatos ad Phatlumum Afrorum principem, hortaturque ut classem ad Cpolin adducat. se eodem per Thraciam cum valido ac copioso exercitu accessurum: coniunctis viribus se urbem terra marique expugnaturos, et divitias eius aequis portionibus inter se divisuros, et Saracenis domum reversis se Cpolin retenturum. Bulgari missi clam in Africam navigant; et Saraceni, cum iudicarent Simeonem utiliter consulere, quosdam suorum primarios viros mittunt cum Bulgaris, qui pactum confirment. ea legatio in reditu a Calabris intercepta, et Bulgari Saracenique ii ab his Cpolin ad imperatorem Romanum senem missi. qui cum consilium illud hostium de societate coeunda percepisset, ac intelligeret, si id succederet, magnum rebus suis imminere periculum, existimavit sibi Saracenos magnificentia et beneficiis ab eo insti-

Βουλγάρους ἔθετο ἐν φυλακῇ, δώροις δὲ τοὺς Σαρακηνοὺς ἁδροῖς φιλοτιμησάμενος, ἔτι δὲ καὶ ξένια τῷ αὐτῶν ἐκπέμψας δεσπότῃ πολύτιμα, ἀπαθεῖς κακῶν ἐξαπέστειλε, φράζειν εἰπὼν τῷ κυρίῳ αὐτῶν ὡς οὕτως ἀμείβειν οἴδασιν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων τοὺς ἑαυτῶν πολεμίους. ἀπελογίσατο δὲ καὶ περὶ τῆς ἐτησίου δασμοφορίας, ὡς οὐκ ἀναβολῇ τοῦτο καὶ ὑπερθέσει ὑστέρησεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν τηνικαῦτα κατὰ τὸν τόπον ταραχήν. ἐπαναδραμόντων οὖν πρὸς τὸν οἰκεῖον δυνάστην τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἅ τε πάθοιεν πρὸς τοῦ βασιλέως διηγησαμένων καὶ τὰς εἰς αὐτοὺς φιλο- B φροσύνας ἐξυμνησάντων, ἀποδεδωκότων δὲ καὶ ἅπερ ἐπήγοντο πρὸς ἐκεῖνον δῶρα, ἡσθεὶς ὁ Φατλοὺμ ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσε, τῶν τε ὀφειλομένων αὐτῷ φόρων τὰ ἡμίση Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο καὶ ἀπὸ τῶν εἴκοσι καὶ δύο χιλιάδων τὰς ἕνδεκα ἐκκέκοφεν. ἐδίδοντο οὖν ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς τοῦ Νικηφόρου ἀναρρήσεως τοῖς Σαρακηνοῖς ταῦτα. ἀλλὰ σωφρονούντων μὲν ἀρχόντων καὶ δικαίων ταῖς χώραις τυγχανόντων, αὐτοί τε οἱ ἀρχόμενοι ἄλυπον ἦγον βίον καὶ ζωήν, καὶ ὁ δασμὸς ἀπεδίδοτο τοῖς Σαρακηνοῖς ἀπραγμόνως. ὁπηνίκα δ' ἡ ἀρχὴ ἀδίκοις καὶ πλεονέκταις ἐνεπιστεύετο, καὶ τὸ C ὑπήκοον ἐκακοῦτο καὶ αἱ πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς σπονδαὶ διεσείοντο. καὶ γὰρ δὴ παρὰ τοῦ πορφυρογεννήτου ὁ Κρηνίτης Χαλδίας τῆς Καλαβρίας γενόμενος στρατηγὸς τοὺς ἐν Ἀφρικῇ καὶ Σικελίᾳ Σαρακηνοὺς μέλλοντας ἄρδην ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τοῦ πολέμου τῶν ἐν Κυρήνῃ Σαρακηνῶν ἀπολωλέναι, δι' οἰκείαν

6 τούτου C 10 ἃ ἐπείγοντο C 12 δώρων C 13 τὰ P
15 τῆς χώρας τυγχανούσης C 16 βίον καὶ om C 21 χάλδος C

tuto esse detrahendos. ergo datis in custodiam Bulgaris, Saracenos splendidis donis afficit, missisque per eos etiam ipsorum principi xeniis illaesos dimittit, iubetque eos domino suo dicere, hoc modo imperatores Romanos suis hostibus paria referre. et de annua pensione se excusat, dilationem eius affirmans non studio sed ob tumultus tunc iis locis ortos factam. reversi ad suum principem Saraceni exponunt ut a Romano fuerint tractati, eiusque praedicata liberalitate dona ab eo missa offerunt. quae omnia ita fuerunt Phatlumo grata, ut tributi semissem Romanis dimitteret, hoc est, de 22 milibus undecim abscinderet. id tributi Saracenis ex eo tempore usque ad Nicephori designationem persolutum fuit. quoties in provinciis praefecti fuere moderati atque iusti, subditi quoque tranquillam egerunt vitam, et Saracenis placide est satisfactum. cum vero iniusti et avari praefecti essent interdum, ii et subditos vexabant et pacem cum Saracenis initam labefactabant. namque etiam sub Porphyrogenito Crenita Chaldiae in Calabria praefectus Saracenos Africanos ac Sicilienses, quibus ob penuriam et bellum a Cyrenensibus Saracenis illatum extrema imminebant, avaritia

πλεονεξίαν ἀνεκτήσατο καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα οὐ μετρίως ἐκάκωσε· πάσας γὰρ τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς εὐώνως ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων ὠνούμενος πολλοῦ τοῖς Σαρακηνοῖς ἐπίπρασκεν, ἀπραγμόνως παρέχουσι τὰς τιμὰς τῷ εὐπόρως ἔχειν χρυσίου διὰ τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ D καὶ τῶν πολέμων στενοχωρίαν. πλὴν ὁ μὲν Κρηνίτης ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς τά τε χρήματα ἀφῃρέθη μετ' αἰσχύνης καὶ καταγηράσας ἀπέθανε· κατὰ δὲ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν φυγάδας Καρχηδονίους αὐτομολήσαντας οἱ Ῥωμαῖοι ἐδέξαντο, οὓς οὐδαμῶς ἀπῄτουν οἱ Καρχηδόνιοι. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τὸν ἐτήσιον δασμὸν συνεχώρουν, δεδοικότες μή πως κωλύσωσιν οἱ Ῥωμαῖοι σκανδαλισθέντες τὴν τῶν ἐπιτηδείων ὠνὴν καὶ κινδυνεύσωσιν οὗτοι διαφθαρῆναι λιμῷ. ὕστερον δὲ τοῦ πολέμου διαλυθέντος τούς τε αὐτομόλους ἐζήτουν καὶ τὴν δασμοφορίαν. μηδενὸς δὲ παρέχοντος αὐτοῖς διέλυσαν τὴν εἰρήνην, καὶ περαιούμενοι καθ' ἑκάστην τὴν Καλαβρίαν ἐδῄουν. Κωνσταντῖνος τοίνυν ὁ βασιλεὺς μὴ θελήσας, ὥσπερ ὁ πενθερὸς αὐτοῦ, μειλιχίως ὑπελθεῖν τοὺς Σαρακηνοὺς καὶ τὴν εἰρήνην ἀνανεώσασθαι, ἀλλὰ πολέμῳ μᾶλλον κρῖναι τὰ πράγματα διανοηθείς, δύ-
Secundum haec imperator expeditionem facit contra eas urbes quae, uti docuimus, ab imperatore Nicephoro subactae bello et Romanis stipendiariae factae defecerant; et Damascum usque profectus nonnullas verbis, quasdam bello et vi recuperat, et omnibus rite constitutis iter domum versus instituit. eo in itinere cum Anazarbam Podandum et reliqua loca transiret, videretque obiter magnifica et fertilissima praedia, quaesivit ex iis qui aderant quinam horum essent domini. cumque responderetur omnia ea esse Basilii cubicularii intimi, partim nuper

σαι ἔναγχος παρὰ Νικηφόρου τοῦ βασιλέως, αὕτη δὲ παρὰ τοῦδε τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν, καὶ αὕτη παρὰ τοῦ δεῖνος, καὶ αὕτη καὶ αὕτη παρὰ σοῦ, καὶ τῷ Βασιλείῳ δεδώρηνται, οὐδὲν δὲ ὅτι καὶ λόγου ἄξιον εἶδεν ὑπολελειμμένον τῶν προσκτηθέντων τῷ δημοσίῳ, γενόμενος περιαλγὴς καὶ βύθιον στενάξας "δεινόν, ὦ παρόντες," ἔφη "εἰ τὰ δημόσια καταναλίσκονται χρήματα καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ταλαιπωροῦνται στρατεύματα καὶ οἱ βασιλεῖς ὑπερο- P 684 ρίους ἀναδέχονται κόπους, τὰ δὲ ἐκ τοσούτων προσκτώμενα μόχθων καὶ κόπων ἑνὸς εὐνούχου γίνονται κτῆμα." καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα, τῶν τις δὲ παρόντων τῷ Βασιλείῳ τὸν τοῦ βασιλέως λόγον διαπορθμεύσας ἀνηρέθισε πρὸς ὀργήν. καὶ ἔκτοτε εὐκαιρίαν ἐζήτει τὸν βασιλέα ἀποσκευάσασθαι. θωπείαις οὖν ὑπελθών ποτε καὶ δώροις ἐξαπατήσας τὸν ἐγχεῖν εἰωθότα τὸν οἶνον τῷ βασιλεῖ, καὶ δηλητήριον κερασάμενος οὐ τῶν δραστικωτάτων καὶ ταχὺν ἐπιφερόντων τὸν κίνδυνον, ἀλλὰ τῶν σχολαίως καὶ κατὰ μικρὸν ἀναλισκόντων τὴν τοῦ πεπωκότος δύναμιν, κεράννυσι τῷ βασιλεῖ. καὶ πιὼν καὶ κατ' ὀλίγον νοσηλευόμενος καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως ἀποπίπτων, τελευταῖον δὲ καὶ τοὺς ὤμους ἀνθρακιάσας, B αἵματος πολλοῦ ῥυέντος αὐτῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, εἰσελθὼν ἐν τῇ βασιλίδι κατέλυσε τὴν ζωήν, βασιλεύσας ἔτη ϛ' τοσούτους τε μῆνας καὶ πρός, διαδόχους καταλιπὼν τῆς βασιλείας Βασίλειον καὶ Κωνσταντῖνον τοὺς παῖδας τοῦ Ῥωμανοῦ.

3 δεδώρηται C 8 δὲ προσκτηθέντα ἐκ τῶν τοιούτων μόχθων C 22 post Ῥωμανοῦ C: τὴν δὲ ἰδέαν τοιόσδε τις ἦν, λευκὸς μὲν τὴν ὄψιν καὶ εὔχρους, τὴν κόμην φέρων ξανθὴν καὶ ἀραιάν,

Romano imperio adiecta a Nicephoro imperatore, partim ab hoc, partim ab alio scholarum domestico, quaedam ab ipso Tzimisca, atque ea omnia Basilio donata, nihil memoratu dignum videns relictum rei publicae de tam multis ei acquisitis bonis, gravi correptus dolore et gemitu ex imo pectore ducto "pro indignam" ait "rem, comites, publicas insumi pecunias, Romanos exercitus aerumnas exantlare, imperatores extra sui imperii fines labores tolerare, et tamen quidquid tot laboribus atque molestiis conficitur, id omne in unius venire spadonis possessionem." hunc imperatoris sermonem quidam ad Basilium detulit. quo ille irritatus ex eo tempore occasionem quaesivit imperatoris tollendi. itaque eum qui minister a poculis imperatori erat, aliquando blanditiis et muneribus corrumpit, eiusque opera venenum non vehementissimi generis et quod statim necaret, sed quod sensim vires haurientis exstingueret, imperatori propinat. quo is epoto paulatim contabescens et viribus deficiens, tandem etiam carbunculis per humeros exortis, multo per oculos effluente sanguine, Cpolin reversus vivendi finem fecit, imperio Basilio et Constantino Romani filiis relicto. imperavit annos 6 totidemque menses et paulo amplius.

Τὸ μὲν οὖν Ἰωάννου τέλος τὸν εἰρημένον συνηνέχθη τρόπον, τὸ δὲ τῆς βασιλείας κράτος εἰς Βασίλειον μετήχθη καὶ Κωνσταντῖνον τοὺς υἱοὺς Ῥωμανοῦ, κατὰ τὸ ,ϛυπδʹ ἔτος, ἰνδικτιῶνος δʹ, μηνὶ Δεκεμβρίῳ· ὧν ὁ μὲν Βασίλειος τὸν κʹ ἤνυε τῆς ἡλικίας χρόνον, ἔτεσι δὲ τρισὶ τούτου νεώτερος ἦν ὁ Κωνσταντῖνος. σχῆμα
C μὲν οὖν καὶ ὄνομα μόνον τοῖς βασιλεῦσι περιετέθειτο, ἡ δὲ μεταχείρησις τῶν πραγμάτων παρὰ τοῦ προέδρου ἐνηργεῖτο Βασιλείου διὰ τὸ νεάζον τῆς ἡλικίας τῶν βασιλέων καὶ ἁπαλὸν καὶ μήπω βεβηκὸς τοῦ φρονήματος. ὃς ἅμα τε περιῆλθεν εἰς τοὺς παῖδας τοῦ Ῥωμανοῦ τὸ κράτος, καὶ ἅμα ταχυδρόμους ἐκπέμψας ἄγει τὴν αὐτῶν μητέρα ἀπὸ τῆς ὑπερορίας εἰς τὰ βασίλεια. δεδιὼς δὲ καὶ τὰς κατὰ τῆς βασιλείας ἐπαναστάσεις, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Βάρδαν μάγιστρον τὸν Σκληρόν, ἀεὶ τῇ βασιλείᾳ ἐφεδρεύοντα καὶ

ἐπιμέτωπον. ὀφθαλμοὶ τούτῳ ἀνδρώδεις καὶ χαροποί, ῥὶς λεπτή τε καὶ σύμμετρος, γένυς ἡ ἄνωθεν πυρρὴ καὶ εἰς πλαίσιον καθειμένη παρὰ τὸ μέτριον, ἡ δὲ κάτωθεν μεμετρημένη, ὡς τὸ εἰκός, καὶ μήτι ἐνδεῶς ἔχουσα. τὴν δὲ ἡλικίαν βραχύς τις ἦν, εἰ καὶ στερνον εὐρὺ καὶ μετάφρενον εἶχε. γιγαντώδης δὲ τούτῳ ἐνῆν ἰσχύς, καὶ ταῖς χερσὶν εὐαγωγία καὶ ἀλκή τις ἀκαταγώνιστος· ἡρωϊκὴ γὰρ αὐτῷ ψυχὴ ἀνεκέκρατο, ἀδεής τε καὶ ἀκατάπληκτος, ἐν οὕτω βραχεῖ σώματι ἀποδεδειγμένη τόλμαν ὑπερφυῆ. ἐς ὅλην γὰρ φάλαγγα οὐκ ἀπεδειλία μόνος ὁρμᾶν, πλείστους τε κατακαίνων ἀπτέρῳ τάχει πρὸς τοὺς οἰκείους διανέκαμπτεν. ἐν ἅλμασι δὲ καὶ σφαιρισμοῖς καὶ ἀκοντισμοῖς καὶ τόξων ἐντάσει καὶ βολαῖς πάντων κατευμεγέθει τῶν τότε. ἵππους τε τέσσαρας κέλητας ἱστὰς στοιχηδὸν τοῦ θατέρου μέρους καθαλλόμενος ἐπὶ τὸν πέμπτον ὥς τις πτηνὸς ἐφίζανε. βέλος τε ἀφιεὶς διὰ δακτυλίου ὀπῆς τοῦ σκοποῦ κατεστοχάζετο. σφαῖράν τε ἐκ σκότους κατειργασμένην ἐν πυθμέσιν ὑελίνου σκύφους τιθείς, τὸν ἵππον μύωπι κεντρίζων θαμὰ καὶ τὸν δρόμον ἐπιταχύνων, ῥάβδῳ παίων τὴν σφαῖραν αὐτὴν μὲν ἀναθρώσκειν καὶ πέτεσθαι κατειργάζετο, τὸ δὲ σκύφος ἐπὶ χώρας ἔμενεν ἀμετακίνητον. μεγαλόδωρός τε ἦν καὶ φιλοδωρότατος, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν αἰτησάμενος ἀπῆλθεν κενός, εἰ μὴ Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος ἐπεῖχεν αὐτόν. ἐλάττωμα δὲ τούτῳ προσῆν ὅτι τε περὶ πότους ἔστιν ὅτε παρὰ τὸ προσῆκον ἐκώμαζε καὶ περὶ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς διεπτόητο. ἦν δὲ ὅτε ἐβασίλευσεν ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ πέντε, θνήσκει δὲ ζήσας τὰ πάντα ἔτη πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνί. 1 οὖν om C 4 μηνὸς δεκεμβρίου C 8 καὶ ἁπαλὸν τῶν βασιλέων C 10 πέμψας C

Anno mundi 5484, indictione quarta, mense Decembri, Basilius et Constantinus Romani filii imperium iniverunt. annum aetatis vigesimum Basilius tum agebat: triennio iunior erat Constantinus. atque hi quidem nomen et figuram imperatorum gerebant: omnium rerum penes Basilium praesidem interim administratio erat, iis adhuc et aetate et prudentia minoribus. is praeses, simulatque ad hos adolescentes summa rerum devoluta est, matrem eorum celoce ab exsilio revocat. solicitus porro ne quis alius imperium invaderet, ac maxime omnium Bardam Sclerum

διὰ παντὸς τὴν ἀποστασίαν ὠδίνοντα (ἑάλω γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἐπιβουλεύων, καὶ καταδικασθεὶς ἐξορυχθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξερρύσθη παρ' αὐτοῦ τῆς ποινῆς), τοῦτον μάλιστα D δεδοικὼς πᾶσαν τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν ἐγκεχειρισμένον καὶ ὅπῃ καὶ βούλοιτο ῥᾳδίως ἄγοντα καὶ μετακυβεύοντα (ἦν γὰρ στρατηλάτης προβεβλημένος πάσης ἀνατολῆς) συμφέρον εἶναι τῇ βασιλείᾳ καὶ ἀσφαλὲς ἐνόμισε τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως ἀκρωτηριάσαι καὶ ἀσθενέστερον αὐτὸν ἀποφήνασθαι πρὸς τὴν ὑποπτευομένην ἀποστασίαν. καὶ γοῦν καὶ παραλύει τοῦτον τῆς τοῦ στρατηλάτου ἀρχῆς, δοῦκα δὲ ἀποδείκνυσι τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ταγμάτων, ἐπαγρυπνεῖν κελεύσας τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν φυλάττοντα. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ εἰς Μιχαὴλ τὸν Βούρτζην ὕποπτον ὄντα ἐμηχανήσατο, διαστῆσαι τοῦτον τῆς τοῦ Σκληροῦ ἑταιρείας σπουδάσας (συνῆν γὰρ καὶ οὗτος αὐτῷ τάγματός τινος κατάρχων στρατιωτικοῦ)· ὅνπερ τῷ τῶν μαγίστρων τιμήσας ἀξιώματι δοῦκα τῆς παρὰ τῷ Ὀρόντῃ Ἀντιοχείας προβάλλεται. P 685 ἔφορον δὲ καὶ ἐπιστάτην τῶν ἑῴων ἀποδείκνυσι πάντων ταγμάτων τὸν πατρίκιον Πέτρον τὸν τοῦ Φωκᾶ δοῦλον, στρατοπεδάρχην αὐτὸν ὀνομάσας, τομίαν μὲν ἄνθρωπον, δραστήριον δ' ἄλλως καὶ τὰ πολεμικὰ ἐμπειρότατον. τοῦτο δὲ τὸν Σκληρὸν σφόδρα ἐλύπησεν, ὡς μηδὲ παρ' ἑαυτῷ δυνηθῆναι συγκαλύψαι τὴν ἀνίαν μεγαλοψύχως, ἀλλ' ἐπεγκαλέσαι καὶ προσονειδίσαι,

6 προβεβλημένος om C 7 ἀσφαλῆ C 9 οὖν C 11 κελ. καὶ φυλάττειν τὰς ἐκδρομὰς τῶν σαρακηνῶν C 14 ἑταιρίας C 16 ὀρόντι C 20 ἐμπυρότατον C δὲ om C

metuens (namque is ei semper inhiaverat, et Tzimisca imperante tyrannidis attentatae convictus oculis multatus fuisset, nisi eum ipse poenae eripuisset), hunc ergo maxime suspectum habens, ut cui tunc universae copiae commissae essent, facileque eas qua vellet impellere posset utpote totius Orientis dux designatus, ex usu rei publicae fore et ad imperium communiendum facturum iudicavit, si eius potentiam accideret ipsumque eo infirmiorem ad res novas tentandas redigeret. itaque ei Orientis praefecturam adimit ducemque constituit Mesopotamiae, ac mandat ut diligenter adversus Saracenorum excursiones excubet. eodem modo Michaelem quoque Burtzam sibi suspectum tractat; quem ut a Duri (nam ei aderat cuiusdam cohortis ductor) societate avelleret, ad magistri evectum dignitatem ducem Antiocheae ad Orontem sitae constituit. inspectionem atque imperium in omnes orientales copias Petro defert patricio, Phocae olim famulo, eumque exercituum praefectum nominat, castratum quidem, sed strenuum ceteroqui et rei bellicae peritissimum. indigne autem id tulit Durus, adeo ut ne apud se quidem magno animo occultam retinere eam potuerit aegritudinem, sed invectus

εἰ ἀντὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γενομένων ἀνδραγαθημάτων τε καὶ τροπαίων τοιαύτας ἀντιλαμβάνει τὰς ἀμοιβάς, ἐπὶ τὸ χεῖρον προκόπτων, κἂν ὀλίγον ἢ οὐδὲν τῷ παρακοιμωμένῳ ἐμέλησεν, B ἀγαπᾶν εἰπόντι τοῖς δεδομένοις καὶ μὴ ἐπέκεινα πολυπραγμονεῖν, εἰ μή που μέλλει ἀντὶ ἄρχοντος οἰκουρὸς ἔσεσθαι τῆς ἰδίας οἰκίας.

Τούτων δὲ οὕτως οἰκονομηθέντων τῷ παρακοιμωμένῳ ἀπάρας ὁ Βάρδας τῆς βασιλίδος σὺν τάχει πολλῷ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ καταλαμβάνει ἀρχήν. ἐν δὲ ταῖς προηγησαμέναις στρατηγίαις ἐμβριθὴς πολλάκις φανεὶς καὶ δραστήριος, καὶ ὑπὸ παντὸς ὡς ἔπος εἰπεῖν τοῦ στρατοῦ φιληθείς, καὶ πρὸς πολλοὺς οὓς ἐθάρρει τὸ τῆς μελέτης παραγυμνώσας μυστήριον, καὶ μᾶλλον τῷ τάγματι τῶν στρατηλατῶν, ἄρτι τε καιρὸν οἰηθεὶς ἐπιτήδειον εἰς τὸ ἀνακαλύψαι τὸ σπουδαζόμενον, μετὰ τῶν ἐπιτηδείων σκεψάμενος, ἣν ἐκ μακρῶν ὤδινεν ἀποτίκτει ἀποστασίαν, καὶ κατὰ τῶν C βασιλέων καὶ τῶν ὁμοφύλων αἴρει τὰ ὅπλα. εὐθὺς οὖν Ἄνθην τινὰ τοὔνομα, Ἀλυάτην τὴν προσηγορίαν, τὰ μάλιστα ὄντα αὐτῷ τῶν δραστικωτάτων ὑπηρετῶν, ἐς τὴν βασιλίδα πέμπει, ὅπως, εἰ δύναιτο, Ῥωμανὸν τὸν ἑαυτοῦ κλέψας υἱὸν (ἔτυχε γὰρ ἐνδημῶν τῇ βασιλευούσῃ) πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται. ὁ δὲ γενόμενος ἐν τῇ πόλει, καὶ πάντα τρόπον λαθεῖν ἐπειγόμενος, φήμας οὐ καλὰς κατὰ τοῦ Σκληροῦ ἐνέσπειρε, δι᾽ ὧν λαθεῖν τε ἠδυνήθη ἀνύποπτος φανεὶς καὶ τὸν Ῥωμανὸν ἀποκλέψας πρὸς τὸν Σκληρὸν ἀγαγεῖν. ὁ Βάρ-

verbis in auctorem contumeliosis sit, qui ipsum pro rerum praeclare gestarum victoriarumque partarum mercede ab equis (quod aiunt) ad asinos detruderet. sed praeses ista vel parum vel nihil curavit, contentum eum esse iubens iis quae dabantur neque ulterius quicquam tentare, nisi si vellet amisso magistratu privatus in domum suam concludi.

His ita a praeside constitutis Bardas Durus celerrime in suam provinciam proficiscitur. et cum superioribus temporibus gestis magistratibus gravitatem atque efficacitatem suam saepenumero declarasset, neque fere quisquam in exercitu eum non amaret, ad haec iam ante haud paucis quibus fidebat arcanum suum per ambages ostendisset propositum, praecipue ducibus militum, tunc se tempus ratus opportunum habere eius vulgandi, re cum necessariis communicata, id quod diu parturierat imperii obtinendi studium tandem in lucem edit, armaque contra imperatores et populares suos capit. illico Anthem, cognomine Alyatam, ministrorum suorum maxime industrium, Cpolin mittit, qui filium Bardam Romanum tunc in urbe degentem ad se, modo id fieri posset, adduceret. Anthes cum eo venisset, omnia ne deprehenderetur commentus, sinistros de Duro rumores spargendo omni se suspicione eius quod moliebatur liberavit: itaque nemine observante Romanum suffuratus ex urbe ad patrem perduxit. tunc demum Durus in apertum

δας δὲ τὸ βουλευθὲν εἰς τοὐμφανὲς ἤδη ἐκρήξας διάδημά τε περιβάλλεται καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας ἀναλαμβάνει παράσημα, καὶ ὑπὸ παντὸς τοῦ συνόντος στρατοῦ Ῥωμαίων ἀναγορεύεται βασι- D λεύς, τῶν Ἀρμενίων καταρξάντων τῆς εὐφημίας. ἐπεὶ δὲ τῷ τοιοῦτον ἀναρρίψαντι κύβον χρημάτων δεῖν πολλῶν ἠπίστατο, ὧν ἄνευ οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων, καθά πού φησιν ὁ ῥήτωρ, πρὸς συλλογὴν τούτων παραχρῆμα ἐτρέπετο, τούς τε τῶν δημοσίων πράκτορας φόρων κατέχων καὶ τὰ κοινὰ εἰσπραττόμενος χρήματα, καὶ τοὺς ἄλλως ὑπόνοιαν παρέχοντας πλούτου συλλαμβάνων τε καὶ τιμωρῶν, ἐνίων δὲ καὶ αὐθαιρέτως προσαγόντων τὸν ἑαυτῶν βίον ἐλπίδι τοῦ ἀπολήψεσθαι μείζονα· καὶ οὕτως ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ πλῆθος χρημάτων συνάγει πολύ. φρούριόν τε P 686 κατασχὼν ἐρυμνὸν τὸ λεγόμενον Χάρποτε, ἐν Μεσοποταμίᾳ κείμενον, καὶ παντοίως ἀσφαλισάμενος καὶ φυλακὴν ἐπιστήσας τὴν ἐξαρκοῦσαν, ἐν τούτῳ τὰ συναγόμενα ἀπετίθει χρήματα, καὶ ὁρμητήριον ἐξ ἀποτυχίας καὶ λιμένα σωτηρίας ἔχειν ἐταμιεύετο. καὶ πρὸς τοὺς γειτονοῦντας Σαρακηνούς, τόν τε τῆς Ἀμίδης ἀμηρᾶν Ἀποτούλφ, ἥτις Ἔμετ καλεῖται, καὶ τὸν τῆς Μαρτυροπόλεως Ἀποτάγλε, ἥντινα Μιεφερκὶν ὀνομάζουσι, πίστεις δοὺς καὶ λαβών, καὶ μετ' αὐτῶν κηδεύσας καὶ διὰ τοῦ κήδους τὰ τῆς φιλίας ἀσφαλισάμενος, χρήματά τε λαμβάνει πολλὰ καὶ συμμαχικὸν Ἄραβας ἱππότας τ'. τῆς φήμης δὲ πανταχοῦ διαδραμούσης συνέρρεον B πρὸς αὐτὸν ὁπόσοι νεωτέροις χαίρουσι πράγμασιν. ἤδη δὲ τοῦ

5 ἀναρρίψαντα C 13 χάρπετε C 14 καὶ παντοίως ἀσφαλισάμενος om C 17 ἄμιδης C 19 μιεφερκεὶμ C

protulit sua consilia, et diademate reliquisque imperii signis sumptis ab omni suo exercitu est salutatus imperator, primoque omnium ab Armeniis. exinde ad cogendam pecuniam (neque enim illud Demosthenis ignorabat, sine hac nihil recte geri posse, praesertim vero cui de tanta re iacta esset alea) illico conversus publicanos comprehendit, ab iisque pecuniam publicam extorsit; alios, qui divites putabantur, captos pecunia emunxit: quidam ultro, spe maiora recipiendi, suas facultates ei obtulerunt. ita exiguo temporis spatio ingentem vim pecuniae coegit. proinde in Mesopotamia castellum validum occupat, cui nomen Charpote; quod cum undique communivisset et praesidio sufficienti armasset, eo pecuniam congestam deponit; quod ipsum etiam rebus adversis ipsi pro portu (quod aiunt) in quem se tuto reciperet, fore sperabat. quin et cum vicinis Saracenis data acceptaque fide pacta iniit, eaque nuptiis contractis firmavit, nempe cum amera Amidae (ipsi Emet vocant) Apotulpho et amera Martyropolis (ea ipsis Miepherkin dicitur) Apotagle; ab iisque cum pecuniae multum tum Arabes equites trecentos auxiliares accepit. fama huius rei late dissipata confluxerunt ad eum multi alii, qui rebus novis gaudebant. iam aestas appetierat, cum Bardas cum

θέρους ἐπιγενομένου ἄρας παντὶ τῷ στρατῷ ἠπείγετο πρὸς τὴν βασιλεύουσαν, μεστὸς ἐλπίδων καὶ μονονοὺ τοῖς βασιλείοις καθῆσθαι δοκῶν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐθράσυνεν αὐτὸν καὶ τολμηρότερον ἐτίθει πρὸς τὸ ἐγχείρημα μοναχοῦ τινὸς ἀρετῆς ἀντιποιουμένου ὄψις νυκτερινή. ἐδόκει γὰρ οὗτος ἰδεῖν ἄνδρας πυρίνους, οἵτινες τὸν Βάρδαν λαβόντες ἀνάγουσιν εἴς τινα ὑψηλοτάτην περιωπήν· C ἐντυχεῖν δ' ἐν αὐτῇ γυναικὶ ἀνθρωπίνης ὄψεως στερροτέρᾳ, καὶ τὴν μάστιγα αὐτῷ ἐπιδοῦναι βασιλικήν. ταύτην τὴν μάστιγα ὁ μὲν Βάρδας σύμβολον ἐλογίζετο βασιλείας, ἦν δὲ ἄρα ἡ πρὸς Ῥωμαίους ὀργὴ τοῦ θεοῦ.

Ἄρτι δὲ τῆς φήμης καὶ τὴν βασιλίδα καταλαβούσης, οἱ βασιλεῖς τε ἐν ἀγωνίᾳ καθίσταντο, καὶ ἀθυμία κατέσχε τὸ νουνεχὲς τοῦ πολιτεύματος καὶ ἀκέραιον, μόνους δὲ ηὔφρανε τοὺς ὅσοι ταῖς ἐναλλαγαῖς ἥδονται τῶν πραγμάτων καὶ χαίρουσι ταῖς λεηλασίαις. ταχύ τε οὖν γράμματα πρὸς τὸν στρατοπεδάρχην ἐγένοντο Πέτρον, καὶ ταχὺ τὸ ὑγιαῖνον τοῦ στρατοῦ μέρος ἠθροίζετο εἰς Καισάρειαν. D ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ὁ σύγκελλος Στέφανος καὶ τῆς Νικομηδείας πρόεδρος, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ διαβόητος καὶ πειθοῖ μαλάξαι ἱκανὸς γνώμην σκληρὰν καὶ ἀτίθασσον, πρέσβυς εἰς τὸν Σκληρὸν ἀποστέλλεται, εἴ πως δυνηθῇ πεῖσαι τοῦτον ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα. ἀλλ' οὗτος πρὸς ἓν ἔχων τὴν διάνοιαν τεταμένην, τὴν τῆς βασιλείας ὄρεξιν, ἐλθόντα πρὸς αὐτὸν καὶ

6 ἄγουσιν C 8 βασιλικόν C 9 τῆς βασιλείας C
12 κατεῖχε C 13 τῆς πολιτείας C ηὔφραινε C

omnibus suis copiis versus Cpolin iter instituit, plenus spei et tantum non in solio imperatoris sedere se existimans. etenim animum illi addebat adque tantam rem moliendam audaciorem reddebat monachi cuiusdam vitae probae insomnium. is per quietem visus sibi fuerat videre viros igneos, qui Bardam arreptum in sublimem quandam adducerent speculam: ibi eum convenire mulierem quandam humana specie grandiorem, quae ei imperatorium praeberet flagellum. id flagellum imperii signum Bardas interpretabatur: sed nimirum eo ira dei in Romanos notabatur.

Allatus autem huius rei Cpolin nuntius cum imperatores in magnam coniecit solicitudinem, tum optimum atque cordatissimum quemque civium gravi affecit maerore: iis solis voluptati fuit qui mutationibus rerum gaudent et rapto vivere amant. illico ad Petrum exercituum praefectum literae mittuntur; et exercitus, quidquid adhuc in fide permanserat, Caesaream cogitur. interim Stephanus syncellus Nicomediae praesul, vir sapientia atque virtute praestanti et verbis emollire animum durum atque indomitum gnarus, ad Bardam legatur, conaturus ei persuadere ut ab armis discedat. at enim Durus unicae imperii cupiditati animum intendens, eum ad se profectum et multa ad persuaden-

πολλὰ εἰπόντα ἐπαγωγὰ καὶ θελκτήρια λόγων μὲν πολλῶν οὐκ ἠξίωσεν, ἀνατείνας δὲ τὸν δεξιὸν πόδα καὶ τὸ κοκκοβαφὲς δείξας πέδιλον, "ἀδύνατον, ὦ ἄνθρωπε," ἔφη "τὸν τοῦτο ἅπαξ περιβαλόμενον ἐπ᾽ ὄψει πολλῶν ῥᾳδίως ἀποβαλεῖν. φράσον τοίνυν τοῖς ἀποστείλασιν ὡς ἢ ἑκοντί με παραδέξονται βασιλέα ἢ καὶ μὴ P 687 βουλομένων πειράσομαι λαβεῖν τὴν ἀρχήν." ταῦτα εἰπὼν καὶ προθεσμίαν ἡμέρας τεσσαράκοντα δεδωκὼς ἀπαλλάττεσθαι κελεύει. ἐπαναδραμόντος δὲ τοῦ συγκέλλου καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀποκομίσαντος τοῦ Σκληροῦ τοῖς βασιλεῦσι καὶ τῷ τὴν βασιλείαν ἰθύνοντι Βασιλείῳ, γράμματα ἐφοίτων πρὸς τὸν στρατοπεδάρχην ἐμφυλίου μὲν μὴ κατάρχειν πολέμου, τὰς δὲ παρόδους τηρεῖν ἀσφαλῶς, καὶ ἤν τις ἐπίῃ πολεμήσων, ἀμύνεσθαι. ὁ δὲ Σκληρὸς ἀπιὼν πρὸς Καισάρειαν προδρόμους ἀπέστειλε καὶ κατόπτας, ἐφ᾽ ᾧ κατασκοπεῖν, καὶ ὅπηπερ εἰσὶν οἱ ἐναντίοι μηνύειν, καὶ προομαλίζειν αὐτῷ τὴν ὁδόν. ἔξαρχος δὲ τῶν πεμφθέντων προκέκριτο Ἄνθης ὁ Ἀλυάτης. οἵτινες καταντήσαντες ἔν τινι στενο- B χωρίᾳ (Βούκου λίθον τὸν τόπον κατονομάζουσι) καὶ μέρει τῆς βασιλικῆς στρατιᾶς ἐντυχόντες ἄρχοντα ἐχούσης Εὐστάθιον μάγιστρον τὸν Μαλεΐνον, ἀπεπειρῶντο τοῦ συναντήματος καὶ ἀκροβολισμοὺς ἐποιοῦντο. ἐπί τινα δὲ καιρὸν ἀκροβολιζομένων ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων, καὶ μηδενὸς νῶτα διδόντος, ὁ Ἀλυάτης μὴ περισχὼν ἑαυτόν, περικαρδίῳ δὲ ζέσει ληφθείς, μυωπίσας τὸν ἵππον σὺν ἀλογίστῳ ῥύμῃ τοῖς ἐναντίοις προσρήγνυται. μηδὲν

5 βασιλέα om C καὶ om C 17 κόκκου C 18 εὐστράτιον P

dum idonea locutum longo responso non dignatus, dextrum pedem proferens et coccinum ostendens calceum "fieri non potest" inquit "Stephane, ut hunc semel in conspectu multitudinis indutus facile exuat. significa ergo his qui te miserunt, vel sponte me imperatorem agnoscant, vel invitis ipsis imperium me mihi vindicare conaturum." hoc fatus, et quadraginta dierum terminum praescribens, eum abire iubet. reverso syncello, et imperatoribus ac qui imperium administrabat praesidi Basilio Bardae responsum effato, literis missis Petro mandatur ne belli civilis initium ipse praebeat, sed itinera diligenter custodiat et vim inferenti vi resistat. Durus Caesaream tendens speculatum quosdam praemittit, qui sibi quo loco agerent hostes indicarent viamque aperirent. dux eorum Anthes Alyata. hi in quibusdam angustiis (Buculithus, id est Bucci saxum, ei loco nomen) incidunt in partem imperatorii exercitus, quam ducebat Eustathius magister Maleinus; levique praelio commisso, cum aliquamdiu pugnatum esset ac neutri terga darent, Alyata ardore animi victus ac se ipsum non continens, equo incitato inconsiderate in adversos irruit, nullaque re memorabili gesta deii-

δὲ ὅ τι καὶ λόγου διαπραξάμενος ἄξιον, πίπτει καιρίαν τυπείς, καὶ C τὸ ἀμφ' αὐτὸν ἅπαν εἰς τὰς ἔγγιστα νάπας καὶ λόχμας διεσκεδάσθη. διεμηνύθη δὲ τότε καὶ ὁ τοῦ Βάρδα ἑταιρειάρχης ὡς μέλλων αὐτομολεῖν τῷ τοῦ βασιλέως στρατῷ· ὃν παραστησάμενος ὁ Σκληρὸς καὶ προσονειδίσας, καὶ μηδὲν πλέον φανερῶς εἰς αὐτὸν δεδρακώς, ἀπέλυσε, λάθρᾳ δὲ τοῖς μισθοφόροις Σαρακηνοῖς μηνύσας ἀνεῖλεν· οὗτοι γὰρ διιόντα τὸν ἄνδρα μεσούσης ἡμέρας περιχυθέντες ταῖς μαχαίραις κατέκοψαν.

Οἱ δὲ τῶν βασιλικῶν κατάρχοντες στρατευμάτων τὴν τοῦ Σκληροῦ ὅσον οὐδέπω ἐπέλευσιν προσδοκῶντες, τὰ καίρια τῆς ὁδοῦ κρίνουσι προκαταλαβεῖν, καὶ ἄραντες παντὶ τῷ στρατεύματι στρατοπεδεύουσιν ἀπεναντίας ἐκείνῳ, προκαταλαβόντες ἃς ἔμελλε D διοδεύειν ὁδούς. ὅπερ μαθὼν ὁ Σκληρὸς νωθρὸς ἦν καὶ ὤκνει τὴν εἰς τὸ πρόσω πορείαν, μελλήσει δὲ τρίβων τὸν χρόνον ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. ἀνερεθίζει δὲ τοῦτον καὶ προθυμότερον ἀποδείκνυσιν αὐτόμολός τις ἐλθὼν στρατηγός, Σαχάκιος τοὔνομα, Βραχάμιος τὴν προσηγορίαν· παρηγγύησε γὰρ ἐλθὼν μὴ τηνάλλως τρίβειν τὸν χρόνον· καταφρόνησιν γὰρ ἔλεγεν ἐμποιεῖν τὴν τριβήν. δόξας δὲ λέγειν εὔκαιρα ἡγεμὼν καὶ ὁδηγὸς ἀποδείκνυται τῆς ὁδοῦ. καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο, οὗτος δὲ εἵπετο. καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν καταλαμβάνει τὴν Λάπαραν· τόπος δὲ οὗτος μέρος τῆς Καππαδοκίας, τὸ νῦν λεγόμενον Λυκανδόν, διὰ τὸ λιπαρὸν καὶ πάμφορον οὕτω κατονομασθείς. τοῦτο μαθὼν ὁ στρατοπεδάρχης, νυκτοπορίᾳ χρησάμενος δέει τοῦ μὴ ἀντιπαρελθεῖν τὸν Σκληρόν,

12 ἐκείνου C 22 λικα•δόν C

citur. quos duxerat, ii in vicinos saltus disperguntur. tunc etiam indicatum fuit Duro sodalitatis praefectum statuisse ad imperatorios transfugere exercitus. quem is ad se vocatum et obiurgatum, nihilque praeterea in eum statuens dimisit. occulte tamen Saracenis militibus mercenariis re detecta eum interfecit: nam illum hi transeuntem medio die circumfusi gladiis conciderunt.

Ceterum ductores imperatorii exercitus cum iamiam adventurum Bardam putarent, opportuna itinerum occupant, universumque exercitum moventes castra ei opponunt, praeceptis quibus ei veniendum erat itineribus. quo cognito, Durus progredi non ausus, cunctando tempus terens exitum rei praestolabatur. ad eum transfugit dux quidam Sachacius nomine, Brachamius cognomento. is eum excitat et alacriorem reddit, hortatus ne tempus nullo fructu traheret, quod ea mora sui contemptum gigneret. eius consilium visum tempestivum, isque dux itineris designatus est. et Durus cum exercitu tridui spatio Laparam pervenit. ei loco ob pinguedinem et fertilitatem soli id nomen fuit, nunc Lycandum vocant: pars est Cappadociae. Petrus ea re cognita, ne praeverteretur a Duro, nocturno itinere eodem venit. cum essent

ἀντιστρατοπεδεύει τοῖς ἐναντίοις. καὶ μέχρι μέν τινος ἀνεδύοντο, καὶ παρεῖλκον τὴν εἰς τοὐμφανὲς συμπλοκήν, καὶ κλέψαι τὴν νίκην P 683 διηγωνίζοντο. κατεστρατήγησε δὲ τοὺς ἐναντίους ὁ Βάρδας, δεῖπνα πολλὰ παρασκευασάμενος ὡς τάχα τὸν οἰκεῖον ἑστιάσων στρατόν, καὶ οὕτω τοὺς πολεμίους ἐξαπατήσας. ὑπολαβόντες γὰρ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν μὴ κατάρξασθαι μάχης αὐτόν, καὶ αὐτοὶ πρὸς εὐωχίαν ἐτράποντο· ὁ δὲ Σκληρὸς ὡς ἔγνω τοῦτο, (εἶχε γὰρ καὶ πρὸς πόλεμον παρεσκευασμένα τὰ στρατεύματα) αἰφνίδιον τῇ σάλπιγγι σημήνας τὸ ἐνυάλιον ἐμπίπτει τοῖς πολεμίοις ἀριστοποιουμένοις. οἱ δέ, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, τὸ παρατυχὸν ἀναλαμβάνοντες ὅπλον τοὺς προσιόντας ἐδέχοντο, μὴ τῷ αἰφνιδίῳ καταπλαγέντες. καὶ ἐπὶ χρόνον μέν τινα εὐρώστως ἠμύνοντο· B εἶτα ὑπερκερώσεις ποιησάμενος ὁ Βάρδας καὶ ἔνδον ἤδη συναπολαμβάνειν τοὺς πολεμίους φοβῶν, ἐπαφεὶς δὲ καὶ κατὰ νῶτα τοὺς μισθοφόρους, τρέπει τε εἰς φυγὴν καὶ πολὺν ἐργάζεται φόνον, τοῦ δουκὸς Ἀντιοχείας τοῦ Βούρτζη πρῶτον ἐκκλίναντος, εἴτε διὰ δειλίαν εἴτε διὰ κακουργίαν· ἐλέγετο γὰρ ἀμφότερα. κατέσχε δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν σὺν τῇ ἀποσκευῇ, καὶ πλοῦτον ἐντεῦθεν περιεβάλετο ἄπειρον. ἐκεῖθεν αὖθις ἐπὶ τὸ λεγόμενον ἔρχεται Τζαμανδόν· πόλις δὲ ἡ Τζαμανδὸς ἐν ἀποκρήμνῳ πέτρᾳ κειμένη, πολυάνθρωπος καὶ πλούτῳ περιβριθής. ἥντινα παρ' ἑκόντων C λαβὼν τῶν ἐντοπίων πλοῦτον συνέλεξεν οὐκ ὀλίγον. αὕτη ἡ νίκη πολλοὺς τῶν τῷ βασιλεῖ προσκειμένων κατέσεισε καὶ αὐτομολῆσαι πρὸς τὸν Σκληρὸν ἠνάγκασεν· ὅ τε γὰρ Βούρτζης πρῶτος αὐτο-

19 περιεβάλλετο C   22 ἐγχωρίων C

castra castris opposita, aliquamdiu uterque apertam pugnam detrectans victoriam arte suffurari intenderunt. callide tamen Petrum Bardas elusit. multas instruxit coenas, veluti exercitui epulum daturus; quo facto imperatorii decepti, eo die pugnam initurum minime opinantes, ipsi quoque convivia agitarunt. at Durus, qui suos ad pugnam instruxisset, deprehenso quid apud hostes fieret, subito tuba signo dato prandentes adoritur hostes. qui et ipsi, inopinata re non perterriti, correptis, ut cuique ea fors offerebat, armis, fortiter aliquantisper repugnarunt: sed ubi Phocas extentis cornibus eos circumvenire coepit, ita ut in periculo essent ne ab hostibus concluderentur, cum etiam a tergo mercenarios immitteret, magna suorum caede facta fugae se dant. primus omnium pedem rettulit Antiocheae dux Burtza, sive prae metu sive fraude: utrumque enim fertur. castris etiam impedimentisque potitus Barda immensas est ibi consecutus opes. inde ad Tzamandum (urbs est Tzamandus sita in praerupto saxo, hominum divitiarumque abundans) pergit, eamque deditione capit, et haud parvas divitias colligit. haec eius victoria multos imperatori fidem servantes concussit, utque ad Durum transirent effecit, quorum princeps fuit Burtza, tum Andronicus patri-

μολεῖ τῷ Σκληρῷ καὶ ὁ πατρίκιος Ἀνδρόνικος καὶ δοὺξ ὁ Λυδὸς σὺν τοῖς υἱέσι. καὶ Ἀτταλεῖς δεσμὰ περιθέντες τῷ ναυάρχῳ τοῦ βασιλέως τῷ Κουρτίκῃ Μιχαὴλ προσχωροῦσι μετὰ παντὸς τοῦ στόλου, στρατηγεῖν παρὰ τοῦ Σκληροῦ πεμφθέντι τῶν Κιβυρραιωτῶν.

Ὧν ἀγγελθέντων τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ παρακοιμωμένῳ, βου-
D λῆς προτεθείσης ἔδοξε τῶν τῷ βασιλεῖ ᾠκειωμένων τινὰ ἰσοτύραννον εἰληφότα ἀρχὴν καὶ ἀνεύθυνον, καὶ ἐξουσίαν ἔχοντα τιμαῖς τε προβιβάζειν καὶ δώροις καταπλουτίζειν τοὺς προσχωροῦντας, χωρῆσαι κατὰ τοῦ τυράννου. ἤρεσεν ἡ γνώμη, καὶ πέμπεται Λέων ὁ τοῦ βασιλέως πρωτοβεστιάριος, σύμβουλον εἰληφὼς καὶ Ἰωάννην τινὰ πατρίκιον, ἄνδρα ἐπίσημον καὶ ἐπὶ λόγων ἕξει βεβοημένον, ἐξουσίαν ἐκ βασιλέως δεξάμενος πάντα ἀδιστάκτως ποιεῖν ὅσα ἔξεστι βασιλεῖ. ἐξελθὼν οὖν καὶ κατὰ τὸ τῆς Φρυγίας γενόμενος Κοτυάειον καὶ τῷ στρατοπεδάρχῃ ἑνωθεὶς Πέτρῳ ἐκεῖσε τὴν παρεμβολὴν ἐπήξατο, κατεσκηνωμένου τοῦ Βάρδα τυγχάνοντος ἐν τῷ Διποτάμῳ· χωρίον δὲ βασιλικὸν τὸ Διπόταμον, ὃ Μεσάνακτα
P 689 κατονομάζουσιν οἱ ἐγχώριοι. λάθρᾳ οὖν ὑποσχέσεσι δωρεῶν καὶ τιμῶν προβιβασμοῖς ἐπειρᾶτο διασύρειν τοὺς ἀποστάτας καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶσθαι καὶ εὔνους τιθέναι τῷ βασιλεῖ, ἐλάνθανε δὲ μᾶλλον ἐπιρρωννὺς τὸ ἀντίπαλον, ἀσθενείας σημεῖον λογιζόμενον τὴν παράκλησιν. ὅθεν καὶ ἀπογνούς, ἄρας ἐκ Κοτυαείου καὶ τὸν Σκληρὸν νυκτὸς παρελάσας ἐχώρει πρὸς τὴν ἀνατολήν. τοῦτο τὸ

8 κουρτικίῳ C

clus ac dux, cognomine Lydus, cum filiis. Attaleenses quoque Michaelum Curticam classis imperatoriae praefectum in vincula coniecerunt, et Duro cum universa classe accesserunt, iussique sunt illo ipso duce contra Cibyrraeotas bellum gerere.

His imperatori et cubiculario nuntiatis, habito consilio decretum est ut quidam imperatoris familiarium, aequata eius cum imperatore potestate, cum pleno imperio, et cui permissum esset honoribus ac muneribus ad se quos posset allicere, in tyrannum mitteretur. mittitur ergo dictator Leo protovestiarius, addito ei consiliario Ioanne quodam patricio, viro insigni et eloquentiae nobilis, data ab imperatore potestate omnia libere agendi quae ex usu imperatoris essent. Leo apud Cotyaeium Phrygiae cum Petro se coniungit, ibique castra locat. Bardas eo tempore Dipotami commorabatur. id est castrum imperatorium, Mesanacta ab incolis appellatum. occulte autem Leo conatus munerum et honorum pollicitationibus perduelles a Barda avellere et sibi imperatorique eos conciliare, falsus est animi magisque hostes confirmavit, qui has eius solicitationes argumentum infirmitatis esse iudicabant. itaque Leo ista ratione se quicquam consecuturum desperans, castris motis noctu Durum transit et versus Orientem contendit. id factum in metum

ἔργον λίαν τοὺς περὶ τὸν Σκληρὸν ἐδειμάτωσε, δεδιότας οὐ περὶ χρημάτων καὶ κτημάτων μόνον ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν τιμιωτάτων αὐτῶν. πολλοὶ μὲν οὖν ἐξομνύμενοι τὴν ἀποστασίαν τῷ πρωτοβεστιαρίῳ προσέρρεον, ὡς κινδυνεύειν κονιορτοῦ δίκην διαλυθῆναι τὸ ἀποστατικόν. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται φοβηθεὶς ὁ Σκληρὸς τὸν B μάγιστρον Μιχαὴλ τὸν Βούρτζην, ἄρτι, ὡς εἴπομεν, προσκεχωρηκότα αὐτῷ, καὶ Ῥωμανὸν πατρίκιον τὸν Ταρωνίτην μετ᾽ εὐζώνου ἐκπέμπει στρατιᾶς, ἐμποδὼν ἵστασθαι τῷ πρωτοβεστιαρίῳ κελεύσας, ἐπιτιθεμένους ἐξ ἐφόδου, καὶ τὰς ἐκδρομὰς κωλύειν ὡς δύναμις, συμπλοκῆς δὲ καθολικῆς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν φείδεσθαι. πλησιάσαντες δὲ τῷ βασιλικῷ στρατεύματι οἱ περὶ τὸν Βούρτζην ἠναγκάσθησαν καὶ ἄκοντες πολεμῆσαι παρὰ τὴν τοῦ Σκληροῦ παραγγελίαν, ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Σαρακηνοὶ ἐκ τῆς πρὸς ἑῴαν Βερροίας τὰ ἐτήσια τέλη Ῥωμαίοις κομίζοντες ἠγγέλλοντο πρὸς τὴν βασιλίδα ἀπιέναι, καὶ ὡς μέλλουσι κατά τινα ῥητὴν ἡμέραν διὰ μέσων ἰέναι τῶν στρατευμάτων. καὶ ἐπειδὴ παρῆν ἡ κυρία καὶ ἔμελλον κατὰ τὸ λεγόμενον Ὀξύλιθον φρούριον οἱ Σαρακηνοὶ διαβαίνειν, καθοπλίσαντες οἱ περὶ τὸν Βούρτζην τοὺς ἀμφ᾽ αὐτούς, τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ τοῦ πρωτοβεστιαρίου πεποιηκότες, μάλα ὁρμητικῶς πρὸς τὴν μάχην ἐχώρουν· προὔκειτο γὰρ ἑκατέροις ὥσπερ τις ἆθλος ὁ παρὰ τῶν Σαρακηνῶν κομιζόμενος χρυσός. καὶ ἐπείπερ ἤγγισαν, συμπεσόντες ἐμάχοντο. τρέπεται γοῦν ὁ Βούρτζης, καὶ πολλοὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀπώλοντο, καὶ μᾶλλον τῶν Ἀρμενίων· πάντας γὰρ τοὺς ἁλόντας

14 ἕω βερροίας C 24 ἁλόντας ἀρμενίους C

ingentem coniecit eos qui cum Duro erant, quod iam non de pecunia et bonis suis tantum sed etiam de carissimis venirent in discrimen. itaque multi eiurata perduellione ad protovestiarium se contulerunt; iamque in eo periculo Bardas erat ne ipsius copiae pulveris instar dissiparentur. id ergo ne fieret, Michaelum Burtzam magistrum, quem nuper ei accessisse docuimus, et Romanum patricium Taronitam cum expedito exercitu mittit, qui Leonis progressibus obstarent, eumque subitis incursionibus vexarent et pabulationibus pro virili arcerent, omnino autem quantum eius fieri posset, iustam pugnam vitarent. Burtzas et qui cum eo erant, cum iam appropinquassent imperatorio exercitui, coacti sunt vel inviti contra Duri mandatum praelium inire. nuntiabatur enim Saracenos annuum ab orientali Berroea tributum Romanis afferentes Cpolin ire, ac certo die per medios exercitus iis transeundum fore. ut ea dies appetiit, Saracenis per castellum cui Oxylitho nomen transituris utrinque instructae sunt acies, et magno impetu animorum ad pugnam eductae, praemii loco victori proposito, quod Saraceni ferebant, auro. conflictumque, et pulsus Burtzas, multis ab eius parte occisis, maxime Armeniis: nam de his quoscunque comprehendere potuerunt Romani,

D τῶν Ἀρμενίων ἀπέσφαττον οἱ Ῥωμαῖοι, μὴ λαμβάνοντες οἶκτον διὰ τὸ πρώτους προσχωρῆσαι τῷ ἀποστάτῃ.

Ἀγγελθείσης δὲ τῆς ἥττης ὁ Βάρδας καιρὸν ἀναβολῆς μὴ δεδωκώς, ἀγείρας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὑπήντα διὰ ταχέων, καὶ κατά τινα τόπον Ῥαγέας ὀνομαζόμενον γενόμενος στρατοπεδεύεται, ἐπιτήδειον μάχης καιρὸν ἐκζητῶν. χρονοτριβούντων δὲ τῶν βασιλικῶν ταγμάτων ὁ τῆς μάχης καιρὸς παρετείνετο, καὶ πολλοὶ τῶν ἀποστατῶν τῇ προηγησαμένῃ ἥττῃ σεσαλευμένοι τῷ πρωτοβεστιαρίῳ προσέτρεχον. ὅσον μὲν οὖν σφριγῶν ἦν ἐν τῇ στρατιᾷ τοῦ βασιλέως καὶ ἀπειροπόλεμον, τῇ ἐξ ὑπογύου γαυρούμενον νίκῃ ὤργα πρὸς συμπλοκήν, οἱ γηραιότεροι δὲ καὶ κατηθλημένοι τοῖς
P 690 ἀγῶσιν ὤκνουν καὶ ἀνεδύοντο τὴν μάχην. ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν εἰπόντα "ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ἀκολουθεῖ," πείθεται τοῖς νεωτέροις καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος, καὶ τὸ ἐνυάλιον σημήνας ἐξάγει τὰ στρατεύματα πρὸς τὴν μάχην. καὶ ὁ Βάρδας δὲ τριχῇ διελὼν τὸν οἰκεῖον στρατὸν τὸ μὲν μέσον εἶχεν αὐτός, τοῦ δεξιοῦ δὲ κέρως Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφόν, τοῦ δ' εὐωνύμου Κωνσταντῖνον τὸν Γαβρᾶν ἄρχειν ἐπέστησε. συμβολῆς δὲ γενομένης καὶ τῶν περὶ τὰ κέρατα στρατηγῶν τὴν ἵππον ἐπισεισάντων τοῖς ἐναντίοις, μὴ ἐνεγκόντες τὴν ῥύμην οἱ περὶ τὸν πρωτοβεστιάριον τρέπονται, καὶ γίνεται φόνος πολύς. ἐνταῦθα καὶ Ἰωάννης ἔπεσεν ὁ πατρί-
B κιος καὶ ὁ στρατοπεδάρχης Πέτρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν διαφα-

7 στρατευμάτων C 13 ὁδοιπορεῖ margo C 17 κωνσταντίνου C 18 γαυρᾶν C

interfecere absque ulla miseratione, quod ii primi omnium se tyranno adiunxissent.

Nuntio eius cladis accepto, Bardas nulla interposita mora statim cum suo exercitu subsequitur, et cum ad locum cui Rageas nomen pervenisset, ibi castra facit tempusque pugnae commodum exspectat. cunctantibus autem imperatoriis, et pugnae opportunitate extracta, multi a Barda ad Leonem defecerunt, iam clade superiori animis eorum nutantibus. sed qui in exercitu Leonis erant rerum bellicarum imperitiores, ii animis recens parta victoria exsultantibus pugnam expetebant, natu grandioribus, et qui multis certaminibus exercitati essent, detrectantibus atque differentibus: cum Leo (verum enim illud tritum est "homines malis cito consiliis assentiunt") iunioribus obtemperans suos ad pugnam instructos dato tuba signo educit. Durus copiis suis in tres partes divisis medium agmen ipse ducit, dextrum cornu fratri suo Constantino, sinistrum Constantino Gabrae committit. ut concursum est et Bardae cornibus praefecti equitem hosti immiserunt, Leonis milites impetum non sustinentes fugam faciunt, eorumque magna editur caedes. interficitur Ioannes patricius et Petrus castrorum praefectus

νῶν. ἑάλω δὲ καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος μεθ' ἑτέρων ἀνδρῶν ἀρχικῶν. τὸν μὲν οὖν πρωτοβεστιάριον φρουρεῖσθαι προσέταξε, Θεοδώρου δὲ καὶ Νικήτα τῶν αὐταδέλφων τῶν Ἁγιοζαχαριτῶν ἐπ' ὄψει παντὸς τοῦ στρατεύματος ἐξορύττει τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς παραβάντων τάχα τοὺς ὅρκους οὓς πρὸς αὐτὸν ἔθεντο καὶ τῷ πρωτοβεστιαρίῳ προσχωρησάντων.

Ἐκ ταύτης τῆς νίκης τὰ μὲν τοῦ Βάρδα ὑψοῦτο καὶ ἐπὶ μέγα ἤρετο, πάντων ὡς εἰπεῖν μικρῶν καὶ μεγάλων προσρυϊσκομένων αὐτῷ, τὰ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ μιᾶς ἐσάλευεν, ἱερᾶς μέντοι ἀγκύρας, τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας. ὁ δὲ παρακοιμώμενος ἐφρόντιζε C
μὲν καὶ τῶν κατὰ χέρσον, πλέον δ' ἐμερίμνα τῶν κατὰ θάλατταν· ἐλύπει γὰρ αὐτὸν ὁ τοῦ ἐναντίου κατάρχων στόλου, Μιχαὴλ ὁ Κουρτίκιος, πᾶσαν μὲν νῆσον πεπορθηκώς, ἤδη δ' ἐπίδοξος ὢν καὶ τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ πολιορκεῖν Ἄβυδον. οὐκοῦν καὶ στόλον ἐξαρτυσάμενος μάλα καλῶς ἐκπέμπει κατὰ τοῦ Κουρτικίου, ναύαρχον ἔχοντα Θεόδωρον πατρίκιον τὸν Καραντηνόν. οὗτος δ' ἐκπλεύσας καὶ τὰ στενὰ διαβὰς τοῦ Ἑλλησπόντου κατὰ Φώκαιαν τῷ Κουρτικίῳ προσρήγνυται, καὶ γενομένης καρτερᾶς ναυμαχίας οἱ περὶ τὸν Κουρτίκιον τρέπονται καὶ σκεδάννυνται, καὶ λοιπὸν θαλασσοκρατήσαντος τοῦ Καραντηνοῦ τὴν ἐκεχειρίαν ἔσχε τὰ τῆς θαλάσσης. ἤδη δὲ τῶν κατὰ θάλατταν ἐχόντων καλῶς ὁ παρα- D
κοιμώμενος τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον ἐτίθετο ἐπιμέλειαν. καὶ δὴ Μανουὴλ πατρίκιον τὸν Ἐρωτικόν, ἐκ γένους τε ἄνδρα καὶ ἐπ'

1 δὲ om P   ὁ om C   12 *M.* ὁ] *M.* γὰρ ὁ libri

multique alii illustres viri. Leo protovestiarius vivus una cum aliis magistratum gerentibus viris in Duri potestatem venit. atque hunc quidem Durus in custodiam dedit. Theodoro autem et Nicetae Hagiozacharitis germanis fratribus in conspectu totius exercitus effodi oculos iubet, quod ii nimirum violato iureiurando, quo se ipsi obstrinxerant, ad Leonem transivissent.

Haec victoria Bardae rebus plurimum attulit incrementi, omnesque ad eum magni parvique deficiebant: imperatoris res una, eaque sacra ancora sustinebantur, divino nimirum auxilio. at cubicularius praeses, quanquam et terrestribus negotiis curam impenderet, multo magis tamen maritimae rei erat intentus. nam hostilis classis praefectus Michaelus Curtices, omnes insulas depopulatus, iam ipsam quoque in Hellesponto sitam Abydum videbatur oppugnaturus. itaque classem probe instruit, eamque contra Curticam emittit, praefecto Theodoro Caranteno patricio. is Theodorus per fauces Hellesponti vectus apud Phocaeam cum Curtica navalem conserit pugnam vehementem: ea victus Curtices classisque eius disiecta, et Caranteno exinde mare obtinente res maritimae quietae fuerunt. proinde terrestribus negotiis intentus praeses Manue-

ἀρετῇ διαβόητον καὶ ἀνδρίᾳ, φρουρεῖν ἐκπέμπει τὴν Νίκαιαν. μετὰ μικρὸν δὲ καταλαμβάνει καὶ ὁ Σκληρός, καὶ τὰ πέριξ τῆς Νικαίας πυρπολήσας χωρία τελευταῖον καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν Νίκαιαν ἔρχεται, καὶ ἑλεπόλεσι καὶ μηχαναῖς ἐκπορθῆσαι ἠπείγετο. γενναίως δὲ τοῦ Μανουὴλ ὑποδεξαμένου τὴν πολιορκίαν, καὶ τὰς προσαγομένας τῷ τείχει κλίμακας καὶ μηχανὰς σκευαστῷ πυρὶ πυρπολήσαντος, τὴν ἐκ πολιορκίας ἅλωσιν ἀπογνοὺς ὁ Σκληρὸς ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων ἤλπιζεν αἱρῆσαι τὴν πόλιν. χρόνου δὲ τῇ πολιορκίᾳ τριβέντος πολλοῦ καὶ τῶν ἔνδον πιεζομένων τῇ σιτοδείᾳ,
P 691 μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν ὁ Μανουὴλ μηδ' ὅθεν εἰσκομίσεται τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα ἐπιμελῶς τοῦ Σκληροῦ τὰς εἰσόδους τηροῦντος, ἀπάτῃ τὸν Σκληρὸν ἔγνω περιελθεῖν. ἀμέλει καὶ τοὺς τῆς Νικαίας σιταβολῶνας ψάμμου λεληθότως πεπληρωκώς, καὶ σίτῳ ἄνωθεν τὴν ἐπιφάνειαν ἐπιχρώσας, ὡς κλέπτεσθαι τὰς ὄψεις τῶν θεωμένων, τινὰς τῶν ἡλωκότων ἀπὸ τῆς τῶν ἐναντίων μοίρας προσκαλεσάμενος ἐδείκνυ τὰ ταμιεῖα, καὶ πρὸς τὸν Σκληρὸν ἐπαφίησιν, εἰπεῖν ἐπισκήψας ὅτιπερ τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ πολιορκίαν οὐ δέδοικα (ἀποχρώσας γὰρ ἔχω τροφὰς καὶ ἐπὶ δυσὶν ὅλοις ἔτεσι), πολιορκίᾳ δὲ ἄλλως ἡ πόλις ἀνάλωτος· τὰ σὰ δ' ἐγὼ φρονῶν ἑτοι-
B μός εἰμι ὑπεκστῆναί σοι τῆς πόλεως, εἰ ἐμοί τε καὶ τοῖς μετ' ἐμοῦ δι' ὅρκων δοίης ἀπιέναι ὅπῃ δὴ καὶ αἱρούμεθα. ἀσμένως δὲ τοῦ Βάρδα δεξαμένου τὸν λόγον καὶ πίστεις παρεσχηκότος, τοὺς Νικαεῖς ὁ Μανουὴλ εἰληφὼς καὶ τὸν ἀμφ' αὐτὸν στρατὸν μετὰ πάν-

10 μηδ' ἔχων ὅθεν C 14 ἐπιχώσας margo P 22 παρεστηκότος C

lum Eroticum, nobili genere ortum et virtute ac fortitudine clarum, emittit ad custodiendam Nicaeam. paulo post ad eam urbem accedit Durus, et incendio evastata vicinia tandem ipsam quoque machinis adhibitis oppugnat. et cum fortiter defenderet Manuelus, scalasque et machinas admotas igni artificioso cremaret, vi se urbem expugnare posse desperans Bardas, ob penuriam autem deditum iri tandem cogitans, diu obsidionem traxit. oppidanis alimentorum defectu pressis, Manuelus quo se verteret nescius, cum Duro aditus urbis accurate custodiente invehi nihil posset, dolo circumvenire eum statuit. granaria Nicaeae clam arena congesta implet, in superficie frumento constrata, ut arena visum falleret. tum quendam de hostibus captum eo adducit, et illa demonstrat, et ad Durum emittit, cum his mandatis, se plane ab obsidione penuriae causa nihil sibi metuere, instructum etiam biennii integri alimentis: tum urbem ipsam vi nequaquam expugnari posse. tamen quod ipsi bene vellet, urbe excedere paratum esse, si hoc obtineat ut iuramento confirmet Durus se ipsi et suis liberam quo vellent abeundi dare potestatem. libenter eam condicionem amplexo Duro, et fidem firmante, Manuelus cum Nicaeensibus et suo exercitu omnibusque

των ὧν εἶχον, εἴσεισιν εἰς τὴν βασιλεύουσαν. τὴν Νίκαιαν δὲ παρειληφὼς ὁ Σκληρὸς καὶ τὸ περὶ τὸν σῖτον εὑρὼν ῥᾳδιούργημα ἠνιάθη μὲν ἐφ᾽ οἷς ἐξηπάτητο, φρουρὰν δ᾽ ὅμως ἀφεὶς ἀξιόμαχον ἐν αὐτῇ, καὶ στρατηγὸν Πηγάσιόν τινα ἐν αὐτοῖς ἐπιστήσας, αὐτὸς τῶν ἐφεξῆς εἴχετο ἔργων.

Ὁ δὲ παρακοιμώμενος τοῖς ὅλοις ἀπορηθεὶς (ἤδη γὰρ ὁ Σκληρὸς ἐπλησίαζε τῇ βασιλίδι) μίαν ἐγνώκει βοήθειαν ἀποχρῶσαν, Βάρδαν τὸν Φωκᾶν μεταπέμψασθαι τῆς ὑπερορίας, μόνον C *ἀξιόμαχον οἰηθεὶς τοῦτον ἀντίπαλον ἔσεσθαι τῷ Σκληρῷ. λόγου δὲ θᾶττον μεταπεμψάμενος καὶ ὅρκοις ἀσφαλισάμενος, καὶ πλοῦτον παρεσχηκὼς δαψιλῆ καὶ τῷ τῶν μαγίστρων ἀξιώματι τιμήσας, δομέστικον προχειρίζεται τῶν σχολῶν καὶ κατὰ τοῦ Σκληροῦ ἀφίησιν. ὁ δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀναδεξάμενος ἀγῶνα πρῶτον μὲν ἐπεχείρησεν ἀπὸ Θρᾴκης περαιωθῆναι εἰς Ἄβυδον· φυλάττοντος δὲ τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ χωρία Ῥωμανοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Σκληροῦ, ἀποκρουσθεὶς ἐκεῖθεν ἐπάνεισιν εἰς τὴν βασιλίδα, ἐκεῖθέν τε πλοίου ἐπιβὰς καὶ τοὺς ἐναντίους λαθὼν πρὸς τὴν ἀντίπορθμον γίνεται γῆν, καὶ νυκτοπορίαις χρησάμενος ἄπεισιν εἰς Καισάρειαν,* D *ἐκεῖσέ τε Εὐσταθίῳ μαγίστρῳ τῷ Μαλεΐνῳ καὶ Μιχαὴλ μαγίστρῳ τῷ Βούρτζῃ συμμίξας (ἔφθασε γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκ μετανοίας τὰ τοῦ βασιλέως πάλιν ἑλέσθαι) μετ᾽ αὐτῶν πρὸς πόλεμον ἐξηρτύετο. καὶ δὴ λαὸν ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου ἀθροίσας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς ἐσκεδασμένους ἁλίσας, πρὸς τὸ Ἀμώριον γίνεται. καὶ ὁ Σκληρὸς*

2 ὁ] *καὶ ὁ* C 5 *ἥπτετο* C 18 *νυκτοπορείαις* C 20 *συμπαίξας* margo P 21 *τοῦ* om C

impedimentis Cpolin abit. hoc pacto Nicaea potitus Durus, tametsi vaframentum illud de frumento deprehendens moleste ferret, validum nihilominus urbi ei praesidium imponit, duce quodam Pegasio, et ipse reliqua persequitur negotia.

Enimvero praeses Basilius rebus tantum non desperatis (cum iam ad ipsam urbem accederet Durus) unum hoc cogitavit praesidium superesse, si Barda Phocas ab exsilio revocaretur, quem solum censebat Duro recte opponi posse. eum ergo dicto citius evocat, iureiurando ei cavens atque amplissimas conferens opes; ornatumque magistri dignitate domesticum scholarum facit et contra Durum emittit. Phocas summa sibi rerum credita primo e Thracia ad Abydum traiicere conatus est. sed ea spe deiectus, quod Romanus Duri filius Hellespontum teneret, Cpolin rediit. inde navigio conscenso hostibus non animadvertentibus ad oppositam continentem traiecit, nocturnisque itineribus Caesaream pervenit. ibi se cum magistro Eustathio Maleino et Michaelo Burtza (nam et is mutata voluntate ad imperatoris partes redierat) coniunxit et bello gerendo paravit. ergo coactis ut poterat militibus, collectisque iis quos fuga disperserat, ad Amorium accedit. Durus ubi Phocam ad

δὲ τὴν τούτου ἔξοδον ἀκηκοώς, καὶ νῦν πρῶτον οἰηθεὶς τὸν ἀγῶνα ἔσεσθαι αὐτῷ πρὸς ἄνδρα πολεμιστὴν καὶ φέρειν εἰδότα γενναίως καὶ τακτικῶς τὰς πολεμίους στροφάς, καὶ οὐχ ὡς τὸ πρότερον πρὸς ἀνδράρια ἐκτετμημένα θαλαμευόμενα καὶ σκιατραφῆ, ἄρας
P 692 ἀπὸ Νικαίας πρὸς τὸ Ἀμώριον ἄπεισι, καὶ συναντήσας συμπλέκεται τῷ Φωκᾷ. οὐχ ὑποστάντων δὲ τῶν περὶ τὸν Φωκᾶν διὰ τὸ ταῖς προηγησαμέναις ἥτταις χαυνωθῆναι τὸν τῆς ἀνδρίας αὐτοῖς καὶ τόλμης τόνον, ἐπικρατέστερος γίνεται ὁ Σκληρός. οὐ μέντοι καὶ παντάπασιν ἐς ὑπαγωγὴν ἄκοσμον ἐσκέδαστο ἡ στρατιὰ τῷ Φωκᾷ, ἀλλ' ὑποκλίνασα μὲν ἐνέδωκε, σχολαίαν δὲ ἐποιεῖτο τὴν ὑποχώρησιν, ὡς μὴ ὑπὸ δειλίας δοκεῖν ἐλαύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἐπιτάγματος ὑπείκειν στρατηγικοῦ μετ' εὐκοσμίας καὶ τάξεως. καὶ γὰρ δὴ καὶ νῶτα δόντας τοὺς στρατιώτας καὶ πρὸς φυγὴν ὡρμημένους, ὄπισθεν οὐραγῶν ὁ Φωκᾶς τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο καὶ οὐ μετὰ σφοδροτάτης εἴα βίας καὶ ῥύμης προσφέρεσθαι. ἔνθα καὶ
B λέγεται Κωνσταντῖνον τὸν Γαβρᾶν μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὸ φεῦγον διώκοντα φιλοτιμίᾳ χρησάμενον ἀκαίρῳ, καὶ μεγάλην εὔκλειαν ἕξειν οἰηθέντα εἰ αἰχμάλωτος ὑπ' αὐτοῦ γένοιτο ὁ Φωκᾶς, μυωπίσαντα τὸν ᾧ ἐπωχεῖτο ἵππον, μετὰ μεγίστης ὁρμῆς προσενεχθῆναι τῷ Φωκᾷ. ὃν οὗτος ἰδὼν καὶ ὅστις εἴη κατανοήσας, ἠρέμα τὸν ἵππον παρενεγκὼν καὶ ὑπαντιάσας παίει κορύνῃ κατὰ τῆς κόρυθος. καὶ ὁ μὲν λειποθυμήσας τῇ ἀνυποστάτῳ φορᾷ τῆς πληγῆς πίπτει παραυτίκα τοῦ ἵππου, ὁ δὲ Φωκᾶς ἀδείας μείζονος τυχὼν

3 πολέμου C 5 ἀμόριον C 12 στρατηγικῆς C 15 καὶ ῥύμης καὶ βίας C 17 εὐκαίρῳ P om C 18 κεντρίσαντα margo P

bellum exiisse cognovit, nunc demum ratus sibi rem fore cum viro bellicoso et fortiter atque composite ferre vices belli gnaro, cum hactenus sibi obiecti essent homunciones castrati, in thalamis versati et in umbra degere soliti, a Nicaea exercitum ad Amorium ducit. ibi collatis signis pugnatum; et Phocae exercitus, qui superioribus praeliis victus audaciam animique vigorem dimiserat, pedem rettulit, ac victoria penes Durum fuit. neque tamen turpiter aut dissolutis ordinibus Phocae milites cesserunt, sed lente et composite, ita ut non prae metu sed iussu ducis cedere viderentur. etenim Phocas militibus terga hosti dantibus et fugam parantibus, extremum claudens agmen irruentes propulsabat, neque eos cum impetu irruere cedentibus suis sinebat. ibi Constantino ferunt Gabrae cum suis hostem insequenti conatum egregium animo incidisse, Phocae capiendi, quam rem sibi summae laudi fore speraret. itaque equo calcaribus incitato acerrimo in hunc impetu invectum. Phocam eo conspecto et agnito leviter equum flexisse et se obvium tulisse; itaque clavam in galeam Constantini impegisse, ut is ob ictus intolerabilem vim statim animo delinquente ab eo decideret. quem dum sui omissa hostium persecutione attollunt atque curant, interim Phocam securiorem

τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πορείας εἴχετο, σχολῇ καὶ βάδην ἰών, ἀλλ' οὐκ ἀνειμένοις τοῖς χαλινοῖς· οἱ γὰρ σὺν τῷ Γαβρᾷ τὸν οἰκεῖον πεπτωκότα θεασάμενοι στρατηγόν, καὶ ἐπιμέλειαν τούτου τιθέμενοι, C *ἀνῆκαν τὸν διωγμόν. ὁ δὲ Φωκᾶς ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ τὸν λεγόμενον Χαρσιανὸν κατειληφὼς κἀκεῖσε αὐλισάμενος ἐσκόπει τὸ μέλλον, τιμαῖς τε ταῖς ἐκ βασιλέως δεξιούμενος πολλοὺς προσφοιτῶντας, καὶ τῶν συνόντων εὐεργεσίαις παραθερμαίνων τὰς προθυμίας. ἑπόμενος δὲ τούτῳ καὶ ὁ Σκληρός, καὶ περί τινα τόπον Βασιλικὰ θέρμα καλούμενον κατασκηνώσας, εἰς μάχην τὸν ὁμώνυμον ἐξεκαλεῖτο. ἀσπασίως δὲ καὶ τούτου δεξαμένου τὴν πρόκλησιν αὖθις ἑτέρα συνίσταται μάχη. καὶ χρόνον μέν τινα ἀντέσχον οἱ περὶ τὸν Φωκᾶν, αὐτοῦ τούτου παριππεύοντος ἁπανταχοῦ καὶ τῇ σιδηρέᾳ κορύνῃ τὰς τῶν ἐναντίων ῥηγνύντος φάλαγγας καὶ* D *μύριον ἐργαζομένου φόνον· ὅμως δὲ καὶ πάλιν νῶτα δεδωκότες οἱ περὶ τοῦτον ἐτράπησαν.*

Ἐκεῖθεν οὖν ὁ Φωκᾶς, ὡς εἶχε, διὰ ταχέων ἄνεισιν εἰς τὴν Ἰβηρίαν, καὶ Δαβὶδ τῷ τῶν Ἰβήρων ἄρχοντι προσελθὼν εἰς ἐπικουρίαν ᾔτει στρατόν· τοῦ δὲ μετὰ προθυμίας ὑπηρετοῦντος (ἐπεφιλίωτο γὰρ τῷ Φωκᾷ ἐξ οὗ δοὺξ ἦν ἐν Χαλδίᾳ) λαὸν ἐκεῖθεν εἰληφὼς οὐκ ὀλίγον, ἀθροίσας δὲ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐσκεδασμένους ὄντας ἐκ τῆς τροπῆς, κάτεισιν εἰς Παγκάλειαν, ἔνθα στρατοπεδευσάμενος ἦν ὁ Σκληρός. τόπος δὲ ἡ Παγκάλεια, πεδίον ἀναπεπταμένον τε καὶ ἱππήλατον, ἔγγιστά που τοῦ ποταμοῦ Ἅλυος κείμενον. καὶ γίνεται πάλιν καρτερὸς ἀγών. ἐνταῦθα τὸν ἑαυ-

4 *τὸ* C 7 *παραθαρρύνων* C 9 *βασιλικὸν* C 17 *Ἰωάννῃ* margo P 19 *ὅτου* C 24 *κείμενος* C

iam factum, sed non laxatis equo habenis lente progressum, evasisse. sic Phocas cum suis elapsus, occupato Charsiano et castris positis, de futuro cogitavit, interim multos ad se accedentes imperatoris nomine honoribus afficiens, suorumque alacritatem beneficiis excitans. eum subsecutus Durus, castris ad Thermas imperatorias (loci hoc nomen est) locatis, cognominem suum (utrique enim Bardae erat nomen) ad pugnam provocat. quo alacriter assentiente rursum pugna committitur. ac tametsi aliquamdiu restitissent milites Phocae, ipso undiquaque circumequitante et ferrea clava hostium dissipante ordines atque innumeras edente caedes, tamen fusi ad extremum fugam faciunt.

Ab hoc praelio Phocas quanta fieri poterat celeritate in Iberiam abit, et a Davido eius regionis principe suppetias petit, et impetrat sane haud exiguas. erat enim Phocas amicitia iunctus Davido ex eo tempore quo Chaldiae dux fuerat. cum his et suis quos ex fuga collegerat, ad Pancaleam (campus est latus ac rei equestri aptus, proxime Alyn flumen situs) ducit, ubi Duri castra erant. rursum omni vi pugna-

P 693 τοῦ λαὸν θεασάμενος ὁ Φωκᾶς κατὰ μικρὸν ἐνδιδόντα καὶ πρὸς φυγὴν βλέποντα, βέλτιον εἶναι κρίνας τὸν εὐκλεῆ θάνατον τῆς ἀγεννοῦς καὶ ἐπονειδίστου ζωῆς, τὰς τῶν ἐναντίων συγκόψας φάλαγγας πρὸς αὐτὸν μετὰ σφοδρότητος ἵεται τὸν Σκληρόν. εὐρώστως δὲ κἀκείνου τὴν αὐτοῦ ὑποδεξαμένου ὁρμήν, καὶ μηδενὸς τῶν στρατιωτῶν ἐπιβοηθοῦντος, ἀλλὰ τῷ τῶν ἀρχηγῶν ἀγῶνι κριθῆναι τὰ πράγματα βουλευομένων (καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐφαίνετο πάγκαλόν τι θέαμα καὶ κατάπληξιν τοῖς ὁρῶσιν ἐπάγον ἀνδρῶν δύο μονομαχία ἐπ᾽ εὐτολμίᾳ καὶ ῥώμῃ ψυχῆς μέγα φρονούντων), ὑποστάντες ἀλλήλους συστάδην ἐμάχοντο. καὶ ὁ μὲν Σκληρὸς τοῦ ἵππου τοῦ Φωκᾶ τὸ δεξιὸν οὖς σὺν τῷ χαλινῷ παίσας ἀποκό- B πτει τῷ ξίφει· ὁ δὲ Φωκᾶς τῇ κορύνῃ πατάξας αὐτὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦτον μὲν ἐπὶ τοῦ τραχήλου τοῦ ἵππου ῥίπτει τῷ βάρει τῆς πληγῆς κατενεχθέντα, αὐτὸς δὲ τὸν ἵππον κεντρίσας καὶ τὰς τῶν ἐναντίων διατεμὼν φάλαγγας ἔξεισι, καὶ πρός τινα λόφον ἀνελθὼν τοὺς ἐκ τῆς τροπῆς ἀνεκαλεῖτο. οἱ δὲ περὶ τὸν Σκληρὸν κακῶς ἔχοντα τοῦτον ἐκ τῆς πληγῆς θεασάμενοι καὶ ἤδη λειποψυχοῦντα τῷ τραύματι ἐπί τινα πηγὴν ἄγουσι τὸν λύθρον ἀπονιψόμενον· ὑπώπτευον γὰρ καὶ τὸν Φωκᾶν τελείῳ ἤδη παραδοθῆναι ἀφανισμῷ. τοῦ ἵππου δὲ ἀποσκιρτήσαντος καὶ τὸν κατέχοντα ἀποδράντος καὶ διὰ τῶν στρατευμάτων ἐπιβάτου χωρὶς θέοντος C ἀτάκτῳ ῥύμῃ, καὶ τῷ αἵματι πεφυρμένου (Αἰγύπτιον τὸν ἵππον ἐκάλουν), καὶ καταμαθόντες οὗ τινὸς ὁ ἵππος, καὶ νομίσαντες τὸν ἑαυτῶν ἄρχοντα πεπτωκέναι, ἀκόσμως τρέπονται πρὸς φυγήν, κρημνοῖς καὶ Ἄλυϊ τῷ ποταμῷ ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς καὶ ἀκλεῶς

tum. atque hic Phocas cernens suos paulatim succumbere atque ad fugam spectare, honestam mortem turpi atque infami vitae praestare ratus disiectis hostium ordinibus in ipsum vehementi impetu fertur Durum fortiter subsistentem, nemine militum opitulante, quod omnes certamine ducum decerni bellum cuperent. et quidem pulcherrimum videbatur spectaculum, magnamque admirationem spectatoribus excitaturum, singulare certamen intueri duorum virorum audacia atque animi robore praestantissimorum. his ergo cominus duellum ineuntibus, Durus Phocae equi aurem dextram una cum fraeno ense amputat, Phocas caput Duri clava ita ferit, ut is vi ictu prostratus collo equi incumberet: ipse ordinibus hostium perruptis citato equo evadit, et in tumulum quendam evectus suos e fuga colligit. Durum sui graviter ex ictu laborare iamque animo delinquere videntes, ad fontem quendam adducunt cruoris eluendi causa: nam actum iam prorsus esse de Phoca putabant. ibi cum equus Duri, Aegyptius nomine, ab eo qui ipsum tenebat se avellisset, ac sine sessore per ordines incerto impetu cruore oppletus discurreret, agnito eo milites Duri, suum imperatorem occubuisse rati, fugam inordinatam faciunt, per praecipitia sese et in Alyn amnem deii-

ἀπολλύμενοι, μηδενὸς ὄντος τοῦ διώκοντος. τοῦτο κατιδὼν ὁ Φωκᾶς ἀπὸ τοῦ λόφου, καὶ θεῖον ἔργον εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἦν εἰκός, ὑποτοπάσας, κάτεισι μετὰ τῶν συνόντων ἐπιδιώκων τοὺς φεύγοντας ὑπ' ἀλλήλων συμπατουμένους καὶ ἀλκῆς ὅλως μὴ μεμνημένους, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν τοὺς δὲ χειρούμενος. ὁ δὲ Σκληρὸς μετ' ὀλίγον διασωθεὶς φεύγει πρὸς Μαρτυρόπολιν. ἐκεῖθεν δὲ πρεσβευτὴν ἐκπέμπει τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν Κωνσταντῖνον D πρὸς Χοσρόην τὸν τῆς Βαβυλῶνος ἄρχοντα, ἐπικουρίαν καὶ συμμαχίαν αἰτῶν. παρέλκοντος δ' ἐκείνου καὶ μήτε τῇ δόσει συντιθεμένου μήτ' ἀπαναινομένου, καὶ τοῦ Κωνσταντίνου χρονοτριβοῦντος, ἠναγκάσθη καὶ αὐτὸς ὁ Σκληρὸς μετὰ τῶν συνόντων ἁπάντων πρὸς Χοσρόην φοιτῆσαι.

Τῆς δὲ τοῦ Σκληροῦ τροπῆς ἀγγελθείσης τῷ βασιλεῖ διὰ γραμμάτων τοῦ Φωκᾶ, καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα ἀναχωρήσεως, τοῦτον μὲν ὁ βασιλεὺς ἀποδεξάμενος ἀξίως ἐτίμησε, πρὸς δὲ Χοσρόην τὸν τῆς Βαβυλῶνος ἀμερμουμνῆν πρεσβευτὴν ἐκπέμπει τὸν Βέστην Νικηφόρον τὸν Οὐρανόν, ἱκετεύων μηδεμιᾶς ἐπιστροφῆς ἀξιῶσαι τὸν ἀποστάτην, μηδὲ θελῆσαι παράδειγμα γενέσθαι τοῖς ὀψιγόνοις φαῦλον, ἀμελήσας μὲν βασιλέως ἀδικουμένου βασιλεὺς καὶ αὐτὸς ὤν, προσθέμενος δὲ τυράννῳ ἀδίκῳ καὶ ἀπο- P 694 στάτῃ. ἐνεχείρισε δὲ καὶ γράμματα βασιλικὰ ἐνσεσημασμένα, δι' ὧν συμπαθείας ἁπάσης κακῶν ἠξίου τὸν Σκληρὸν καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ, εἰ μεταμαθόντες τὸ δέον τόν τε ἑαυτῶν ἐπιγνῶσι δε-

3 ὑποτοπήσας C, ὑπονοήσας margo 12 προσχωρῆσαι χοσρόῃ C

cientes ac turpiter pereuntes, nemine insequente. quod de colle videns Phocas, deique hoc fieri, ut sane fiebat, nutu sentiens, cum suis descendit et fugientibus instat, sese invicem conculcantibus et omnis defensionis oblitis, eorumque alios interficit alios capit. Durus cum paucis elapsus Martyropolim confugit. inde fratrem suum Constantinum ad Chosroen Babylonis principem mittit, societatem et auxilia petitum. cumque is moras nectens neque annueret neque denegaret quod petebatur, ideoque Constantinus diutius abesset, coactus ipse quoque cum omnibus suis eodem abit.

Imperator Phocae literis de Duri clade et Babylonica profectione certior factus, dignis honoribus Phocam remuneratus, ad Chosroen Babylonis amermumnam literas mittit, legato ad eam rem Besta Nicephoro, cui Uranus (id est Coelus) cognomen; ab eoque contendit ne quam perduellis rationem habeat, neque posteris mali exempli auctor esse velit, rex ipse regi iniurias factas negligens, tyranno autem iniusto et perduelli opitulans. dat legato etiam literas ab imperatore consignatas, quibus Durum et quos secum is habebat omnium peccatorum venia dignabatur, siquidem resipiscerent ac suum dominum agnoscerent et do-

σπότην καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ὑπονοστήσουσι. διασωθέντος δὲ πρὸς
Χοσρόην τοῦ Οὐρανοῦ καὶ τῶν βασιλικῶν φωραθέντων γραμμά-
των, ὁ Χοσρόης καὶ τὸν πρεσβευτὴν καὶ τὸν Σκληρὸν καὶ πάντας
τοὺς σὺν αὐτῷ Ῥωμαίους ὑπονοήσας φρουρᾷ παραδίδωσι. καὶ
τούτους μὲν εἶχεν ἡ φρουρά, τῶν δὲ μὴ συνανελθόντων ἀποστα-
τῶν τῷ Σκληρῷ Λέων μὲν ὁ αἰχμάλωτος καὶ οἱ τοῦ δοῦκα Ἀνδρο-
B νίκου τοῦ Λυδοῦ παῖδες Χριστοφόρος ὁ Ἐπείκτης καὶ Βάρδας ὁ
Μογγὸς (ἔφθη γὰρ ἐκεῖνος ἀποθανεῖν) τὸ Ἀρμακούριον καὶ τὴν
Πλατεῖαν πέτραν καὶ ἄλλα τινὰ φρούρια ἐρυμνὰ ἐν τῷ θέματι
κείμενα τῶν Θρᾳκησίων κατεσχηκότες ἀντεῖχον ἕως ὀγδόης ἰνδι-
κτιῶνος, καὶ ἐπεκδρομὰς ἐκ τούτων ποιούμενοι τὰ βασιλέως ἐλύ-
πουν· καὶ οὐ πρὶν ἐπαύσαντο τὰς χώρας ληλατοῦντες, πρὶν ἂν
ἀμνηστίαν εἰληφότες κακῶν διὰ Νικηφόρου πατρικίου τοῦ Παρσα-
κουτηνοῦ τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν.

Τότε δὴ καὶ Ἀντώνιος ὁ πατριάρχης, κατὰ τὴν τοῦ Σκλη-
ροῦ ἀποταξάμενος ἀποστασίαν τῇ ἱερατείᾳ, ἀπεβίω· καὶ χειροτο-
C νεῖται πατριάρχης Νικόλαος ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Χρυσοβέργιος, τῆς
ἐκκλησίας ἀποιμάντου διατελεσάσης ἐπὶ ἔτη τέσσαρα πρὸς τῷ ἡμί-
σει. ἐγένετο δὲ καὶ ἔκλειψις ἡλίου περὶ μέσην ἡμέραν, ὡς καὶ
ἀστέρας φανῆναι. τῶν δὲ Βουλγάρων ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ βασι-
λέως Ἰωάννου ἀποστατησάντων, ἄρχειν αὐτῶν προχειρίζονται
τέσσαρες ἀδελφοί, Δαβὶδ Μωϋσῆς Ἀαρὼν καὶ Σαμουήλ, ἑνὸς
τῶν παρὰ Βουλγάροις μέγα δυνηθέντων κόμητος ὄντες παῖδες καὶ

5 συνελθόντων C 6 δουκὸς C 11 ἐπιδρομὰς C 17 χρυσοβέργης C 18 πρὸς τῷ ἡμίσει τέσσαρα C

mum quisque suam se conferrent. cum ad Chosroen pervenisset Uranus literaeque imperatoris innotuissent, Chosroes sinistra suspicans et legatum et Durum omnesque qui cum ipso erant Romanos in custodiam tradidit. de perduellibus qui cum Duro eo non venerant, Leo captivus et Andronici Lydi ducae, qui iam e vivis excesserat, filii, Christifer Epeicta et Bardas Moncus, Armacurium, Latum saxum et alia munita castella in Thracensi provincia occuparunt; indeque factis eruptionibus, dicionem imperatoris infestando usque ad indictionem 8 perseverarunt, neque finem ante fecerunt latrociniorum quam promissa ipsis per Nicephorum patricium Parsacutinum impunitate ad imperatorem transiverunt.

Ceterum Antonius patriarcha cum sacerdotio renuntiasset Duro rebellionem movente, tum temporis mortuus est; creatusque patriarcha Nicolaus Chrysobergius, cum per 4 annos ecclesia pastore caruisset. sol etiam meridie defecit et stellae conspectae sunt. simulatque diem extremum clausit Tzimiscas imperator, Bulgari defecerunt et imperium in se quattuor fratribus commiserunt, Davido Mosi Aaroni et Samuelo, filiis unius cui erat magna inter Bulgaros potentia comitis, a qua re et

διὰ τοῦτο κομητόπουλοι κατονομαζόμενοι. τῶν γὰρ κατὰ γένος προσηκόντων τῷ Πέτρῳ οἱ μὲν ἄλλοι θανάτῳ διεκόπησαν, Βορίσης δὲ καὶ Ῥωμανὸς οἱ τούτου υἱοὶ εἰς τὴν πόλιν εἰσαχθέντες, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ἔμενον ἐν αὐτῇ, ὁ μὲν μάγιστρος παρὰ D τοῦ βασιλέως τιμηθεὶς Ἰωάννου, ὁ δὲ Ῥωμανὸς ἐκτμηθεὶς τὰ παιδουργὰ μόρια παρὰ τοῦ παρακοιμωμένου πρότερον Ἰωσήφ. καὶ ἐπεὶ συνέβη τὸν βασιλέα Ἰωάννην ἀποθανεῖν, ἐκεῖθεν ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὴν Βουλγαρίαν φθάσαι ἠπείγοντο. καὶ ὁ μὲν Βορίσης τόξῳ βληθεὶς ἐν τῷ διιέναι κατά τινα λόχμην παρά τινος Βουλγάρου νομίσαντος αὐτὸν Ῥωμαῖον εἶναι (ἐνεδέδυτο γὰρ στολὴν Ῥωμαϊκὴν) ἀπόλλυται, Ῥωμανὸς δὲ διασώζεται, καὶ χρόνῳ ὕστερον ἐπάνεισι πάλιν εἰς τὴν βασιλίδα, ὡς ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ λελέξεται. τούτων δὲ τῶν τεσσάρων ἀδελφῶν Δαβὶδ μὲν εὐθὺς ἀπεβίω ἀναιρεθεὶς μέσον Καστορίας καὶ Πρέσπας καὶ τὰς λεγομένας Καλὰς δρῦς παρά τινων Βλαχῶν ὁδιτῶν, Μωϋσῆς δὲ τὰς Σέρρας πολιορκῶν λίθῳ ἀπὸ τοῦ τείχους βληθεὶς ἐτελεύτησε· καὶ τὸν Ἀαρὼν δὲ τὰ Ῥωμαίων, ὡς λέγεται, φρονοῦντα ἢ τὴν ἀρχὴν εἰς ἑαυτὸν σφετεριζόμενον ἀνεῖλεν ὁ ἀδελφὸς Σαμουὴλ παγγενεί, κατὰ τὴν ιδʹ τοῦ Ἰουλίου μηνός, ἐν τῇ τοποθεσίᾳ τῆς Ῥαμετανίτζας, μόνου Βλαδοσθλάβου τοῦ καὶ Ἰωάννου διασωθέντος, τοῦ P 695 υἱοῦ αὐτοῦ, παρὰ Ῥαδομηροῦ τοῦ καὶ Ῥωμανοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Σαμουήλ. καὶ καθίσταται μόναρχος Βουλγαρίας ἁπάσης ὁ Σαμουήλ. οὗτος πολεμικὸς ἄνθρωπος ὢν καὶ μηδέποτε εἰδὼς ἠρεμεῖν, τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ταῖς πρὸς τὸν Σκληρὸν μάχαις

2 βορίσσης C, ut solet 6 μόρια om C 9 λόχμον C, δάσος margo 10 καὶ γὰρ C 11 ἀπόλλυτο C 14 ἀναιρεθεὶς — 15 ὁδιτῶν add C 15 μωσῆς C 17 ἢ — 18 σφετεριζόμενον add C 19 κατὰ — Ῥαμετανίτζας add C 20 Σφενδοθλάβου C 21 δομηροῦ C 22 καὶ — Σαμουήλ add C

Comitopuli appellabantur. etenim de Petri gente reliquos mors abstulerat: Borises autem et Romanus huius filii abducti, ut ante rettulimus, in urbem ibi degebant, Borises magistri dignitate a Tzimisca ornatus, Romanus a Iosepho cubiculario intimo castratus. mortuo Tzimisca ex urbe profugerunt et in Bulgariam contenderunt. ac Borisen quidem Romano habitu indutum, dum per silvam quandam transit, Bulgarus quidam Romanum esse ratus interfecit. Romanus incolumis mansit, et aliquanto post in urbem rediit, ut suo loco dicetur. de quattuor autem istis fratribus Davidus quidem statim obiit, Moses autem Serras oppugnans saxo a muro ictus periit. Aaronem Romanis rebus, ut ferebatur, faventem frater Samuelus cum sobole interfecit, solo Bladosthlabo, qui etiam Ioannes usurpatur, filio eius erepto a Radomero Samueli filio, quem et Romanum vocant. is Samuelus homo bellicosus ac quietis impatiens, nactus licentiam Romanis exercitibus bello adversus Durum oc-

ἀσχολουμένων ἀδείας τυχὼν κατέδραμε πᾶσαν τὴν ἑσπέραν, οὐ μόνον Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν καὶ τὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ πρόσχωρα, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν καὶ Ἑλλάδα καὶ Πελοπόννησον· καὶ πολλὰ φρούρια παρεστήσατο, ὧν ἦν τὸ κορυφαῖον ἡ Λάρισσα, ἧς τοὺς ἐποίκους μετῴκισεν εἰς τὰ τῆς Βουλγαρίας ἐνδότερα πανεστίους, καὶ τοῖς καταλόγοις τῶν ἑαυτοῦ κατατάξας στρατιωτῶν συμμάχοις B ἐχρῆτο κατὰ Ῥωμαίων. μετήγαγε δὲ καὶ τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Ἀχιλλείου, ἐπισκόπου Λαρίσσης χρηματίσαντος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου κἀν τῇ μεγάλῃ καὶ πρώτῃ συνόδῳ παρόντος σὺν Ῥηγίνῳ Σκοπέλων καὶ Διοδώρῳ Τρίκκης, καὶ εἰς τὴν Πρέσπαν ἀπέθετο, ἔνθα ἦσαν αὐτῷ τὰ βασίλεια.

Ἀμύνασθαι δὲ τοῦτον ὁ βασιλεὺς τῶν εἰργασμένων γλιχόμενος, ἐπείπερ ἀπετινάξατο τὰς περὶ τοῦ Σκληροῦ φροντίδας, τὰς Ῥωμαϊκὰς ἀθροίσας δυνάμεις αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ εἰσβολὴν ἐν Βουλγαρίᾳ ἐδόκει ποιήσασθαι, Βάρδαν τὸν Φωκᾶν ἔτι τῶν σχολῶν δομέστικον ὄντα καὶ τοὺς λοιποὺς ἑῴους δυνάστας μηδ' ἀξιώσας λόγου. εἰσερχόμενος δὲ ἐν Βουλγαρίᾳ διὰ τῆς παρὰ τῇ Ῥοδόπῃ καὶ τῷ ποταμῷ Ἕβρῳ, τὸν μάγιστρον Λέοντα τὸν Μελισσηνὸν κατόπιν εἴασε, τὰς δυσχωρίας φυλάττειν προστάξας· αὐτὸς δὲ C τὰ μεταξὺ Τριαδίτζης, ἥτις πάλαι Σαρδικὴ ἐπωνόμαστο, στενὰ διελθὼν καὶ τὰς λόχμας, καὶ ἔν τινι τόπῳ Στοπωνίῳ λεγομένῳ γενόμενος, ἔθετο χάρακα, ἐκεῖσέ τε διενοεῖτο πῶς ἂν ἐπιχειρήσῃ τῇ πολιορκίᾳ τῆς Σαρδικῆς. ἠκούετο δὲ καὶ ὁ Σαμουὴλ τὰς κορυ-

6 στρατῶν P 8 Κωνσταντίνου — 10 Τρίκκης add C 17 ἐν πλοιαρίῳ C 20 post ἐπωνόμαστο C: ἐν ᾗ καὶ τῶν δυτικῶν τριακοσίων ἐπισκόπων σύνοδος γέγονε Κώνσταντος τοῦ τῆς δύσεως καὶ Κωνσταντίνου τοῦ τῆς ἀνατολῆς βασιλέως κελεύσει, τῶν υἱῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου 21 στοπονίῳ C

cupatis, totum Occidentem incursionibus vexavit, non Thraciam modo et Macedoniam ac Thessalonicae propinqua, sed Thessaliam quoque, Graeciam et Peloponnesum. ac multa cepit castella, quorum praecipuum Larissa. huius incolas cum totis familiis in intimam transtulit Bulgariam et suorum militum tabulis inscripsit, eorumque opera contra Romanos usus est. avexit etiam reliquias S. Achillei, qui episcopus Larissae fuerat, et Prespae, ubi regiam habebat suam, deposuit.

Proinde Basilius imperator, ut primum Duri negotio se expediit, ulcisci Samueli maleficia cupiens, collectis Romanis exercitibus in Bulgariam ipse ducere statuit, ne communicata quidem re cum Barda Phoca scholarum etiamnum domestico et reliquis orientalibus ducibus. ergo per Rhodopae ac Euro flumini regiones propinquas Bulgariam ingressus magistrum Leonem Melissenum a tergo relinquit, qui angustias custodiret: ipse faucibus et silvis quae sunt ad Triaditzam (olim haec Sardica dicebatur) peragratis, in loco cui Stoponio nomen, castra ponit, ibique de oppugnanda Sardica cogitationes instituit. audiebatur etiam

φὰς τῶν κύκλωθεν ὀρέων κατέχων (πρὸς φανερὰν γὰρ συμπλοκὴν καὶ ἀγχέμαχον ἐδειλία) καὶ πάντοθεν ἐνεδρεύων, εἴ πως δυνηθείη βλάψαι τοὺς ἐναντίους. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο καὶ τοιοῦτος ἦν τῷ βασιλεῖ ὁ σκοπός, Στέφανος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν τῆς δύσεως, ὃν διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας Κοντοστέφανον ἐπωνόμαζον, ἀπεχθέστατος ὢν Λέοντι τῷ Μελισσηνῷ πρόσεισι νυκτὸς ἤδη D *καταλαβούσης τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀναζευγνύειν ὡς τάχιστα παρεκάλει, τὰ ἄλλα λογιζόμενον δεύτερα, καὶ τὴν βασιλίδα καταλαβεῖν, ὡς τοῦ Μελισσηνοῦ ἐποφθαλμιῶντος τῇ βασιλείᾳ κἀκεῖσε ἀπιόντος ἄρτι σὺν τάχει πολλῷ. ἐθρόησεν ὁ λόγος τὸν βασιλέα, καὶ ἀναζυγὴν εὐθέως ἐκήρυξεν. ὁ δὲ Σαμουὴλ τὴν ἀσύντακτον ἀναχώρησιν φυγὴν ὡς εἰκὸς εἶναι ὑποτοπάσας, ἐπεισπεσὼν ἀθρόως μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ βοῆς τούς τε Ῥωμαίους κατέπληξε καὶ φυγεῖν ἠνάγκασε, καὶ τὸ στρατόπεδον κατέσχε, καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἁπάσης ἐγένετο κύριος καὶ αὐτῆς τῆς βασιλικῆς σκηνῆς καὶ τῶν βασιλικῶν παρασήμων. μόλις δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ στενὰ διελθὼν εἰς Φιλιππούπολιν διασώζεται· ἐν ᾗ γενόμενος, καὶ τὸν Μελισσηνὸν* P 696 *ἀμετακίνητον εὑρὼν καὶ τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ φυλακὴν ἐπιμελῶς τηροῦντα, τῷ Κοντοστεφάνῳ ἐλοιδορεῖτο ὡς ψευσαμένῳ καὶ παραιτίῳ γεγονότι τοσούτου κακοῦ. οὗτος δὲ μὴ ἐνεγκὼν πρᾴως τὴν ἐπιτίμησιν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τραχυνόμενος καὶ δίκαια συμβουλεῦσαι ἰσχυριζόμενος, ἠνάγκασε τὸν βασιλέα διὰ τὴν ἀναίσχυν-*

2 ἀγχίμαχον C 3 κλέψαι C 8 τὰ] καὶ τὰ C 11 ἀναζευγνύειν margo P, ὑποστροφὴν margo C 12 ὑποτοπήσας C ἐπιπεσὼν C 17 φιλιππόπολιν C 18 εὐμετακίνητον C

Samuelum montes qui circumiacent tenere, ab aperto praelio metu abhorrentem, et undique insidias hostis laedendi causa tendentem. dum his intentus est imperator, Stephanus scholarum occidentalium domesticus, quem ob staturae humilitatem Contostephanum appellabant, Leoni Melisseno inimicissimus, nocte se iam intendente imperatorem adit, hortaturque ut omnibus rebus posthabitis motis castris Cpolin recurrat: Melissenum enim inhiare imperio, et ad urbem summa celeritate proficisci. hoc sermone conturbatus imperator statim castra moveri iubet. at Samuelus incompositum hostium discessum pro fuga, ut par erat, habens subito in eos cum clamore ac strepitu irruit, territosque in fugam coniicit, castris eorum potitur et impedimentis omnibus ipsisque adeo imperatoriis insignibus. imperator cum aegre per fauces Philippopolin pervenisset, inveniretque Melissenum in sua statione morantem diligenter sibi demandatam obire custodiam, exprobrat mendacium Contostephano, quod tanti mali causa fuisset. eumque non ferentem placide obiurgationem sed ferociter responsantem et contendentem se recte

τον ἰταμότητα ἀναπηδῆσαί τε τοῦ θρόνου, καὶ τῶν τριχῶν αὐτοῦ καὶ τῆς γενειάδος λαβόμενον κατασπάσαι εἰς γῆν.

Ἰνδικτιῶνος δὲ ιε', ἔτους ,ϛυϙδ', Ὀκτωβρίῳ μηνὶ ἐγένετο κλόνος μέγας, καὶ κατέπεσον οἰκίαι πολλαὶ καὶ ναοὶ καὶ μέρος τῆς σφαίρας τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας· ὅπερ πάλιν ὁ βασιλεὺς B φιλοτίμως ἐπηνωρθώσατο, δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τῆς ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι ᾠκοδόμουν τὸ πεπτωκός, χρυσίου κεντηνάρια δέκα.

Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων μεγιστᾶνες μηνιῶντες τῷ βασιλεῖ, ὁ μὲν Φωκᾶς Βάρδας καί τινες σὺν αὐτῷ ὅτι περ εἰς Βουλγαρίαν ἐκστρατεύσας ὑπερεῖδεν αὐτούς, μηδ' ἐν Καρὸς λογισάμενος μοίρᾳ, ἄλλοι δὲ καὶ ἄλλοι δι' ἄλλους προπηλακισμούς τε καὶ παροινίας, ὁ δὲ μάγιστρος Εὐστάθιος ὁ Μαλεΐνος διὰ τὸ ἀτίμως ἀπὸ τῆς εἰρημένης ἐκστρατείας ἀποπεμφθῆναι, συναθροισθέντες ἐν τῷ Χαρσιανῷ κατὰ τὸν οἶκον τοῦ ῥηθέντος Μαλεΐνου, ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνός, τῆς ιε' ἰνδικτιῶνος, Βάρδαν τὸν Φωκᾶν ἀνεῖπον βασιλέα, C διάδημά τε περιθέντες αὐτῷ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας γνωρίσματα. τούτου δὲ ἀναγορευθέντος ἠγγέλλετο καὶ ὁ Σκληρὸς ἥκων ἀπὸ Συρίας. καθειρχθεὶς γάρ, ὡς εἴπομεν, παρὰ τοῦ Χοσρόου μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐν Βαβυλῶνι ἔμενε τηρούμενος ἐν τῇ φρουρᾷ, πάσης ἐπιμελείας ἐστερημένος καὶ τῇ ἐκ τῆς καθείρξεως κακουχίᾳ καὶ ταῖς τῶν φυλαττόντων παροινίαις τετρυχωμένος· ἐξαίφνης δ' ἐπέλαμψεν αὐτῷ τύχη λαμπρά, καὶ τῆς φυλακῆς ἐκβάλλεται σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν παραδόξως. οἵῳ δὲ τρόπῳ τῶν δεσμῶν ἠλευ-

8 ᾠκονόμουν C 20 φρουρούμενος C

consuluisse, impudenti hominis petulantia irritatus solio desiliens crinibus ac barba arripit et in terram prosternit.

Indictione 15, anno mundi 6494, mense Octobri, terra vehementer concussa multae domus atque templa corruerunt et pars sphaerae magnae dei aedis. quam imperator magnifice refecit, impensis in solas machinas quibus fabri insistentes materiam sursum attractam excipiebant et operi adhibebant, centenariis auri decem.

Interim Romani imperii proceres imperatori succensentes, Phocas Bardas et quidam cum ipso, quod Bulgaricam instituens expeditionem ipsos sprevisset nulloque numero habuisset, alii alias ob contumelias, Eustathius magister Maleinus, quod ignominiose a dicta expeditione fuerat dimissus, Charsiani in domo Maleini coeuntes die Augusti 15, indictione 15, Bardam Phocam imperatorem designant diademateque et aliis imperii insignibus exornant. simul nuntiabatur Durum e Syria adventare. is enim a Chosroe, uti exposuimus, in carcerem compactus Babylone in custodia vixerat, omni cura corporis destitutus, carcerisque incommodis et custodum contumeliis divexatus. subito ei affulsit fortuna propitia, ipsumque cum suis carcere eduxit. quo autem modo vin-

θερώθη, καὶ ὅπως εἰς τὰ Ῥωμαίων ἤδη διεσώθη καὶ ἐπανῆλθεν, ἄπεισι λέξων ὁ λόγος.

Τὸ τῶν Περσῶν γένος τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας ἀφαιρεθὲν D ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν ἀεὶ μὲν ἐνεκότει τούτοις καὶ ἐνεδομύχει, καὶ καιρὸν ἐζήτει καὶ μηχανὴν ὅπως τοὺς τὸ κράτος ἔχοντας κατασπάσῃ καὶ τὴν πάτριον πάλιν ἀναλάβῃ ἀρχήν· ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀνὴρ ἐξ εὐγενοῦς σειρᾶς καταγόμενος, Ἴναργος τοὔνομα, λέγειν τε δεινὸς καὶ ἄλλως πολεμικὸς καὶ δραστήριος ἄνθρωπος. οὗτος τὸν βασιλέα Χοσρόην κατανοήσας ἀνειμένως καὶ φαύλως ἄρχοντα, καὶ νῦν παρεῖναι ὃν ἐζήτουν οἱ Πέρσαι καιρὸν οἰηθείς, ἀνασείει τε τὸ γένος τῶν Ἀχαιμενιδῶν ἅπαν καὶ ἀπόστασιν κινεῖ κατὰ τῶν Σαρακηνῶν. προσλαβόμενος δὲ καὶ μισθοφορικὸν ἀπὸ τῶν ἑῴων Τούρκων ἀμφὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας ἐδῄου καὶ κατέτρεχε τὰ Σαρακηνῶν, ἄρδην ἀναιρῶν τοὺς ἁλισκομένους καὶ μηδὲ παίδων φειδό- P 697 μενος. πρὸς τοῦτον ὁ Χοσρόης πολλάκις καὶ διὰ τῶν οἰκείων στρατηγῶν καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἀντιπαραταξάμενος ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἡττήθη. ἀπογνοὺς οὖν λοιπὸν καὶ εἰδὼς μὴ ὢν ἱκανὸς ὅπλα ἀπὸ τοῦδε κινῆσαι κατὰ Περσῶν, τῶν αὐτοῦ στρατευμάτων πολλάκις κατακοπέντων καὶ μηδ' ὄνομα στεγόντων ἀκοῦσαι Περσῶν, εἰς ἔννοιαν ἔρχεται τῶν ἐν τῇ φρουρᾷ Ῥωμαίων, ἐπιλογισάμενος λίαν ἐμφρόνως ὡς εἰ μή τις τῶν ἐπισήμων ἦν καὶ ἐμφανῶν ὁ καθειργμένος καὶ κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα γενναίως ἔχων, οὐκ ἂν τοῦ οἰκείου δεσπότου κατεξανέστη καὶ ἐς τόδε ἀνάγκης συνήλασε τοῦτον, καὶ μετὰ ταῦτα φυγὰς καὶ βίον διαντλῶν ἀτυχῆ B

1 διεσ. καὶ ἐπ.] ἐπανεσώθη C

culis liberatus in Romanas provincias incolumis pervenerit, iam nunc narrabimus.

Persica gens regno a Saracenis exuta nunquam non iis irascebatur, taciteque cogitabat et occasionem dispiciebat eos deiiciendi avitamque potentiam recuperandi. erat inter eos quidam stirpe nobilissima ortus Inargus, et eloquentia et bellica re clarus atque strenuus. is Chosroen sentiens dissolute atque inepte imperium gerere, iam nunc quaesitam diu opportunitatem Persis adesse ratus, universam Achaemenidarum gentem ad defectionem a Saracenis concitat, Turcarumque orientalium ad viginti milia mercede conducens, res Saracenorum agit atque fert, si quos cepisset, eos morte multans, ac ne pueris quidem parcens. cum hoc Chosroes saepe ipse, saepe per duces suos praeliatus semper succubuit. desperata iam re, ac porro sentiens se arma contra Persas ferre non posse, cum saepe concisi ipsius exercitus iam ne nomen quidem Persarum audire sustinerent, Romanorum, quos captivos detinebat, recordatur. subitque ei prudenter admodum ratiocinari, nisi Sclerus illustrium unus esset ac summorum virorum et animi corporisque fortitudine praestans, nunquam eum profecto contra dominum suum insurre-

ὑπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων ὡς βασιλεὺς ἀνυμνεῖται. κοινολο-
γησάμενος μετὰ τῆς ἑαυτοῦ γερουσίας ἐκβάλλει τε τὸν ἄνδρα τοῦ-
τον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῆς φυλακῆς καὶ πάσης ἐπιμελείας κατ-
αξιοῖ, καὶ τελευταῖον τὴν περὶ τοῦ πολέμου προσφέρει ἀξίωσιν.
θρυπτομένου δὲ κατ' ἀρχὰς τοῦ Σκληροῦ, καὶ μετ' εἰρωνείας
πῶς ἂν δυνηθεῖεν λέγοντος ὅπλα κινῆσαι ἄνδρες ἐν τοσούτῳ καιρῷ
καθειργμένοι καὶ κατακόρως μετασχόντες τῶν ἐκ τῆς φρουρᾶς
κακοπαθειῶν, ὁ Χοσρόης καὶ πάλιν ἐνέκειτο, καὶ χρήματα λαβεῖν
αὐτὸν ἱκέτευεν ἀριθμοῦ διεκπίπτοντα καὶ στρατεύματα πλήθει τε
C ἄπειρα καὶ λαμπρὰ ταῖς παρασκευαῖς, καὶ στρατηγῆσαι τὸν πόλε-
μον, καὶ μὴ μνησικακῆσαι τῆς καθείρξεως, ὡς δυναμένου καὶ
αὐτοῦ τοῖς μετὰ ταῦτα καλοῖς καὶ ταῖς φιλοφροσύναις ἐπηλυγάσαι
τὰ προφθάσαντα κακὰ καὶ τὰς ἐκ τῆς φυλακῆς ἀηδίας. πείθεται
τὸ τελευταῖον ὁ Σκληρός, καὶ ἐκτελέσειν ὑπέσχετο τὸ κεκελευσμέ-
νον. στρατεύματα μέντοι λαβεῖν Ἀράβων ἢ Σαρακηνῶν ἢ ἑτέρων
ἐθνῶν τῶν τῷ Χοσρόῃ ὑποκειμένων οὐδ' ὅλως ἠνέσχετο, τὰς δὲ
φυλακὰς τῶν ἐν Συρίᾳ πόλεων ἀναζητῆσαι ἠξίωσε, καὶ τοὺς ἐν
αὐταῖς κρατουμένους Ῥωμαίους ἐξαγαγεῖν καὶ καθοπλίσαι, μετὰ
τούτων καὶ οὐκ ἄλλως λέγων εἶναι δυνατὸν αὐτῷ τὸν πρὸς τοὺς
D Πέρσας ἀναδέξασθαι πόλεμον. ἐδέξατο ὁ Χοσρόης τὸν λόγον, καὶ
αἱ φυλακαὶ ταχὺ ἀνεῴγνυντο, καὶ οἱ ἐν αὐταῖς ἠλευθεροῦντο Ῥω-
μαῖοι, καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ τούτων ἄνδρες ὁμοῦ τρισχίλιοι·
οὓς εἰς βαλανεῖα ἐκδοὺς καὶ τὸν ἐκ τῆς καθείρξεως ῥύπον ἀπο-
καθάρας, ἐσθῆσί τε καὶ περιβολαῖς καιναῖς ἀμφιάσας, καὶ ἑκάστῳ

8 καὶ ante πάλιν om C 20 αἱρεῖσθαι C 22 ὁμοῦ om C

cturum, eumque in tantas angustias compulsurum, neque deinde exsuli et infelicem toleranti vitam tot tantosque viros imperatorium honorem habituros fuisse. ergo re cum suo senatu communicata Durum et comites eius e carcere educit omnique cura reficit, tandemque ab eo petit ut sibi in Persis debellandis operam navet. simulanter initio Durus id recusavit, causatus viros tanto tempore in custodia detentos carcerisque aerumnis attritos non posse arma ferre. Chosroes autem magis magisque instabat, flagitabatque ut pecuniam innumeram et exercitus numerosissimos splendideque instructos acciperet et bellum in Persas gereret, neque iniuriarum meminisset et carceris molestiarum, quas ipse in posterum amplissimis meritis esset aboliturus. tandem ergo Durus annuit et belli administrationem in se recipit. neque vero Arabes aut Saracenos aut alios Chosroi subditos populos ducere sustinet, sed Syriacarum urbium perlustrari iubet carceres, et qui in iis detinebantur captivi Romani educi atque armari, hoc et nullo alio exercitu se rem contra Persas gesturum affirmans. placuit consilium Chosroi, moxque aperti carceres, educti Romani, atque hoc modo ad tria virorum milia collecta. quos Durus in balnea misit, sordibusque et squalore in vinculis contra-

τὴν προσήκουσαν καὶ ἀρκοῦσαν δοὺς παντευχίαν, ὁδηγοὺς τῆς ὁδοῦ λαβὼν ἔξεισι μετ᾽ αὐτῶν κατὰ τῶν Περσῶν. γενομένης δὲ ἀντιπαρατάξεως, καὶ μετὰ ῥύμης σφοδρᾶς τῶν περὶ τὸν Σκληρὸν ἐπιθεμένων τοῖς Πέρσαις, ἐκεῖνοι τῷ ξένῳ τῆς καθοπλίσεως καὶ τῷ ἀήθει τῆς φωνῆς καὶ τῷ ἀγνώστῳ τῆς παρατάξεως, τὸ δὲ πλέον καὶ τῇ ῥαγδαίᾳ φορᾷ καὶ ῥύμῃ τῶν Ῥωμαίων καταπλαγέντες τρέπονται κατὰ κράτος καὶ πίπτουσι πανσυδί, ὡς μηδ᾽ ἄγγελον (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) περιλειφθῆναι τῆς συμφορᾶς, πεσόντος P 698 καὶ αὐτοῦ Ἰνάργου κατὰ τὴν προσβολήν. λείαν δ᾽ ὅτι πολλὴν περιβαλόμενοι καὶ ἵππους συχνοὺς οὐκέθ᾽ ὑποστρέψαι πρὸς Χοσρόην ἔγνωσαν, ἀλλὰ τῆς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀγούσης ἁψάμενοι καὶ συντόνῳ χρησάμενοι τῇ ὁδοιπορίᾳ ἔλαθον διαδράντες καὶ εἰς τὰ σφέτερα ἤδη διασωθέντες. ἕτερος δὲ λόγος ἔχει ὡς μετὰ τὴν κατὰ Περσῶν νίκην ἐπανελθόντας ἐδέξατο φιλοφρόνως αὐτοὺς ὁ Χοσρόης, καὶ ἐπεὶ μετ᾽ ὀλίγον τὸ τῆς ζωῆς αὐτὸν ἔφθασε τέλος, ἐπέσκηψε τῷ υἱῷ καὶ ὁμωνύμῳ καὶ μετ᾽ αὐτὸν βασιλεῖ συμμαχίαν δοῦναι τοῖς Ῥωμαίοις καὶ οἴκαδε πέμψαι. καὶ ὁ μὲν Σκληρὸς ἑνὶ τῶν εἰρημένων τρόπων τὴν Ῥωμαίων καταλαμβάνει γῆν, εὑρὼν B Βάρδαν τὸν Φωκᾶν ὡς βασιλέα ἀνευφημούμενον, καὶ αὐτὸς ὁμοίως παρὰ τῶν συνόντων ἀνευφημούμενος.

Οὕτω δὲ τὰ πράγματα εὑρηκὼς διακείμενα διάφορος ἦν καὶ ποικίλος ταῖς γνώμαις· ἑαυτὸν μὲν γὰρ ἀσθενέστατον ἔκρινεν εἰς τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν μόνον συνέχειν καὶ διακρατεῖν τὴν ἀποστασίαν·

7 πασσυδὶ C, πανστρατὶ margo 10 περιβαλλόμενοι libri 11 ἔγνωσαν om C

cto ablutis novis vestibus induit, armatosque ut cuiusque rationes postulabant, ductoribus itineris adscitis, hunc exercitum in Persas ducit. ubi adversis signis pugna inita est, Romani acrem impetum in Persas dant. qui et ignoto armaturae genere et insueta voce ac non ante visa ordinum ac pugnae ratione, praecipue vero violentia incursus perterriti, fusi et ad unum omnes caesi sunt, ne nuntio quidem, ut est in proverbio, cladis relicto. ipse etiam Inargus in prima acie cecidit. Romani ingentem praedam et plurimos equos adepti nequaquam ad Chosroen revertendum sibi duxerunt, sed viam quae in Romanam ducit dicionem ingressi magnis itineribus clam Saracenis effugerunt, inque eam pervenerunt. alius fertur sermo, Romanos victis Persis ad Chosroen rediisse et humaniter fuisse exceptos. eum paulo post vita excedentem Chosroi filio et successori suo mandasse ut Romanos adhibito praesidio in patriam deducat. sive hoc sive illo modo, in Romanos quidem fines pervenit Durus. cumque Bardam Phocam esse imperatorem designatum inveniret, ipse quoque a suis est salutatus imperator.

Cum autem in hunc rerum statum incidisset, in varias admodum partes animum cogitationibus distraxit. nam se quidem solum ad obti-

προσχωρῆσαι δὲ τῷ Φωκᾷ ἢ τῷ βασιλεῖ λίαν ἀγεννὲς ᾠήθη καὶ
ἄνανδρον. πολλὰ γοῦν γνωματεύσας μετὰ τῶν συνόντων, τέλος
τὸ μὲν μόνος ἀνευφημεῖσθαι ὡς βασιλεὺς παράβολον καὶ ἀλυσιτε-
C λὲς διὰ τὸ ἀδύνατον ἐλογίζετο, ἑνὶ δὲ προσφοιτῆσαι τῶν δυναστῶν
καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονῆσαι κατεγίνωσκε διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος
ἄδηλον. ἔγνω οὖν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἄμφω προσκτήσασθαι
τὰς ἀρχάς, ἵν' ἐξ ἀποτυχίας τὴν ἑτέραν ἔχῃ βοηθὸν καὶ συλλή-
πτορα. γράμματα μὲν οὖν αὐτὸς ἐκπέμπει πρὸς τὸν Φωκᾶν,
κοινοπραγίαν ἐξαιτῶν καὶ τῆς βασιλείας διανομήν, εἰ καταγωνί-
σασθαι δυνηθεῖεν τὸν βασιλέα. λάθρᾳ δὲ Ῥωμανὸν τὸν υἱὸν
ἐκπέμπει πρὸς τὸν βασιλέα ὡς τάχα αὐτομολήσαντα, λίαν ἐντρε-
χῶς λογισάμενός τε καὶ κρίνας, ἵν' εἰ μὲν ὁ Φωκᾶς ὑπερέχῃ, αὐ-
D τὸς εἴη σωτὴρ τοῦ παιδός, εἰ δ' ἐπικρατέστερα τὰ τοῦ βασιλέως
ὑπάρξει, αὐτὸς δι' ἐκείνου παραιτηθεὶς τοῦ κινδύνου ῥυσθείη.
καὶ ὁ μὲν Ῥωμανὸς δόκησιν φυγῆς παρασχὼν ἄπεισι πρὸς τὸν
βασιλέα· ὃν οὗτος φιλοφρόνως ἄγαν δεξάμενος καὶ περιχαρῶς
μάγιστρόν τε εὐθέως ἐτίμησε καὶ συμβούλῳ διὰ παντὸς ἐν τοῖς
πολέμοις ἐχρῆτο. καὶ γὰρ δὴ μετὰ τὴν εἰς Συρίαν ὑποχώρησιν
τοῦ Σκληροῦ τῶν φροντίδων ὁ βασιλεὺς ἀπαλλαγεὶς καὶ τῶν διοι-
κήσεων ἁπτόμενος ἀνδρικώτερον, ἐπεὶ ἔγνω τὸν παρακοιμώμενον
μὴ ἀρεσκόμενον τοῖς δρωμένοις ἀλλ' ὑποτονθορύζοντα καὶ δεινὰ
δράσειν, εἰ καιροῦ λάβοιτο, ἐλπιζόμενον, τοῦτον μὲν κατάγει τῆς

11 τὸν om C

nendum imperium videbat nequaquam satis habere virium, et vel Phocae vel imperatori se adiungere indignum iudicabat effeminatique hominis facinus. re diu multumque deliberata cum suis decrevit, si solus imperium sibi vindicaret, eum conatum, quia teneri propositum nullo modo posset, nimis temerarium inutilemque fore: tum rerum dubio exitu alteri se eorum penes quos summa erat coniungere, altero spreto, esse periculosum. itaque sibi, quantum eius fieri posset, utrumque conciliandum, ut alterutro successu carente apud alterum locum haberet et auxilium. ergo literis ad Phocam missis societatem cum eo imperatoris opprimendi imperiique partitionem secure inire significat. occulte autem Romanum filium, simulato eum transfugisse, ad imperatorem mittit, callidissime hoc meditatus, ut sive Phocas vicisset, filio ipse veniam impetraret, sive imperatoris res praevaluissent, filii deprecatione periculum evitaret. Romanus ergo simulato perfugio ad imperatorem abit, ab eoque benignissime et cum gaudio acceptus, statim magisterii ad dignitatem evectus, apud eum in summo deinceps honore fuit habitusque in bellis consiliarius. etenim imperator Duro in Syriam profecto solicitudine liberatus, cum rerum administrationi impensius sese daret, Basilium cubicularium, sentiens eum sua acta improbare et mussare atque haud dubie occasionem aliquando nactum facinus atrox contra se ausurum, aula di-

ἐξουσίας καὶ οἴκοι μένειν προστάττει, αὖθις δὲ μὴ ἠρεμοῦντα ὁρῶν ἀλλ' ἀεὶ μελετῶντα ἀλλόκοτα καὶ τὴν προτέραν ἀπειληφέναι P 699 *σπεύδοντα ἐξουσίαν ὑπερόριον ἀνὰ τὸ Στενὸν τίθησιν, ἀφελόμενος καὶ τὰ πλείω τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὡς μὴ κεχορηγημένην ἔχων ὕλην φθάσαι τι δρᾶσαι τῶν ἀνηκέστων· αὐτὸς δὲ τῆς ἐξ αὐτοῦ μονωθεὶς συμβουλῆς, καὶ φίλων δεόμενος καὶ συνεργῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι, τότε γνησίως τὸν Ῥωμανὸν προσεδέξατο, ἄνδρα εἰδὼς ἐντρεχῆ καὶ δραστήριον καὶ τὰ πολεμικὰ ἱκανώτατον.*

Βάρδας δὲ ὁ Φωκᾶς ὡς τὴν τοῦ Σκληροῦ ἐπάνοδον προσαγγελθεῖσαν ἐπύθετο, γράμματά τε ἐκπέμπει αὐτὰ ἐκεῖνα δηλοῦντα τὰ ἐκείνῳ πρὸς τρόπον, καὶ ὅρκοις ἐπιστοῦτο τὰς ὑποσχέσεις, "εἰ τῶν ἠλπισμένων τύχωμεν" λέγων, "σὺ μὲν ἄρξεις Ἀντιοχείας B *καὶ Φοινίκης καὶ Κοίλης Συρίας καὶ Παλαιστίνης καὶ Μεσοποταμίας, ἐγὼ δὲ ἄρχων ἔσομαι τῆς βασιλίδος αὐτῆς καὶ τῶν ὑπολοίπων ἐθνῶν." δεξάμενος δὲ περιχαρῶς ὁ Σκληρὸς τοὺς λόγους, καὶ τοῖς ὅρκοις θαρρήσας, ἄπεισιν ἐν Καππαδοκίᾳ πρὸς τὸν Φωκᾶν ὡς τάχα πληρώσων τὴν κοινοπραγίαν. ἐκεῖνος δὲ τοῦτον ἔνδον τῆς σαγήνης λαβὼν ἀπαμφιέννυσί τε τὰ τῆς βασιλείας παράσημα καὶ εἰς τὸ φρούριον τὸ Τυροποιὸν ἐκπέμπει, φρουρὰν οὐκ ἀγεννῆ περιστήσας αὐτῷ. αὐτὸς δὲ μέρος τοῦ στρατοῦ παρασχὼν Καλοκυρῷ πατρικίῳ τῷ Δελφηνᾷ ἐκπέμπει κατὰ τὴν ἀντίπορθμον τῇ βασιλίδι Χρυσόπολιν. τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν τῆς στρα-* C

6 *συγγενῶν* P 7 *ἄνδρα τε εἰδὼς νουνεχῆ* C 11 *ἐπὶ τοῦτο* C 22 *στρατηγίας* P

moverat domique suae se continere iusserat. rursum videns hominem non quiescere, sed semper mala consilia meditari ac de pristina potentia recuperanda cogitare, in Stenum relegarat, ademptis etiam plerisque facultatibus: nam sumptibus suppeditantibus grave aliquod moliri posset flagitium. proinde huius consiliis destitutus, amicisque opus habens quorum fidei temporibus dubiis se crederet, vere tunc Romanum amplexus est, virum sciens esse versutum ac strenuum et bellica re praestantissimum.

Bardas vero Phocas ubi de reditu Duri cognovit, literas ad eum mittit, hoc ipsum quod volebat Durus interposito etiam iureiurando offerentes. promittebat autem, re ex animi sententia confecta, se Duro Antiocheae Phoeniciae Coelesyriae Palaestinae et Mesopotamiae imperium cessurum, sibi Cpoli et reliquis gentibus servatis. laetus admodum has condiciones accepit Durus; iureiurandoque fidem adhibens, in Cappadociam ad Phocam abiit, ut quod de societate componenda reliquum erat perficeret. is cum eum in nassam illexisset, insignibus imperii exutum in castellum Tyropaeum mittit, valida septum custodia. inde partem exercitus Calocyro Delphinae patricio tradit, et ad Chrysopolin, quae ab altera freti parte contra Cpolin sita est, mittit: ipse

τιᾶς ἄγων μεθ' ἑαυτοῦ κάτεισιν εἰς Ἄβυδον, ἐλπίσας οὕτω κατεχομένων τῶν στενῶν πεπιεσμένους ἐνδείᾳ παραστήσεσθαι τοὺς πολίτας. ὁ δὲ βασιλεὺς πολλὰ παρακαλέσας τὸν Δελφινᾶν ἀπαναστῆναι τῆς Χρυσοπόλεως καὶ μὴ ἀντιμέτωπον τῇ βασιλίδι ποιεῖσθαι στρατοπεδείαν, ὡς οὐκ ἔπειθε, πλοῖα παρασκευάσας νυκτὸς καὶ τούτοις ἐμβιβάσας Ῥῶς (ἔτυχε γὰρ συμμαχίαν προσκαλεσάμενος ἐξ αὐτῶν, καὶ κηδεστὴν ποιησάμενος τὸν ἄρχοντα τούτων Βλαδιμηρὸν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀδελφῇ Ἄννῃ), περαιωθεὶς μετ' αὐτῶν D *ἀνοήτως ἐπιτίθεται τοῖς ἐχθροῖς καὶ ῥᾶον χειροῦται. τὸν μὲν οὖν Δελφινᾶν ἐπὶ ξύλου κρεμᾷ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ἔνθαπερ εἶχε τὴν σκηνὴν πεπηγμένην, τὸν δὲ ἀδελφὸν τοῦ Φωκᾶ Νικηφόρον τὸν τυφλὸν φρουρᾷ παραδίδωσι, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἁλοῦσι ποινὰς ἐπιθεὶς τὰς δοκούσας ὑπέστρεψεν εἰς τὴν βασιλίδα.*

Ὁ δὲ Φωκᾶς τὴν Ἄβυδον καταλαβὼν ἐπιμελῶς ἐπολιόρκει, ῥωμαλέως ὑφισταμένων καὶ τῶν ἔνδον τὴν πολιορκίαν, τοῦ δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων Κυριακοῦ προεκπεμφθέντος παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τοὺς ἔνδον παραθαρρύνοντος. μετὰ μικρὸν δὲ ἐπεραιώθη καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφός, κατόπιν δ' ἀφίκετο καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς· ὧν περαιωθέντων ὁ Φωκᾶς μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς προσεδρεύειν ἐπέταξε τῇ τῆς Ἀβύδου πολιορκίᾳ, αὐτὸς P 700 *δὲ τοῖς λοιποῖς τοῦ στρατοῦ ἀντιπαρατάττεται τοῖς βασιλεῦσι. καὶ μελλούσης ἤδη ἀρχὴν λαμβάνειν τῆς μάχης ὁ Φωκᾶς τοῦ ζῆν ἀγεννῶς τὸ γενναίως ἀποθανεῖν εὐγενῶς προκρίνας, τὸν βασιλέα θεασάμενος πόρρωθεν τῇδε κἀκεῖσε καθιππαζόμενον καὶ τὰς τῶν*

cum reliquo Abydum petit, sperans hoc modo angustiis occupatis se Cpolitanos rerum necessariarum inopia subacturum. imperator multis frustra hortatus Delphinam ut a Chrysopoli decederet neque castra e regione urbis haberet, noctu navibus adornatis Rossos imponit (nam ab iis suppetias impetraverat, quod sororem suam Annam Bladimero eorum principi matrimonio coniunxisset), cumque his non sentiente hoste freto traiecto, eos adortus nullo negotio opprimit. Delphinam in palo suffigit eo ipso loco, ubi tabernaculum is defixerat: fratrem Phocae Nicephorum caecum in custodiam dat, et reliquis captivis suo arbitratu punitis Cpolin redit.

Interim Phocas Abydum summa opera oppugnabat, oppidanis fortiter se defendentibus: nam drungarius rei navalis Cyriacus praemissus erat, qui oppidanorum animos confirmaret. paulo post traiecit ad Abydum Constantinus imperator, et subsecutus est statim frater eius Basilius. his ita gestis, Phocas parte exercitus ad obsidionem Abydi relicta, cum reliqua parte imperatoribus occurrit. iam ad pugnam conserendam nihil praeter classicum requirebatur, cum Phocas honeste potius oppetendam mortem quam turpiter vivendum ratus, cum videret imperatorem eminus hinc inde obequitantem ordinesque suorum instruentem

οἰκείων διακοσμοῦντα τάξεις καὶ παραθαρρύνοντα, καὶ πρὸς ἑαυτὸν λογισάμενος ὡς εἰ τούτου ἐπιτυχὴς γένηται, ῥᾷον ἂν καὶ τοὺς λοιποὺς καταγωνιεῖται, τὸν ἵππον μυωπίσας ῥαγδαίως ἵκετο κατ' αὐτοῦ, τὰς ἐναντίας φάλαγγας διακόπτων καὶ ἀνυπόστατος τοῖς πᾶσι φαινόμενος. ἤδη δὲ τῷ βασιλεῖ προσεγγίζων εὐθὺς ὑποστρέφει καὶ εἴς τινα λόφον ἄνεισι, καὶ τοῦ ἵππου ἀποβὰς καὶ πρὸς γῆν ἐκτείνας ἑαυτὸν ἀπέλιπε τὴν ζωήν, εἴτε παρά του τῶν στρατιωτῶν B ἐν τῷ ἀτάκτως φέρεσθαι καιρίαν τυπείς, εἴτε καὶ ἄλλως ἀπὸ σωματικῆς ἀταξίας κατεργασθείς· πληγὴν μέντοι οὐδ' ὅλως εὑρέθη ἐν τῷ σώματι ἔχων, καὶ διὰ τοῦτο ὁ λέγων λόγος δηλητηρίῳ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι κρατεῖ. φέρεται γὰρ ὅτι Συμεὼν ὁ πιστικώτατος τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, δώροις ὑπὸ βασιλέως ἀναπεισθείς, φαρμάκῳ τοῦτον ἀπέκτεινεν. εἰώθει γὰρ ὁ Φωκᾶς ἐν τῷ πολέμῳ ὕδατος ψυχροῦ πρὸ τῆς συμπλοκῆς ἀπογεύεσθαι· ὃ κἂν ταύτῃ τῇ συμβολῇ ποιήσας ἔλαθε συγκαταπιὼν τῷ ὕδατι καὶ τὸ δηλητήριον. C ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον ἐν τῷ λόφῳ κειμένου τοῦ Φωκᾶ ᾤοντο πάντες διά τινα σωματικὴν μαλακίαν ἀναπαύσει μικρᾷ ἑαυτὸν ἐκδεδωκέναι· ὡς δὲ ἐχρόνιζε κείμενος καὶ προσελθών τις νεκρὸν αὐτὸν εὗρε καὶ ἄναυδον καὶ διεγνώσθη τοῖς πᾶσιν ὁ τούτου θάνατος, οἱ μὲν ἀποστάται εὐθὺς εἰς φυγὴν ὥρμησαν, τὰ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπερρώσθη στρατεύματα, καὶ ἐδίωκον ἀμεταστρεπτί, καὶ ζωγροῦνται μὲν Λέων καὶ Θεόγνωστος οἱ Μελισσηνοί, Θεοδόσιος ὁ Μεσανύκτης καὶ ἄλλοι πολλοί. οὓς μεθ' ἑαυτοῦ ὁ βασιλεὺς εἰς

et animos dictis roborantem, secum cogitans, siquidem hunc deiecisset, se reliquis facile victoriam erepturum, calcaribus adacto equo per adversos ordines tanto impetu in imperatorem fertur ut eum subsisti posse nemo putaret. cum autem non procul iam ab imperatore abesset, subito conversus in quendam tumulum evadit, ibique ab equo descendit, et humi exporrectus exspirat. de morte eius varia feruntur. quidam, dum per hostes incomposito impetu ruit, letale vulnus accepisse putant, alii absque hoc ob corpus negligentius curatum periisse. certe nullum plagae signum in cadavere eius exstitit; quo fit ut veneno exstinctum fuisse fama obtinuerit. aiunt enim Simeonem, cui omnium famulorum maxime fidebat, ab imperatore muneribus corruptum aquam poturo cum praelium iniret (omnibus enim praeliis consuevisse Phocam ante conflictum frigidam bibere) venenum letale iniecisse, idque ab eo simul cum aqua haustum. cum aliquamdiu in tumulo isto iacuisset Phocas, universi putabant eum ob corporis aliquem languorem quieti se aliquantulum dedisse. sed cum diutius iaceret et aggressus quidam mortuum eum deprehendisset ac de morte eius rumor increbuisset, statim eius milites fugae se dederunt; et imperatoris copiae animis auctae pertinacissime eos insecutae sunt. inter captivos fuere Leo Theognostusque Melisseni, Theodosius Mesanyctes, et alii multi, quos Basilius imperator secum in

τὴν πόλιν εἰσαγαγὼν διὰ μέσης ἐθριάμβευσε τῆς ἀγορᾶς ὄνοις
D ἐφεζομένους, μόνου φεισάμενος Λέοντος τοῦ Μελισσηνοῦ. λέγε-
ται γὰρ οὗτος ἐπὶ τῆς παρατάξεως τῷ οἰκείῳ ἀδελφῷ Θεογνώστῳ,
ἐπιχλευάζοντι τοὺς βασιλεῖς καὶ ὕβρεις ἀπρεπεῖς ἐς αὐτοὺς ἀπορ-
ριπτοῦντι, ἐπιτιμῆσαί τε μετὰ δακρύων πολλά, καὶ παρακαλέσαι
παύσασθαι τῆς ἀθυροστομίας καὶ μὴ ἀναιδῶς ἐνυβρίζειν εἰς τοὺς
οἰκείους δεσπότας, ἐπεὶ δὲ μὴ ἔπειθε, καὶ τὸν σειρομάστην ἐκ-
τείνας δοῦναι τούτῳ πολλάς, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα θεωρὸν ὄντα
τῶν γινομένων ἀνειπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας "ἴδετε, ὦ οὗτοι, ἀφ'
ἑνὸς ξύλου καὶ σταυρὸν καὶ πτύον." διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν
λέγεται τῷ Λέοντι συγχωρηθῆναι τὸν θρίαμβον.

P 701 Ἄρτι δὲ τοῦ Φωκᾶ ἀποθανόντος κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα
τῆς δευτέρας ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ϛυϟζ´ ἔτους, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν
ἀποστασίας διαλυθείσης, ἀδείας λαβόμενος ὁ Σκληρὸς πάλιν ἀνε-
λάμβανεν ἑαυτὸν καὶ τὴν προτέραν ἐσωμάσκει ἀποστασίαν. ὅπερ
πυθόμενος ὁ βασιλεὺς γράμμασι παρῄνει κόρον λαβεῖν τῆς τῶν
Χριστιανικῶν χύσεως αἱμάτων, ἄνθρωπον καὶ αὐτὸν ὄντα καὶ θά-
νατον προσδεχόμενον καὶ κρίσιν, καὶ ὀψέ ποτε μεταμαθεῖν τὸ
συμφέρον, καὶ τὸν ἐκ θεοῦ δεδομένον ἄρχοντα ἐπιγνῶναι. τού-
τοις δὲ τοῖς γράμμασι μαλαχθεὶς ἐκεῖνος, καὶ πίστεις λαβὼν ὡς
οὐδὲν ὑποστήσεται φλαῦρον, κατατίθεται τὰ ὅπλα καὶ τῷ βασιλεῖ
B σπένδεται, κουροπαλάτης τιμηθείς. οὐ μέντοι γε καὶ ὀφθαλμοῖς
τὸν βασιλέα θεάσασθαι ἠξιώθη· κατὰ γὰρ τὴν ὁδὸν ἀορασίᾳ

17 χριστιανῶν C

urbem advectos per medium forum in triumpho duxit, asinis impositos. solum in hac re eximium habuit Leonem Melissenum. is enim fertur, cum iam acies instruerentur, Theognostum fratrem suum subsannantem et turpibus maledictis insectantem imperatores lacrimans graviter obiurgasse, et linguae ista petulantia abstinere iussisse, neque ita impudenter dominis suis conviciari; cumque is non obtemperaret, seiromasta intentato aliquot ei plagas imposuisse. atque ipsum imperatorem haec spectantem praesentibus dixisse "videtisne ex eodem ligno crucem et ventilabrum?" et hanc fuisse causam cur Leonem in triumpho non duceret.

Enimvero Phoca Aprili mense mortuo, indictione secunda, anno ab origine rerum 6497, eiusque rebellione compressa, Durus libertatem consecutus se ipsum recollegit, et pristinum conatum persequi coepit. quod ubi rescivit imperator, per literas eum hortatur ut tandem Christiani sanguinis fundendi finem faciat homo et in iudicio vitae gestae rationem redditurus. vel sero intelligat quid expediat, et magistratum sibi divinitus praelatum agnoscat. his literis Durus emollitus, cum ei fide publica de impunitate cautum esset ac securitate, et curopalatae dignitas in ipsum collata, cum imperatore in gratiam rediit. non tamen dignatus eum deus est ut oculis suis imperatorem intueretur: nam in

πληγεὶς τὴν ὁρατικὴν ἀπέβαλεν αἴσθησιν καὶ τυφλὸς εἰσήχθη πρὸς βασιλέα. ὃν χειραγωγούμενον ἐκεῖνος θεασάμενός φησι πρὸς τοὺς παρόντας "ὃν ἐφοβούμην καὶ ἔτρεμον, χειραγωγούμενος ἔρχεται."

Ἀπολυθεὶς δὲ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ φροντίδων ὁ βασιλεύς, πῶς ἂν διάθηται τὰ κατὰ τὸν Σαμουὴλ ἐσκόπει καὶ τοὺς λοιποὺς τοπάρχας, οἵτινες ταῖς ἀποστασίαις ἐνασχολουμένου ἄδειαν εἰληφότες οὐ μικρὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἐλύπησαν. ἔξεισιν οὖν εἰς τἀπὶ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας χωρία, καὶ κάτεισιν εἰς Θεσσαλονίκην, ἀποδώσων τὰ εὐχαριστήρια τῷ μεγαλομάρτυρι C Δημητρίῳ· ἐκεῖσέ τε Γρηγόριον μάγιστρον τὸν Ταρωνίτην ἄρχειν λιπών, δοὺς αὐτῷ καὶ στρατὸν ἀξιόμαχον ἐφ' ᾧ εἴργειν καὶ ἀνακόπτειν τὰς ἐπιδρομὰς τοῦ Σαμουήλ, αὐτὸς ὑποστρέψας κἀν τῇ βασιλίδι γενόμενος ἄνεισιν εἰς Ἰβηρίαν· ἤδη γὰρ καὶ ὁ κουροπαλάτης ἐτεθνήκει Δαβίδ, κληρονόμον τῶν αὐτῷ προσηκόντων γράψας τὸν βασιλέα. ἐκεῖσε δὲ γενόμενος, καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κληρονομίαν καταστησάμενος, καὶ τὸν τοῦ κουροπαλάτου Δαβὶδ Γεώργιον τὸν τῆς ἐνδοτέρω Ἰβηρίας ἄρχοντα τοῖς οἰκείοις ἀρκεῖσθαι πείσας καὶ μὴ ἐπιβαίνειν τοῖς ἀλλοτρίοις, σπεισάμενός τε αὐτῷ καὶ ὅμηρον εἰληφὼς τὸν τούτου υἱόν, ἄπεισιν εἰς Φοινίκην, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ἰβηρίᾳ κατὰ γένος D πρωτεύοντας, ὧν ἦσαν κορυφαῖοι ὁ Πακουριάνος καὶ Φεβδάτος καὶ Φέρσης οἱ αὐτάδελφοι, οὓς καὶ εἰς τὸν τῶν πατρικίων ἀνεβί-

10 μάρτυρι C

itinere visus sensum amisit, caecusque ad Basilium est introductus. et is conspecto Duro dixisse fertur adstantibus "quem ita metuebam ut contremiscerem, is aliorum manibus deductus venit."

Civilium bellorum mole ac curis liberatus imperator de ulciscendo Samuelo aliisque regulis consilia iniit; qui ipso rebellionibus occupato licentiam nacti haud exigua damna Romano imperio intulerant. exit ergo in Thraciam et Macedoniam, et Thessalonicam descendit, gratias actum magno martyri Demetrio. tum magistrum Gregorium Taronitam ibi cum valido praesidio relinquit ad reprimendas Samueli grassationes. ipse Cpolin reversus inde in Iberiam proficiscitur: nam eius regionis curopalates Davidus moriens imperatorem suarum possessionum heredem scripserat. eo igitur profectus, constituta hereditate, et Georgio Davidi fratre eo adducto ut is se interiore Iberia contentum fore neque aliena invasurum promitteret, icto foedere cum eo et accepto eius filio obside, in Phoeniciam pergit, secum ducens etiam suae Phoeniciae genere nobilissimos; quorum primarii erant Pacurianus, Phebdatus et Pherses fratres germani, quos etiam patricio honore decoravit. post-

βασε θῶκον. ἐν Φοινίκῃ δὲ γενόμενος, καὶ τὸν Τριπόλεως ἀμηρᾶν καὶ τὸν Δαμασκοῦ καὶ Τύρου καὶ Βηρύτου (οὗτοι γὰρ πρὸ ὀλίγου ὁμονοήσαντες καὶ ὅπλα κατὰ τῆς Ἀντιοχείας κινήσαντες, τοῦ βασιλέως τῷ πρὸς τὸν Φωκᾶν πολέμῳ σχολάζοντος, Δαμιανόν τε τὸν πατρίκιον ὃς ἦρχεν Ἀντιοχείας πολέμῳ συμβαλόντα τούτοις ἀνεῖλον καὶ κίνδυνον οὐ μικρὸν τῇ πόλει ἐπέσειον) ὡς ἐνῆν
P 702 *ἀσφαλισάμενος μένειν τῇ δουλώσει Ῥωμαίων, καὶ ὅμηρα λαβὼν ἐπαναζευγνύει πρὸς τὸ Βυζάντιον.*

Διόντα δὲ τοῦτον ἐκ Καππαδοκίας Εὐστάθιος μάγιστρος ὁ Μαλεῖνος ἐν τοῖς οἰκείοις ὑπεδέξατο πανστρατί, πᾶσαν αὐτῷ τε καὶ τῷ στρατεύματι ἀφθόνως παρεσχηκὼς χορηγίαν· ὃν ὡς τάχα ἀποδεξάμενος καὶ ἐπαινέσας καὶ μετ᾽ αὐτοῦ προσλαβόμενος εἰς τὴν βασιλίδα ἔκτοτε ὑποστρέψαι οὐ συνεχώρησεν, ἀλλὰ χορηγῶν αὐτῷ δαψιλῶς τὰ πρὸς τὴν χρείαν καὶ ὥσπερ τι θηρίον τρέφων ἔν τινι σηκῷ κατεῖχεν, ἕως αὐτὸν καὶ τὸ πέρας τοῦ βίου κατέλαβε. τού-
B *του δὲ ἀποθανόντος ἡ κτῆσις αὐτοῦ πᾶσα δεδημοσίευτο. ἔγραψε δὲ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς εἴργοντα τοὺς δυνατοὺς ἐν ὁμάδι χωρίων αὔξάνεσθαι. τοῦτο δὲ καὶ πρὸ αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ πορφυρογέννητος, ὁ πατροπάτωρ τοῦ βασιλέως, καὶ Ῥωμανὸς ὁ ἐκείνου πενθερὸς ἐποιήσαντο.*

Νικολάου δὲ τοῦ Χρυσοβέργη ἐπὶ χρόνους ιβ´ καὶ μῆνας η´ τὴν ἐκκλησίαν ἰθύναντος καὶ καταλύσαντος τὴν ζωήν, χειροτονεῖται Σισίνιος μάγιστρος, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ ἰατρικῆς τέχνης ἥκων

1 *τριπολίτην* C 16 *κτίσις* C

quam in Phoeniciam ventum est, Tripolis Damasci Tyri Berytique ameras (nam hi paulo ante ipso civili contra Phocam bello detento, inito foedere contra Antiocheam arma tulerant, et Damianum patricium eius urbis praefectum pugna congressum interfecerant, urbique haud exiguum periculum obiecerant) coegit Romanis parere. et quantum eius fieri poterat rebus istis in tutum redactis, acceptis etiam obsidibus, redit Byzantium.

In reditu eum per Cappadociam iter facientem magister Eustathius Maleinus hospitio excepit cum universo exercitu, omniaque abunde suppeditavit. quod officium se probare simulans imperator secum eum Cpolin abduxit, neque inde domum unquam reverti passus est, sed in urbe omnia copiosissime suppeditans, veluti feram in cavea alens, ad mortem eius usque detinuit. mortui omnia bona publicata sunt. lege etiam sanxit ne potentiores multiplicandis praediis augescerent, quanquam eadem etiam ab avo eius Constantino huiusque socero Romano lata fuit.

Nicolao Chrysobergio post administratum per annos duodecim cum besse patriarchatum vita functo substituitur Sisinnius magister, vir in-

εἰς τὸ ἀκρότατον, ἐν ἔτει ,ϛφγ', ἰνδικτιῶνος η'· ὅστις καὶ τοὺς διακρινομένους ἥνωσε διὰ τὴν τετραγαμίαν. καὶ οὗτος ἐπὶ τρεῖς μόνους ἐνιαυτοὺς τὴν ἐκκλησίαν ποιμάνας ἐξέστη τῆς ζωῆς, καὶ προεβλήθη Σέργιος ἡγούμενος ὢν τῆς μονῆς τοῦ Μανουὴλ καὶ τὸ C γένος ἀναφέρων πρὸς Φώτιον τὸν πατριάρχην.

Τοῦ δὲ Σαμουὴλ ἐκστρατεύσαντος κατὰ Θεσσαλονίκης, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος εἰς λόχους καὶ ἐνέδρας διαμερίσαντος, ὀλίγους δέ τινας εἰς ἐκδρομὴν ἄχρι Θεσσαλονίκης αὐτῆς πεπομφότος, ἐπιγνοὺς τὴν ἔφοδον ὁ δοὺξ Γρηγόριος τὸν μὲν οἰκεῖον υἱὸν Ἀσώτην ἔπεμψεν ἰδεῖν καὶ κατασκοπῆσαι τὸ πλῆθος καὶ αὐτῷ γνῶσιν δοῦναι, αὐτὸς δὲ ὄπισθεν εἵπετο. ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ τοῖς προδρόμοις συμπλακεὶς καὶ τρεψάμενος ἔλαθεν εἰς μέσους τοὺς λόχους περιληφθείς. τοῦτο ὡς ὁ Γρηγόριος ἔμαθεν, ἐβοήθει διὰ ταχέων τὸν D παῖδα τῆς αἰχμαλωσίας γλιχόμενος ἐκλυτρώσασθαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς κυκλωθεὶς ὑπὸ τῶν Βουλγάρων καὶ γενναίως καὶ ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος ἔπεσεν. ἀγγελθείσης δὲ τῷ βασιλεῖ τῆς τοῦ δουκὸς ἀναιρέσεως πέμπεται πάσης δύσεως ἄρχων ὁ μάγιστρος Νικηφόρος ὁ Οὐρανός· ἔφθασε γὰρ καὶ οὗτος τὴν ἐκ Βαβυλῶνος φυγὴν ὠνησάμενος καὶ τὴν βασιλίδα καταλαβών. ὅστις ἐν Θεσσαλονίκῃ γενόμενος, ἐπεὶ ἔγνω τὸν Σαμουὴλ τῇ τοῦ δουκὸς Γρηγορίου τοῦ Ταρωνίτου σφαγῇ καὶ τῇ ἁλώσει τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπαιρόμενον, καὶ διὰ τοῦτο τά τε Θετταλικὰ διαβάντα τέμπη καὶ τὸν Πηνειὸν περαιωσάμενον ποταμόν, Θετταλίαν τε καὶ Βοιωτίαν καὶ Ἀττικὴν

9 ἀσώτιον C

signis et medicae artis peritissimus, anno mundi supra sexies millesimum 503, indictione octava. is discidium propter quartas nuptias dudum ortum sustulit, concordia facta. cumque tres tantum annos ecclesiae praefuisset, vitam cum morte commutavit. ei suffectus est Sergius Manuelici monasterii praesul, genus a Photio patriarcha ducens.

Hoc maxime tempore Samuelus moto in Thessalonicam bello, copiis suis in insidias distributis, paucos quosdam excursionem usque ad eam urbem facere iubet. quod ut sensit praefectus Gregorius, Asoten filium suum mittit, qui exploraret hostium multitudinem et sibi indicaret. is in emissarios eos incidens, fusos insecutus, imprudens in medias incidit insidias. Gregorius re cognita illico ad ferendum auxilium festinat, ut filium hostium manibus eriperet. sed et ipse a Bulgaris circumventus fortiter pugnans interficitur. hac ducis clade intellecta mittitur totius Occidentis praefectus magister Nicephorus Uranus: nam et hic pretio dato Babylone Cpolin profugerat. is ut Thessalonicam pervenit, certior fit Samuelum animo elatum, quod ducem Gregorium Taronitam interfecisset filiumque eius cepisset, Thessalica iam Tempe transgressum et Peneum amnem transmisisse, et in Thessaliam Boeotiam atque Atti-

εἰσβαλόντα τε καὶ ἐν Πελοποννήσῳ διὰ τοῦ ἐν Κορίνθῳ ἰσθμοῦ,
P 703 *καὶ πάντα ταῦτα δῃοῦντα καὶ ληϊζόμενον, ἄρας καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν στρατευμάτων καὶ τὰς ὑπωρείας διελθὼν τοῦ Ὀλύμπου καὶ ἐν Λαρίσσῃ γενόμενος, κἀκεῖσε λιπὼν τὴν ἀποσκευὴν καὶ εὔζωνον λαβὼν τὸν στρατόν, τὴν Θετταλίαν ὁδοιπορίᾳ συντόνῳ διελθὼν καὶ τὸ τῆς Φαρσαλίας πεδίον καὶ τὸν Ἀπιδανὸν διαβὰς ποταμόν, κατὰ τὸ χεῖλος τοῦ Σπερχειοῦ ποταμοῦ πήγνυσι τὴν στρατοπεδείαν, εἰς τὴν περαίαν καὶ αὐτοῦ τοῦ Σαμουὴλ αὐλιζομένου· ὄμβρων γὰρ ἀπλέτων ὑσθέντων ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ ποταμοῦ πλημμυροῦντος καὶ πελαγίζοντος, ἀπέγνωστο τὸ νῦν ἔχον ἡ συμπλοκή. ἀλλ' ὁ μάγιστρος ἄνω καὶ κάτω τὸν ποταμὸν περισκοπήσας,*
B *καί τινα τόπον εὑρὼν δι' οὗ ᾠήθη δυνατὸν ἔσεσθαι τούτῳ περαιωθῆναι, ἀγείρας νυκτὸς τὸν στρατὸν περαιοῦται τὸν ποταμὸν καὶ τοῖς περὶ τὸν Σαμουὴλ ἀμερίμνως καθεύδουσιν ἐπιτίθεται· καὶ σφάζονται μὲν ἀριθμοῦ κρείττους, μηδενὸς πρὸς ἀλκὴν ἀπιδεῖν τολμήσαντος, ἐπλήγη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σαμουὴλ καὶ ὁ τούτου υἱὸς ὁ Ῥωμανὸς βαθείαις πληγαῖς. καὶ ἑάλωσαν ἄν, εἰ μὴ τοῖς νεκροῖς συμμίξαντες ἑαυτοὺς ἔκειντο ὡς τεθνεῶτες, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἔλαθον διαδράντες εἰς τὰ ὄρη τῶν Αἰτωλῶν, κἀκεῖθεν διὰ τῶν κορυφῶν τῶν τοιούτων ὀρέων διελθόντες τὸν Πίνδον διεσώθησαν ἐν Βουλγαρίᾳ. ὁ δὲ μάγιστρος τοὺς αἰχμαλώτους Ῥω-*
C *μαίους ἐλευθερώσας, σκυλεύσας δὲ καὶ τοὺς πεσόντας Βουλγάρους, διαρπάσας δὲ καὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον καὶ πλοῦτον ὅτι πλεῖστον περιβαλόμενος, σὺν τῇ στρατιᾷ ἐπανέζευξεν εἰς Θεσσαλονίκην.*

2 *καὶ πάντα — ληΐζ.* om C   12 *τρόπον* C   17 *κἂν ἑάλωσαν εἰ* C

cam, et per Isthmum Corinthiacum etiam in Peloponnesum grassari. itaque et ipse suis cum copiis ad radices Olympi facto itinere Larissam venit; ibique impedimentis relictis Thessaliam magnis itineribus peragrat, campisque Pharsaliae et Apidano amne transmissis in ripa Spercheii amnis castra ponit, in opposita ripa Samuelo sua castra habente. ingentes imbres tum deciderant, et fluvius alveo turgente stagnabat: itaque eo quidem tempore praelium nullum sperabatur. sed Uranus sursum deorsumque tentato flumine vadum invenit; eaque intelligens se exercitum in oppositam ripam traducere posse, noctu cum suis amnem transit, Bulgarosque secure dormientes adoritur, innumerosque interficit, nemine se defendere auso. ipse quoque Samuelus et filius eius Romanus profunda acceperunt vulnera; fuissentque capti, nisi inter cadavera delituissent et nocte insequenti occulte in montes Aetolicos aufugissent, per quorum deinde cacumina ad Pindum montem atque hinc in Bulgariam evaserunt. Uranus interim Romanos captivos liberat, occisos Bulgaros spoliat, castra eorum diripit, ingentique parta praeda suos Thessalonicam reducit.

Ὁ Σαμουὴλ δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀνασωθεὶς γαμβρὸν ἄγεται ἐπὶ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ Ἀσώτην τὸν τοῦ Ταρωνίτου υἱόν, τῶν δεσμῶν ἐλευθερώσας· πρὸς τοῦτον γὰρ ἡ παῖς ἐρωτικῶς διατεθεῖσα ἐξάξειν ἑαυτὴν ἠπείλει, εἰ μὴ νομίμως αὐτῷ συναφθείη. ἐκτελέσας δὲ τοὺς γάμους ἐκπέμπει μετ' αὐτῆς τοῦτον εἰς τὸ Δυρράχιον, ἐπὶ φυλακῇ τάχα τῆς χώρας· ὁ δὲ ἐκεῖσε γενόμενος καὶ D τῇ συζύγῳ κοινολογησάμενος καὶ πείσας φεύγει μετ' αὐτῆς εἰς τὰς ἐν τῷ τόπῳ φυλακῆς χάριν παραπλεούσας Ῥωμαϊκὰς τριήρεις, καὶ δι' αὐτῶν εἰς τὸν βασιλέα ἀνασώζεται, τιμηθεὶς μάγιστρος καὶ ἡ τούτου σύζυγος ζωστή. διεκόμισε δὲ οὗτος καὶ γράμματα δυνάστου τινός, ἑνὸς τῶν ἐν τῷ Δυρραχίῳ, Χρυσηλίου τοὔνομα, ὑπισχνουμένου παραδοῦναι τὴν τοῦ Δυρραχίου πόλιν τῷ βασιλεῖ, εἰ τιμηθείη αὐτός τε καὶ οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ πατρίκιοι. γράμμασι δὲ τοῦ βασιλέως ἐπιτελεῖς τὰς ὑποσχέσεις ποιῆσαι βεβαιώσαντος, προεδόθη τὸ Δυρράχιον Εὐσταθίῳ πατρικίῳ τῷ Δαφνομήλῃ, καὶ οἱ τοῦ Χρυσηλίου υἱοὶ τετίμηντο πατρίκιοι, ἐκείνου φθάσαντος καταστρέψαι τὴν ζωήν.

Τούτῳ τῷ χρόνῳ Παῦλος μάγιστρος ὁ Βωβός, ἀνὴρ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ τὰ πρῶτα, καὶ Μαλακηνὸς πρωτοσπαθάριος ἐπὶ P 704 συνέσει καὶ λόγῳ ἐμπρέπων, διαβληθέντες ὡς τὰ Βουλγάρων φρονοῦντες μετῳκίσθησαν, ὁ μὲν Παῦλος εἰς τὴν ἐν Θρᾳκησίῳ πεδιάδα, ὁ δὲ Μαλακηνὸς εἰς Βυζάντιον. τοῦτο παθεῖν φοβηθέντες καί τινες τῶν ἐκ τῆς Ἀδριανουπόλεως ἰλλούστριοι καὶ στρατη-

2 ἀσώτιον C 7 αὐτῶν C 13 τούτου υἱοὶ C γράμμασι — 16 πατρίκιοι add C 21 θρακήσῃ πεδιάδαν C

Samuelus domum reversus filiam suam Asotae Taronitae filio libertate reddita in matrimonium conlocat: nam eius amore puella correpta mortem se sibi conscituram minabatur, nisi eo marito potiretur. nuptiis confectis generum cum filia Dyrrachium mittit et regionis eius custodiae praeficit. verum Asotes eo profectus, uxore quoque in suam sententiam traducta, cum ea in Romanas triremes, quae finium tuendorum causa litus illud legebant, confugit; iisque ad imperatorem perfertur, ab eoque magistri ipse, uxor zostae honore afficitur. idem literas imperatori attulit a Chryselio, uno eorum quorum summa erat Dyrrachii potentia: is pro mercede stipulatus sibi et duobus suis filiis patricios honores, promittebat imperatori se urbem eam traditurum. cumque per literas imperator confirmasset se promissa omnino praestiturum, Dyrrachium Eustathio patricio Daphnomelae traditum est, et Chryselii filii patriciatus honore decorati sunt, illo morte praevento.

Sub idem tempus Paulus magister Bobus, vir Thessalonicae primarius, et Malaceinus protospatharius, prudentiae ac facundiae celebris, delati quod animis ad Bulgaros inclinarent, hic Byzantium, ille in Thracensem Pediadem translati sunt. idem ne sibi eveniret veriti quidam illustres Adrianopoli, et qui gestis erant clari magistratibus, quod in

γικαῖς ἀρχαῖς διαπρέψαντες διὰ τὸ ὑποπτεύεσθαι τῷ Σαμουὴλ προσερρύησαν, ὁ μὲν Βατάτζης πανοικί, μόνος δὲ Βασίλειος ὁ Γλαβᾶς· οὗ τὸν υἱὸν ὁ βασιλεὺς καθεῖρξε καὶ ἐπὶ τρεῖς ὅλους ἐνιαυτοὺς κατεῖχεν, εἶτα ἀπέλυσε. τότε καὶ τῷ ἄρχοντι Βενετίας γυναῖκα νόμιμον ἔδωκεν ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα τοῦ Ἀργυροῦ, B ἀδελφὴν δὲ Ῥωμανοῦ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος, τὸ ἔθνος οὕτως ὑποποιούμενος. ἐποιήσατο δὲ καὶ εἰσβολὴν ἐν Βουλγαρίᾳ διὰ Φιλιππουπόλεως ὁ βασιλεύς, ταύτην φρουρεῖν τάξας τὸν πατρίκιον Θεοδωροκάνον. καὶ πολλὰ τῶν ἐν Τριαδίτζῃ φρουρίων καταστρεψάμενος ἐπανῆλθεν εἰς Μοσυνόπολιν.

Τῷ δὲ ,ϛφη' ἔτει, ἰνδικτιῶνος ιγ', δύναμιν βαρεῖαν ἐκπέμψας ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν πέραν τοῦ Αἵμου Βουλγαρικῶν κάστρων, ἀρχηγοὺς ἔχουσαν τὸν πατρίκιον Θεοδωροκάνον καὶ Νικηφόρον πρωτοσπαθάριον τὸν Ξιφίαν, τήν τε μεγάλην εἷλε Περσθλάβαν καὶ τὴν μικρὰν καὶ τὴν Πλίσκοβαν, καὶ ἀσινὴς καὶ τροπαιοῦχος ἡ Ῥωμαϊκὴ ὑπενόστησε δύναμις.

urbs cum reliquae omnes Macedonicae atque Thracicae urbes Tornicio accessissent, fidem una servabat opera episcopi et cuiusdam in ea urbe summa potentia praediti Batatzae, qui et ipse consanguineus erat Tornicii. hi cum nihil efficerent aliquanto in eius oppidi oppugnatione tracto tempore, ipse etiam Tornicius eo cunctas suas ducit copias. cumque omni oppugnasset conatu et machinarum omne genus adhibuisset, oppidanis fortiter defendentibus profligatus, soluto obsidio Arcadiopolin rediit. interim Monomachus Orientales exercitus, qui iam a Chrysopoli et Abydo in Thraciam traiecerant, duce iis praefecto Michaelo Iasita magistro emittit in rebelles. hic contractis omnibus in unum copiis castra hostibus opponit, pugnaque abstinens operam dat ne eorum praedia maleficium patiantur, captosque humaniter tractat, reliquis per literas occulte missas veniam delicti et omnium bonorum copiam promittens. iam et hiems appetebat, et perduelles, cum et ipsi et eorum iumenta alimentis destituerentur, quia frigus famem hostemque simul sustinere non poterant, paulatim ad magistrum desciverunt. Tornicius vero, quamdiu obscuri tantum deficiebant, utcunque duravit et spem fovit. cum autem Marianus Branas, Polys, Theodorus Strabomyta

τινες ἄλλοι τῶν ἐπισήμων ἀθρόοι καταλιπόντες αὐτὸν προσερρύη- D σαν τῷ Ἰασίτῃ, φυγὼν μετὰ Ἰωάννου τοῦ Βατάτζη, ὃς δὴ μετ' αὐτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ἀποστατῶν ἐτάττετο, ἐπείπερ ἄφυκτα ἦν, ἔν τινι κατέφυγεν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἡ ἐπισύστασις τῶν ἀποστατῶν ἐσκεδάσθη. καὶ τούτους μὲν ὁ Ἰασίτης πέμψας κατέσχε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα πεπεδημένους εἰσάγει, τοῦ δὲ στρατοῦ ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανῆλθε πατρίδα κελεύσει τοῦ βασιλέως. καὶ ὁ μὲν Τορνίκιος καὶ ὁ Βατάτζης ἀποτυφλοῦνται κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς ἑορτῆς τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, δημεύονται δὲ καὶ ὁπόσοι παρέμειναν ἕως τέλους εὖνοι τῷ τυραννήσαντι, ἀτίμως πρότερον περιαχθέντες διὰ τῆς ἀγορᾶς καὶ ἐξορίᾳ παραπεμφθέντες. καὶ ἡ μὲν ἀποστασία τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, ἄρχεται δὲ λοιπὸν τὰ ἀπὸ τῶν Τούρκων κακά. τίνες δὲ οἱ Τοῦρκοι, καὶ τίνα τρόπον ἤρξαντο πολεμεῖν Ῥωμαίοις, ἄνωθεν ἀναλαβὼν διηγήσομαι.

P 767 Τὸ τῶν Τούρκων ἔθνος γένος μέν ἐστιν Οὐννικόν, οἰκεῖ δὲ τὰ προσάρκτια τῶν Καυκασίων ὀρῶν πολυάνθρωπόν τε ὂν καὶ αὐτόνομον καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔθνους ποτὲ δουλωθέν. τῆς δὲ τῶν Περσῶν ἀρχῆς εἰς Σαρακηνοὺς διαλυθείσης, καὶ τῆς τῶν Σαρακηνῶν ἐπικρατείας μὴ μόνον Περσίδος καὶ Μηδίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Ἀσσυρίων κυριευούσης, ἤδη δὲ καὶ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης καὶ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Εὐρώπης, ἐπείπερ ἔτυχον ἐν διαφόροις καιροῖς ἀλλήλων καταστασιάσαντες καὶ ἡ μία καὶ μεγίστη ἀρχὴ αὕτη εἰς πολλὰ διῃρέθη μέρη, καὶ ἄλλον μὲν ἀρχηγὸν εἶχεν ἡ

et Glabana familia aliique illustres ipso deserto confertim ad Iasitam transiverunt, fugam ipse cum Ioanne Batatza, qui ab eo inter rebelles erat dignatione proximus, paravit. cumque evadendi non suppeteret facultas, in templum quoddam se recepere. sic agmen perduellium est dissipatum. Iasita eos missis famulis cepit et vinctos ad imperatorem abduxit: milites iussu imperatoris in suam quisque patriam discesserunt. Tornicio et Batatzae oculi effossi pridie natalitiorum Christi. eorum qui in benevolentia perduellis perstiterant bona publicata, prius ignominiose per forum circumductorum ac deinde relegatorum. hunc finem ille habuit motus. iam quas a Turcis acceperimus calamitates referam, si prius quinam fuerint Turci, et qua occasione bellum contra Romanos gerere coeperint, expedivero.

Turcorum gens Unnica fuit, habitans ad Caucasi montis partes septentrionales, populosissima et libera nulliusque unquam nationis dominium experta. postquam Saraceni Persarum regno everso non Persidem modo Mediam Babylonem et Assyriam, sed et Aegyptum et Libyam et Europae non exiguam partem subegerunt, ipsi inter se coeperunt diversis temporibus varie dissentire. ita unicum Saracenorum idque maximum imperium in multas est divisum partes, ut alius Hispaniae iam,

Ἱσπανία, ἄλλον δὲ ἡ Λιβύη, ἄλλον δὲ ἡ Αἴγυπτος, ἄλλον δὲ ἡ B Βαβυλών, ἕτερον δὲ ἡ Περσίς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν οὐχ ὡμονόουν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσεπολέμουν οἱ γειτονοῦντες, ἀρχηγὸς Περσίδος καὶ Χωρασμίων καὶ Ὠρητανῶν καὶ Μηδίας ὑπάρχων Μουχοῦμετ κατὰ τοὺς χρόνους Βασιλείου τοῦ βασιλέως, ὁ τοῦ Ἰμβραήλ, καὶ πολεμῶν Ἰνδοῖς καὶ Βαβυλωνίοις καὶ κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ φερόμενος, ἔγνω δεῖν πρὸς τὸν ἄρχοντα Τουρκίας πρεσβεύσασθαι καὶ συμμαχίαν ἐκεῖθεν αἰτήσασθαι. πέμπει γοῦν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν καὶ δῶρα πολυτελῆ, καὶ πεμφθῆναί οἱ ἐξαιτεῖ συμμάχους τὸν ἀριθμὸν τρισχιλίους. ὁ δὲ δεξάμενος ἀσμενέστατα τὴν πρεσβείαν καὶ τοῖς πεμφθεῖσι δώροις ἡσθεὶς ἐκπέμπει πρὸς αὐτὸν τοὺς τρισχιλίους, ἀρχηγὸν ἔχοντας Τραγολιπάκην Μουκάλετ C τὸν υἱὸν Μικεήλ, ἅμα καὶ ἐλπίσας ὡς εἴπερ οὗτοι δυνηθεῖεν ἀποκρούσασθαι τοὺς ἐπεμβαίνοντας τοῖς Σαρακηνοῖς, ῥᾷστά τε τὴν τοῦ Ἀράξιδος ποταμοῦ γέφυραν τὴν κωλύουσαν Τούρκους ἐς Περσίδα ἰέναι ἅτε πεπυργωμένην οὖσαν ἔνθεν κἀκεῖθεν καὶ φρουροῖς πάντοθεν φυλαττομένην βατὴν θήσουσι περιελόντες τὰς φρουράς, καὶ ὑποχείριον αὐτῷ ποιήσουσι τὴν τῶν Περσῶν χώραν. ἀφικομένων τοίνυν τῶν μισθοφόρων, αὐτούς τε ἀναλαβόμενος ὁ Μουχοῦμετ καὶ τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις προσβάλλει τῷ τῶν Ἀράβων ἄρχοντι Πισασιρίῳ, καὶ ῥᾷον αὐτὸν τρέπεται, μὴ ὑποστάντων D τὰς τῶν τόξων βολὰς τῶν Ἀράβων. ὑποστρέψας δὲ εἰς τὴν ἑαυ-

1 ἄλλον δὲ ἡ Αἴγ. — 2 Βαβυλὼν om C 5 ὁ μουχ. C 8 διαπρεσβεύσασθαι C 12 ταυροπίλη καμουκάλετ C 13 τὸν om C 16 ἐς τὴν περσίδα C ἅτε] οὕτω C

alius Africae, alius Aegypti, alius Babylonis, alius Persidis esset princeps. tantum vero abfuit his ut inter se conveniret, ut inter vicinos etiam bella fuerint intestina. proinde Persidis Chorasmiorum Oretanorum et Mediae princeps Muchumetus, Imbraeli filius, Basilio imperii Romani clavum tenente, cum in bello quod adversus Indos atque Babylonios gerebat, rebus uteretur adversis, ex usu fore iudicavit, si missis ad Turcorum principem legatis auxilium peteret. mittit ergo ad eum legatos cum donis pretiosis, postulatque sibi auxilio mitti tria virorum milia. Turcus et allata dona gratissima habuit, et legati admodum comprobata petitione mittit ad Muchumetum tria, ut petiverat, milia, duce Tragolipace Mucaleto, Miceeli filio. enimvero hoc sperabat, si reprimere sui potuissent eos a quibus Saraceni invadebantur, facillime eos effecturos ut pons quo constratus Araxes erat, et qui ab utroque latere turribus excitatis ac praesidiis impositis munitus Turcis inaccessam Persidem faciebat, praesidiariis pulsis pervius Turcis postmodo fieret, itaque Persidis occupandae sibi occasio daretur. Turcis mercenariis Muchumetus acceptis, iisque cum suo exercitu coniunctis, cum Arabum principe Pisasirio confligit, eumque nullo negotio superat, sagittarum coniectum non ferentibus Arabibus. domum a victoria rever-

τοῦ ἠπείγετο καὶ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας Ἰνδοὺς διαγωνίσασθαι μετ' αὐτῶν. ἐκείνων δὲ ἐξαιτουμένων εἰς τὴν ἑαυτῶν ὑποστρέψαι συγχωρηθῆναι, ἀνεθείσης αὐτοῖς τῆς ἐν τῇ γεφύρᾳ φυλακῆς τοῦ Ἀράξιδος, ἐπείπερ ἐκεῖνος ἐνέκειτο καὶ βίαν ἐπενεγκεῖν ἐβούλετο, δείσαντες οὗτοι μὴ καὶ πάθωσί τι δεινόν, ἀποστατοῦσι. καὶ τὴν Καρβωνῖτιν ὑποδύντες ἔρημον διὰ τὸ μὴ θαρρεῖν ὀλίγους πρὸς τοσαύτας ἀντιπαρατάξασθαι μυριάδας, ἐκεῖθεν ἐκδρομὰς ποιούμενοι ἐδῄουν καὶ ἔφερον τὰ Σαρακηνῶν. δυσανασχετήσας οὖν ὁ Μουχοῦμετ ἐπὶ τοῖς γινομένοις, στρατὸν ἀθροίσας ἀμφὶ τὰς κ'
P 768 χιλιάδας ἐκπέμπει κατὰ τῶν Τούρκων, ἐπιστήσας αὐτοῖς δέκα στρατηγοὺς ἀπὸ τῶν εὐγενεστάτων καὶ συνετωτάτων καὶ ἐπ' ἀνδρίᾳ μεμαρτυρημένων Σαρακηνῶν. ἄραντες οὖν οὗτοι ἀπήρχοντο πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ εἰσελθεῖν μὲν εἰς τὴν ἔρημον διὰ τὴν τοῦ ὕδατος καὶ τῶν τροφῶν ἔνδειαν ἀλυσιτελὲς ἐλογίζοντο, ἔγγιστα δὲ τοῦ στόματος τῆς ἐρήμου στρατοπεδεύσαντες διεσκοποῦντο τὸ ποιητέον. ὁ δὲ Ταγγρολίπηξ ἐς τὸ βάθος αὐλιζόμενος τῆς ἐρήμου, ἐπείπερ ἔμαθε τὴν κατ' αὐτοῦ ἐκστρατείαν, ὁ τῶν Τούρκων ἀρχηγός, κοινολογησάμενος τοῖς μετ' αὐτοῦ καὶ ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Σαρακηνοῖς καὶ Πέρσαις συμφέρον εἶναι νομίσας, ταχυπορίᾳ χρησάμενος ἐν δυσὶν ἡμέραις ἐπιτίθεται τῇ τρίτῃ νυκτὸς αὐτοῖς
B ἀμερίμνως σκηνουμένοις καὶ μηδὲν προσδεχομένοις κακόν. καὶ τούτους μὲν θᾶττον τρέπεται λόγου, αὐτὸς δὲ ἁρμάτων καὶ ἵππων καὶ χρημάτων κυριεύσας πολλῶν οὐκέτι λοιπὸν ὡς φυγὰς καὶ λη-

4 ἐβουλεύετο C 13 τὴν σπάνιν τοῦ C 15 στρατοπ. — 16 ἐρήμου om codex Xylandri 16 τραγγολίπηξ C 17 ὁ τῶν Τούρκων ἀρχηγός om C 19 ταχυπορίαν C 22 ἵππου C

sus, eosdem Turcos voluit etiam in pugnam contra Indos, a quibus oppugnabatur, sibi adesse. cumque petentibus ut domum sibi redire liceret et praesidium ab Araxis ponte abduceretur, vim etiam intentaret, Turci veriti maiora pericula ab eo defecerunt, et in Carbonitidem solitudinem (neque enim tam pauci adversus tam multa depugnare audebant milia) se subduxerunt, indeque identidem erumpentes Saracenorum dicionem populati sunt. iniquissime id ferens Muchumetus, ad 20 hominum milia adversum Turcos mittit, decem nobilissimos notaeque fortitudinis ac prudentiae duces Saracenos exercitui praeficiens. hi ad bellum profecti, intrare in desertum ob aquae et alimentorum inopiam iudicantes incommodum, proxime aditum solitudinis Turcorum dux de adventu Saracenorum factus certior, re cum suis communicata, subito adoriri Saracenos ac Persas statuit; biduoque magnis confectis spatiis, tertia nocte eos secure in tentoriis agentes nihilque mali exspectantes invadit atque illico profligat. ibi curribus equis pecuniaque plurima potitus, non iam ut fugitivus latrocinia exercere, sed palam exinde in

στῆς κρυφίους ἐποιεῖτο τὰς ἐπιθέσεις, ἀλλὰ φανερῶς ἀντεποιεῖτο τῶν ὑπαίθρων, προσρυϊσκομένων αὐτῷ καὶ τῶν ὅσοι διὰ κακουργίας τότε ἐδεδίεσαν θάνατον, καὶ δούλων καὶ τῶν χαιρόντων ταῖς ἁρπαγαῖς, ὡς ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ δύναμιν περὶ αὐτὸν ἀθροισθῆναι μεγίστην, περί που τὰς ν' χιλιάδας. καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον ἐφέρετο τῇδε· ὁ δὲ Μουχοῦμετ μὴ ἐνεγκὼν μετρίως τὴν γενομένην τροπὴν ἀλλὰ βαρυθυμήσας τοὺς μὲν δέκα στρατηγοὺς ἀπετύ- C φλωσε, τοὺς δὲ διαφυγόντας στρατιώτας τὸν κίνδυνον θριαμβεύσειν ἠπείλησε γυναικείους περιβεβλημένους στολάς, αὐτὸς δὲ πρὸς ἀντιπαράταξιν καθωπλίζετο. οἱ δὲ προηττηθέντες στρατιῶται μαθόντες τὰς ἀπειλὰς προσχωροῦσι τῷ Ταγγρολίπηκι. τοσαύτης οὖν προσγενομένης αὐτῷ καὶ τηλικαύτης δυνάμεως, ἀγείρας ἅπαντα τὸν στρατὸν ἠπείγετο πρὸς τὸν Μουχοῦμετ, καθολικῇ μάχῃ σπεύδων κρῖναι τὰ πράγματα. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος καὶ Σαρακηνοὺς καθοπλίσας καὶ Πέρσας καὶ Καβείρους καὶ Ἄραβας, καὶ στρατὸν συστησάμενος περί που τὰς πεντακοσίας χιλιάδας καὶ ἐλέφαντας πυργοφόρους ἑκατόν, καὶ πάντας τούτους ἀναλαβών, D ὑπαντιάζει κατὰ τὸ λεγόμενον Ἀσπαχᾶν. καὶ γενομένης μάχης φοβερωτάτης ἔπεσον μὲν ἐξ ἀμφοτέρων πολλοί, πίπτει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Μουχοῦμετ· ἐξιππαζόμενος γὰρ ἀτάκτως ἔνθεν κἀκεῖθεν καὶ τὸν οἰκεῖον παραθαρρύνων λαόν, τοῦ ἵππου συμπεσόντος αὐτῷ ἐκτραχηλισθεὶς ἀπέθανε. τούτου δὲ πεσόντος τὸ σὺν αὐτῷ πλῆθος ὡμονόησε τοῖς ἐναντίοις, καὶ ὁ Ταγγρολίπηξ ὑπὸ πάντων ἀναγορεύεται βασιλεὺς τῆς Περσίδος. ἀναρρηθεὶς δὲ πέμψας

1 ἀλλὰ φανερῶς om C 7 ἀλλὰ om C 8 δημεύσειν C 9 γυναικείας C 10 καθωπλίσθη C 14 καὶ ante Σαρακηνοὺς om C

aperto castra habere. et confluebant ad eum qui ob maleficia supplicium metuebant, servi atque alii rapto vivere gaudentes. denique brevi tempore copiae ipsius usque ad 50000 excreverunt. at Muchumetus ob cladem acceptam iratus decem istos ductores luminibus orbat, et qui evaserant milites, eos se muliebri indutos vestitu in triumpho ducturum minatur. ipse ad bellum gerendum accingitur. milites autem qui antea victi a Turcis fuerant, minis perceptis, ad Tangrolipacem transeunt. is tanta accessione auctus cum omnibus suis copiis in Muchumetum it, ut collatis signis iusto praelio rem decernat. et Muchumetus armatis Saracenis Persis Caberis et Arabibus, exercitu quingentorum circiter milium contracto ac centum turrigeris elephantis, hosti apud locum cui Aspachan nomen occurrit. ibi atroci conserta pugna multisque utrinque cadentibus, ipse etiam Muchumetus, dum hinc inde incautius obequitat suosque verbis animat, equo collapso cervices frangit ac moritur. mortuo ipso exercitus cum Turcis conspirat, et omnium voluntate Tangrolipaces Persiae rex declaratur. regno occepto statim Turcis aditum in

καθαιρεῖ τὴν ἐν τῇ γεφύρᾳ τοῦ Ἀράξιδος φυλακήν, καὶ ἄνετον δίδωσι τῷ βουλομένῳ τῶν Τούρκων τὴν ἐς τὴν Περσίδα πορείαν. ἀπολυθέντες δὲ οὗτοι εἰσέδραμον παμπληθεί, πλὴν τῶν ὅσοι τῆς ἑαυτῶν ἀντεποιοῦντο πατρίδος, καὶ καθελόντες Πέρσας καὶ Σαρακηνοὺς αὐτοὶ κύριοι τῆς Περσίδος ἐγένοντο, τὸν Ταγγρολίπηκα σουλτάνον ὀνομάσαντες, τουτέστι παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων· ὃς πάσας τὰς ἀρχὰς τοὺς ἐγχωρίους ἀφελόμενος εἰς P 769 *Τούρκους μετήνεγκε καὶ τὴν Περσίδα πᾶσαν πρὸς αὐτοὺς διένειμεν, ἐς τὸ παντελὲς κατασπάσας καὶ ταπεινώσας τοὺς ἐγχωρίους.*

Ὡς δὲ καλῶς ἔχειν ἐδόκει τούτῳ τὰ πράγματα, πρότερον μὲν τοῖς ὁμόροις δυνάσταις ἤρξατο πολεμεῖν, καὶ πρὸς μὲν τὸν Πισσασίριον τῆς Βαβυλῶνος ἄρχοντα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρετάξατο, καὶ διαφόροις μάχαις τοῦτον ἡττήσας καὶ ἀνελὼν κύριος καὶ τῆς Βαβυλωνίων χώρας ἐγένετο, πρὸς δὲ Καρβέσιον τὸν τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸν Κουτλουμοῦς ἐκπέμπει, υἱὸν ὄντα τοῦ ἀδελφοῦ B *τοῦ οἰκείου πατρός, χεῖρα βαρεῖαν δοὺς αὐτῷ· ὃς ἀπελθὼν καὶ τοῖς Ἄραψι συμβαλὼν ἡττήθη καὶ αἴσχιστα ἔφυγεν. ὑποστρέφων δὲ ἀπὸ τῆς τροπῆς, καὶ μέλλων διοδεύειν ἀπὸ τῆς Μηδίας ἤτοι τοῦ Βαασπρακὰν (ἦρχε δὲ τότε τῆς τοιαύτης χώρας ἐκ βασιλέως πεμφθεὶς Στέφανος πατρίκιος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ παραδυναστεύοντος τῷ βασιλεῖ τῆς Λειχουδίας υἱὸς) στέλλει πρὸς αὐτὸν πρεσβευτάς, ἀξιῶν συγχωρηθῆναι διελθεῖν ἀκωλύτως, ὑπισχνού-*

4 καὶ καθελόντες] κακοθελόντες C 15 καρβέσην C 16 κουτλουβοὺς C

Persidem aperit; atque hi confertim eo se contulerunt, exceptis quos patriae amor detinebat, oppressisque Persis ac Saracenis suam fecerunt Persidem, ac Tangrolipaci nomen sultani imposuerunt, qua voce summus imperator ac rex regum notatur. is omnes magistratus ab incolis in suos transtulit, interque hos universam divisit Persidem, prorsus conculcatis indigenis.

Secundum haec sultanus regno, ut videbatur, praeclare constituto, bello petere finitimos regulos instituit. factaque in Pissasirium Babylonis ducem expeditione, diversis praeliis eum vincit atque interficit, et hoc modo Babylonica dicione potitur. inde adversus Carbesium Arabum principem emittit magno cum exercitu Cutlumusum, patris sui fratre natum. is commisso cum Arabibus praelio superatus turpiter fugit. cumque in reditu esset per Mediam (hodie Baaspracan appellatur) iter facturus, ad eius praefectum (is erat ab imperatore Romanorum eo missus, Stephanus patricius, Constantini, qui una cum imperatore administrabat rem publicam Leichudiae filius) missis legatis liberum sibi transitum permitti petit, iureiurando gravissimo interposito pollicitus se

μενος μεθ᾽ ὅρκων φρικωδεστάτων ἄψαυστον καὶ ἀσινῆ διατηρῆσαι τὴν χώραν. ὁ δὲ τοὺς πρέσβεις δεξάμενος καὶ τὴν παράκλησιν δειλίαν εἶναι ὑποτοπάσας, τὸν ἐγχώριον ἀθροίσας στρατὸν ὡς εἰς πόλεμον ὑπαντιάζει τοῖς Τούρκοις. ὁ δὲ Κουτλουμοῦς περιαλγὴς μὲν ἐπὶ τοῖς πραττομένοις ἐγένετο (ἦν γὰρ ὁ κατ᾽ αὐτὸν λαὸς C ἅπας, ὡς ἐκ τροπῆς ἐπανήκων, πεζὸς καὶ ἄοπλος), ὅμως δὲ καὶ ἄκων ἠναγκάσθη ἀντιπαρατάξασθαι. καὶ συμβολῆς γενομένης τρέπονται οἱ περὶ τὸν Στέφανον, ἁλίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς αἰχμάλωτος σὺν ἄλλοις πολλοῖς. καὶ τοῦτον μὲν διερχόμενος κατὰ τὸ Ταβρέζιον ἀπεμπολεῖ τῷ τοπάρχῃ τῆς χώρας, αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν σουλτάνον ἐπανελθὼν καὶ περὶ τῆς τροπῆς ἀπολογούμενος μετετίθει τὰς αἰτίας εἰς ἄλλους, καὶ ἐπηγγέλλετο, εἰ αὖθις δύναμιν λαβὼν ἐκστρατεύσει κατὰ τοῦ Καρβεσίου, ῥᾷον αὐτῷ παραστήσειν τὴν Ἀραβίαν. ὡς ἐν παρόδῳ δὲ ἀφηγεῖτο καὶ περὶ τοῦ Βαασπρακάν, ὡς εἴη μὲν χώρα πάμφορος, κατέχεται δὲ ὑπὸ γυναικῶν, τοὺς πεπολεμηκότας πρὸς αὐτὸν στρατιώτας ὑπαινιτ- D τόμενος. ἀλλ᾽ ἐκεῖνον μὲν ὁ συυλτάνος κατασχεῖν ἐμελέτα διὰ τὸ αἶσχος μηνίσας τῆς ἥττης καὶ ἀποκτεῖναι, πρὸς δὲ Ῥωμαίους ὅπλα κινῆσαι ἀπεδειλία, δεδιὼς καὶ φρίττων ἐκ μόνης τῆς φήμης τὰ τῶν προηγησαμένων τριῶν βασιλέων ἀνδραγαθήματα, Νικηφόρου Ἰωάννου καὶ Βασιλείου, καὶ ὑποπτεύων τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἔτι καὶ δύναμιν προσεῖναι Ῥωμαίοις. ὅμως ἀμφίρροπος ἦν καὶ διχογνώμων, καὶ ἐμελέτα τὸ ποιητέον. Κουτλουμοῦς δὲ γνοὺς

6 ἐπανῆκον C ἄνοπλος C 7 συμπλοκῆς C 13 καρβέσσου C 15 βασπρακᾶν C

suosque absque omni maleficio transituros. at Stephanus eam petitionem a timiditate profectam opinatus, exercitu suae provinciae collecto, in Turcos tanquam hostes ducit. gravissimum ea res dolorem Cutlumuso attulit, quippe cuius exercitus omnis, utpote ab adverso praelio rediens, pedester inermisque esset. coactus tamen conflixit, victoriamque obtinuit, capto cum multis aliis etiam ipso Stephano; quem et in reditu apud Tabrezium loci eius domino vendidit. ceterum ad sultanum reversus Cutlumusus de accepta clade se purgat, culpa in alios collata, polliceturque si rursum cum copiis adversus Carbesium mittatur, facile se Arabiam subacturum. obiter etiam de Baaspracania refert, regionem esse fertilissimam et a mulieribus teneri, sic oblique notans milites, cum quibus dimicarat. verum sultanus ei ob dedecus amissae victoriae iratus de comprehendendo occidendoque homine cogitabat. adversus autem Romanos arma movere formidabat, ipso nomine rerum praeclare a tribus imperatoribus Nicephoro Tzimisca et Basilio gestarum perterritus, suspicansque eandem esse etiamnum virtutem Romanorum atque potentiam. dubitabat tamen incertusque animi deliberabat quid agendum

τὴν ἐπιβουλὴν φεύγει μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πόλιν ὀχυρωτάτην κατασχὼν ἐν Χωρασμίοις κειμένην, ἥτις Πάσαρ ὠνόμασται, ἀντίπαλος γίνεται τῷ σουλτάνῳ. ὁ δὲ τὸ νῦν ἔχον πρὸς τοῦτον μὲν P 770 διαπολεμεῖν οὐκ ἐδοκίμασε, πάσας δὲ τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις ἀθροίσας ἄπεισι κατὰ τῶν Ἀράβων, καὶ μάχης γενομένης πάλιν τρέπεται καὶ αὐτός. ἐπανελθὼν δὲ ἀπὸ τῆς τροπῆς, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Κουτλουμοῦς ὄνειδος, αὐτὸς μὲν τὸ πλεῖστον πλῆθος ἀναλαβὼν ἄπεισιν εἰς τὸ Πάσαρ, καὶ διετέλεσε προσπολεμῶν μέχρι πολλοῦ τῷ οἰκείῳ ἀνεψιῷ, τῇ ὀχυρότητι τῆς πόλεως θαρροῦντι καὶ πολλάκις ἀναπεταννύντι τὰς πύλας καὶ ἐξερχομένῳ καὶ οὐ μικρῶς τοὺς περὶ τὸν σουλτάνον βλάπτοντι. κατὰ δὲ Ῥωμαίων δύναμιν ἐκπέμπει ἑτέραν, ἀμφὶ τὰς κʹ χιλιάδας, στρατηγὸν ἐπιστήσας αὐτῇ ἀδελφόπαιδα Ἀσὰν τὸν λεγόμενον B κωφόν, ἐπισκήψας τὴν ταχίστην ἀφικέσθαι καὶ εἰ προχωροίη προσκτήσασθαι αὐτῷ τὴν Μηδίαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο ἐν Περσίδι.

Παγκράτιος δὲ ὁ τῆς Ἰβηρίας ἀρχηγός, ἀκόλαστος ἄνθρωπος, ἐς τοῦ Λιπαρίτου τὴν κοίτην ἐξυβρίσας (ἦν δὲ ὁ Λιπαρίτης υἱὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Βασιλείου ἐν τῷ πρὸς τὸν Γεώργιον πολέμῳ ἀναιρεθέντος Ὁρατίου τοῦ Λιπαρίτου, ἐπὶ συνέσει τε καὶ ἀνδρίᾳ βεβοημένος καὶ μεγάλα μετὰ τὸν Παγκράτιον δυνάμενος ἐν τοῖς Ἴβηρσιν) ἠνάγκασε τοῦτον ἐπὶ τῷ γεγονότι δεινοπαθήσαντα ὅπλα κατ᾽ αὐτοῦ κινῆσαι. καὶ πολέμῳ τοῦτον τρεψάμενος C εἰς τὰ Καυκάσια καὶ τὴν ἔνδον ἀπελαύνει Ἀβασγίαν, ἐν τοῖς βα-

2 καταλαβὼν C 3 τὸ] τὸν C 5 τῶν om C

foret. sed Cutlumusus insidias sentiens cum suis fugit; urbemque in Chorasmiis sitam, cui Pasar nomen, munitissimam occupans sultano adversatur. sultanus in praesentia eo omisso cum omnibus suis copiis contra Arabes proficiscitur, et ab iis ipse quoque profligatur. reversus domum, dedecorisque et opprobriorum Cutlumusi impatiens, maxima cum parte exercitus Pasarem obsidet, ac diu sane patruelem suum oppugnat, fretum loci munitione et saepe eruptione facta sultano haud levia damna dantem. alium autem exercitum emittit, circiter viginti milium, contra Romanos, duce fratris sui filio Asane cognomine Surdo, mandatque ei ut celerrime pergat et rebus succedentibus Mediam subigat. haec ita tum in Perside acta.

Pancratius porro Iberiae regulus, homo impudicus, uxorem Liparitae violavit. erat is Liparites Horatii Liparitae filius, eius qui bello Basilii imperatoris in Georgium Abasgorum ducem occisus fuit, homo fortitudine et prudentia nobilis, magnaeque post Pancratium inter Iberos potentiae. hic ergo iniuriae atrocitate concitatus arma contra Pancratium sumit, victumque praelio ad Caucasum et in interiorem Abasgiam

σιλείοις τε γενόμενος τῇ ἑαυτοῦ μίγνυται πρὸς βίαν δεσποίνῃ, τῇ μητρὶ τοῦ Παγκρατίου, καὶ τῶν ὅλων τῆς Ἰβηρίας πραγμάτων κύριος γίνεται. γράμματά τε εἰς τὸν βασιλέα πέμψας φίλος καὶ σύμμαχος ἐξαιτεῖ γενέσθαι Ῥωμαίων· οὗ τὴν πρεσβείαν δεξάμενος οὗτος κοινοπραγεῖται μετ᾽ αὐτοῦ. μετὰ δέ τινα χρόνον καὶ ὁ Παγκράτιος διὰ τοῦ Φάσιδος ποταμοῦ καὶ Σουάνων καὶ Κόλχων ὁδοιπορήσας ἔρχεται εἰς Τραπεζοῦντα, κἀκεῖθεν ἀγγέλους ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα, δηλῶν ὡς ἔφεσιν ἔχει εἰσελθεῖν ἐν τῇ βασιλίδι καὶ αὐτῷ ἐντυχεῖν. προσταχθεὶς οὖν εἴσεισι, καὶ τῷ βασιλεῖ ἐν- D τυχὼν πρῶτον μὲν ὀνειδίζει πολλὰ ὅτιπερ βασιλεὺς ὢν καὶ πρὸς ἀρχηγὸν οὐ μικρᾶς χώρας τῆς Ἀβασγίας σπονδὰς ἔχων ταύτας μὲν ἠθέτησε, προσέθετο δὲ ἀνδρὶ ἰδιώτῃ καὶ δούλῳ ἀποστάτῃ, ἔπειτα καὶ καταλλάξαι ἀλλήλους παρακαλεῖ. ὃ δὴ καὶ γέγονε τῇ σπουδῇ τοῦ βασιλέως, σπεισαμένων ἀλλήλοις ὥστε τὸν μὲν Παγκράτιον κύριον εἶναι καὶ ἀρχηγὸν πάσης τῆς Ἰβηρίας καὶ Ἀβασγίας, αὐτὸν δὲ μέρους ἄρχοντα τῆς Μεσχίας διὰ βίου κύριον ἐκεῖνον ἔχειν καὶ βασιλέα. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀβασγίαν κατήντησεν εἰς τοῦτο.

Ἀσὰν δὲ ὁ κατὰ Ῥωμαίων πεμφθεὶς παρὰ τοῦ σουλτάνου, παρελθὼν τὸ Ταβρέζιον καὶ τὸ λεγόμενον Τεφλὶς ἦλθεν εἰς Βαασπρακανίαν, πάντα κείρων καὶ πυρπολῶν καὶ τοὺς προσπίπτοντας ἀναιρῶν, καὶ μηδὲ τῆς παιδικῆς φειδόμενος ἡλικίας. ὁ δὲ τῆς χώρας ἄρχων Ἀαρὼν βέστης, ὁ τοῦ Βλαδισθλάβου P 771

5 κοινοπραγεῖ C 16 βεσχίας C 23 βέστης om C

compellit. ipse regia occupata dominam suam Pancratii matrem vi stuprat, totaque Iberia potitur. inde missis ad imperatorem literis in amicitiam societatemque Romanorum recipi postulat; idque ab imperatore impetrat. aliquanto post Pancratius per Phasidem fluvium Suanos et Colchos iter faciens Trapezuntem pervenit, indeque missis nuntiis imperatori significat cupere se Byzantium ire et cum ipso colloqui. quod ubi permissum fuit, congressus cum imperatore multis ei verbis exprobrat, quod sceptrum ipse gerens foedus, quod ei cum Abasgiae dicionis haud exiguae regulo fuerat, violasset, et cum privato ac servo perduelli coivisset societatem. simul petit ut inter se et Liparitam transigat. atque hoc imperator confecit, pactumque est ut Pancratius omnem Iberiam atque Abasgiam obtineat, Liparita autem parti Meschiae per omnem vitam praesit ac Pancratium dominum regemque suum agnoscat. hunc quidem exitum res Abasgica habuit.

Asan vero a sultano adversus Romanos missus, ultra Tabrezium et Tephlidem profectus in Baaspracaniam venit, proxima quaeque populando atque incendio vastans, et obvios trucidans, ne puerili quidem parcens aetati. praeerat tum Baaspracaniae Aaron Besta Bladisthlabi

υἱὸς καὶ τοῦ Προυσιάνου ἀδελφός, μὴ ἀξιόμαχον εἰδὼς ἑαυτὸν μηδὲ δυνάμενον ἀντιστῆναι πρὸς τοσαύτην Τούρκων πληθύν, γράμματα ἐκπέμπει πρὸς τὸν βέστην καταкαλῶν τὸν Κεκαυμένον τὸν Ἀνίου καὶ τῆς Ἰβηρίας κατάρχοντα, καὶ ὁπόση δύναμις παρακαλεῖ βοηθεῖν. ὁ δὲ τὰ γράμματα δεξάμενος, καὶ θᾶττον ἢ λόγος τὸν ἀμφ' αὐτὸν ἀγείρας λαόν, ἄπεισι διὰ ταχέων καὶ ἑνοῦται τῷ Ἀαρών. καὶ συμβουλῆς προτεθείσης πότερον νυκτομαχίᾳ χρηστέον ἢ φανερὰν μάχην ἀναδεκτέον, πρὸς οὐδέτερον ὁ Κεκαυμένος κατένευεν, ἐγνώκει δὲ τρόπον ἄλλον καταστρατηγῆσαι τοὺς
B ἐχθρούς· συνεβούλευε γὰρ τὴν παρεμβολὴν καταλιπόντας ὡς εἶχε μετὰ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν ὑποζυγίων καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς, λόχους νυκτὸς ἐν ἐπικαιροτάτοις στῆσαι χωρίοις, κἀπειδὰν οἱ Τοῦρκοι ἀφίκωνται καὶ ἔρημον ἀνδρῶν εὑρόντες τὸν χάρακα πρὸς διαρπαγὰς τῶν ἔνδον χωρήσωσι, τότε δὴ τῆς ἐνέδρας ἀπαναστάντας ἐπιθέσθαι αὐτοῖς. καί γε οὐ διεψεύσθη τοῦ σκοποῦ. ἕωθεν γὰρ ὁ Ἀσὰν ἀναστὰς ἐκ τῆς οἰκείας παρεμβολῆς κατὰ τὸν Στράγνα κειμένης ποταμὸν ἄπεισιν ὡς πρὸς πόλεμον· ὡς δὲ οὐδεὶς ὑπήντα, ἐπλησίασε δὲ καὶ τῷ χάρακι τῶν Ῥωμαίων, καὶ οὔτε φυλακὴν εἶχεν οὔτε φωνὴ ἐξηκούετο, ἀλλὰ κενὸς ἦν πάσης δυνάμεως,
C τότε δὴ φυγεῖν ὑπονοήσας τοὺς Ῥωμαίους ῥήγνυσί τε διὰ πολλῶν τόπων τὴν παρεμβολὴν καὶ διαρπαγὴν ποιεῖσθαι τῶν λαφύρων κελεύει. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι περὶ δείλην ὀψίαν ἀναστάντες τῶν λόχων, ἀσυντάκτοις συντεταγμένοι προσρήγνυνται τοῖς Τούρκοις, καὶ

2 δύναμιν τούρκων C 6 στρατόν C 10 συνεβούλευσε C 17 κείμενον P, κειμένην C

filius Prusiani frater. qui cum sibi non satis esse ad tantam Turcorum multitudinem sustinendam virium sentiret, Catacalonem Bestam Ambustum Anii atque Iberiae praefectum literis missis hortatur ut sibi suppetias quamprimum ferat. Ambustus literis acceptis dicto citius suos excitat, cumque iis ad Aaronem se confert. coniunctis copiis cum deliberaretur nocturnone an aperto praelio cum Turcis esset pugnandum, neutrum Catacaloni probatum est, sed alia arte hostes circumveniendos duxit. castra, inque iis tentoria, ut erant, ac iumenta et impedimenta omnia relinqui voluit, et insidias per noctem opportunissimis locis poni: tum Turcis advenientibus, et castrorum hominibus vacuorum direptioni intentis, prorumpendum ex insidiis et in eos faciendum impetum. neque id eum consilium fefellit. mane enim Asan e castris suis secundum Stragnam fluvium tanquam ad pugnam proficiscitur, cumque occurreret nemo, ubi ad castra Romanorum pervenit, ibique neque vox ulla audita est neque custos ullus visus, sed omnia in sua esse potestate putavit Romanosque fugisse credidit, multis locis castra perrumpit diripique praedam iubet. at Romani sub vesperam ex insidiis progressi composito agmine dissipatos Turcos adoriuntur, primoque congressu fundunt,

παραχρῆμα τρέπουσι τὸ ἀνυπόστατον μὴ ἐνεγκόντας τῆς Ῥωμαϊκῆς ὁρμῆς. πίπτει μὲν οὖν πρῶτος ὁ Ἀσὰν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγωνιζόμενος, πίπτει δὲ καὶ ὅσον ἄλκιμον τοῦ στρατοῦ. οἱ δὲ περισωθέντες λίαν ὀλίγοι καὶ γυμνοὶ διὰ τῶν ὀρέων ἐς τὰς τῶν Περσαρμενίων διασώζονται πόλεις.

Ὁ δὲ σουλτάνος διὰ τῶν ἀποδράντων μεμαθηκὼς τὸ συμβὰν ἀτύχημα εἰς μεγάλην ἐνέπεσεν ἀγωνίαν, καὶ ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο ὅπως ἂν τὴν γενομένην ἐπανορθώσηται ἀκληρίαν. καὶ δὴ λαὸν D *ἐπίλεκτον συστησάμενος ἔκ τε Τούρκων καὶ Καβείρων καὶ Λιμνιτῶν περὶ τὰς ρʹ χιλιάδας, καὶ Ἀβραμίῳ Ἀλεὶμ τῷ ἑτεροθαλεῖ ἀδελφῷ αὐτοῦ παραδοὺς ταύτας, κατὰ Ῥωμαίων ἐκπέμπει. ἀγγελθείσης δὲ τῆς ἐφόδου, ἑνωθέντες πάλιν οἱ ἄνωθεν ῥηθέντες ἄρχοντες τῶν στρατευμάτων βουλὴν προετίθεσαν καὶ διεσκοποῦντο τὸ πρακτέον. καὶ τῷ μὲν Κεκαυμένῳ ἐδόκει μετὰ τῆς παρούσης δυνάμεως ὑπαντῆσαι τοῖς Τούρκοις ἔξωθεν τῶν Ῥωμαϊκῶν ὅρων, κἀκεῖσε διαγωνίσασθαι, ἔτι τῶν πλειόνων ἀντιπάλων ἀνίππων ὄντων καὶ τῆς ἄλλης δυνάμεως κεκμηκυίας ἀπὸ τῆς πλείστης ὁδοιπορίας, ἐπιλελοιπότων δὲ καὶ σιδηρίων τοῖς Τούρκοις, οἷς τὰς χηλὰς τῶν ζῴων εἰώθασι περιστέλλειν, ἐπηρμένων δὲ καὶ τῶν* P 772 *Ῥωμαίων καὶ θαρραλέων ὄντων ἀπὸ τῆς προηγησαμένης νίκης, καὶ προθυμουμένων συμμῖξαι τοῖς πολεμίοις. τοὐναντίον δὲ ὁ Ἀαρὼν ἀπεφαίνετο, ἐπέχων τὰς δυνάμεις, λέγων ὀχυρῶσαί τε τὰς πόλεις καὶ τὰ φρούρια καὶ εἴσω τειχῶν συγκλεῖσαι τὰ πάντα, μηνῦσαί τε τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ ἄνευ γνώμης ἐκείνου μετὰ δυνά-*

9 *διλιμνιτῶν* C, *Σαβήρων καὶ Διλιμνιτῶν* Golius (ad Alfergani elementa astronomica p. 205 ed. Amstelod. 1669) auctore Agathia 4 17 et 18 monuit Wilkenus. 18 *σιδήρων* P 22 *ἐπέχειν* C

vehementiam sui impetus non subsistentes. cadit inter primos pugnans Asan, et quidquid in eo exercitu forte fuit obtruncatur. reliqui, pauci admodum ii atque nudi, per montes in Persarmeniae urbes evadunt.

Ab his de accepta clade edoctus sultanus in magnam devenit sollicitudinem. ut autem hanc calamitatem resarciret, e Turcis Caberis et Limnitis delectum exercitum ad 100000 conducit, eumque duce Abramio Alimo, fratre ex altero parente suo, contra Romanos mittit. nuntiato barbarorum adventu, Aaron et Ambustus unitis rursum exercitibus quid agendum sit consultant. sententia Catacalonis erat cum praesentibus occurrendum Turcis esse extra Romanos fines, ibique decertandum, cum adhuc maior hostium pars equis careret, et reliqui etiam longo itinere essent defatigati, soleisque ferreis Turci carerent quibus ungulae armantur, Romani autem recenti victoria elati alacres essent, pugnamque expeterent. contra Aaron pronuntiabat continendum exercitum, urbesque et castella muniendum atque omnia muris includendum: de re ad

μεως μικρᾶς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος πολεμῆσαι βαρβάρων. οὕτω δὲ τῶν στρατηγῶν ἀποφηναμένων ἐνίκησεν ἡ τοῦ Ἀαρὼν γνώμη. καὶ αὐτοὶ μὲν μετὰ τῆς στρατιᾶς ἀπελθόντες ἐν Ἰβηρίᾳ κατά τινα πεδιάδα ἐγχωρίως Ὀσούρτρου λεγομένην ἔμενον ἡσυχάζοντες ἐν τοῖς ὑπαίθροις, πάντα πρότερον τὸν ἀγρότην λαὸν καὶ γυναῖκας B καὶ παῖδας καὶ πᾶν ὅ τι τίμιον συγκλείσαντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν· ἔγραψαν δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ διὰ ταχυδρόμου, δηλοποιήσαντες τὴν τῶν ἐναντίων ἐπέλευσιν. δεξάμενος οὖν οὗτος τὰ γράμματα ἐκείνοις μὲν ἐπέχειν ἐκέλευεν, ἕως ἂν ὁ Λιπαρίτης μετὰ τῆς τῶν Ἰβήρων δυνάμεως ἐλθὼν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἑνωθῇ στρατεύμασι· πέμπει δὲ πρὸς ἐκεῖνον γράμματα διοριζόμενα τὴν ταχίστην, εἴπερ σύμμαχον ἑαυτὸν καὶ φίλον κρίνει Ῥωμαίων, ἀνειληφότα πάντα τὸν περὶ αὐτὸν λαὸν ἀφικέσθαι καὶ συμμῖξαι τοῖς στρατηγοῖς τῶν C Ῥωμαίων καὶ μετ' αὐτῶν διαπολεμῆσαι πρὸς τοὺς βαρβάρους. οἱ μὲν οὖν στρατηγοὶ τὰ γράμματα δεξάμενοι ἠρέμουν ὡς ἐκελεύσθησαν, καὶ τὴν τοῦ Λιπαρίτου προσέμενον ἄφιξιν, ἐκεῖνος δὲ τὸ βασιλικὸν δεξάμενος πρόσταγμα τὸν ἑαυτοῦ μετὰ σχολῆς ἤθροισε καὶ καθώπλιζε λαόν. ἐν ὅσῳ δὲ οὗτος τὰς οἰκείας συνεκρότει δυνάμεις καὶ ὁ χρόνος ἐτρίβετο, ὁ Ἀβράμιος τὴν Βαασπρακανίαν καταλαβών, καὶ μαθὼν ὅτι περ οἱ Ῥωμαῖοι ἐνταῦθα συνειλεγμένοι ὄντες καὶ τὴν αὐτοῦ μαθόντες ἐπέλευσιν ὑπενόστησαν εἰς Ἰβηρίαν, δειλίαν, ὅπερ ἦν εἰκός, τὸ πρᾶγμα ὑπονοήσας, παρ' οὐδὲν θέμενος καὶ λείαν καὶ λαφυραγωγίαν, ἐδίωκεν ὄπισθεν αὐτῶν, ἐπειγόμενος συρράξαι τοῖς παροῦσι πρὸ

4 οὐρτροὺ C **8** ἀπέλευσιν P

imperatorem referendum, neque eius iniussu contra tantam multitudinem tam parvis copiis dimicandum. haec sententia vicit. et profecti in Iberiam, in planitie quadam, quae incolarum sermone Osurtru dicitur, castris sub dio positis quieverunt, omni prius agresti turba, mulieribus pueris ac quae pretiosa haberent, in munitiones inclusis. et imperatorem cursori traditis literis de adventu hostium certiorem fecerunt. imperator literis lectis, ducibus istis mandat uti se contineant, donec Liparites cum Ibericis copiis ad ipsos perveniat. et Lipariten per literas hortatur ut siquidem socius sit amicusque Romanorum, absque ulla mora cum omnibus suis copiis se ducibus Romanis adiungat. duces acceptis literis quieverunt, uti erant iussi, et Lipariten exspectarunt. atque is imperatoris mandato percepto suos per otium collegit atque armavit. dum id fit ac tempus teritur, interim Abramius in Baaspracaniam venit; cognitoque Romanos, qui ibi fuerant collecti, suo adventu intellecto in Iberiam recessisse, prae metu id ab iis factum, quod erat probabile, ratus, posthabitis direptionibus eos est insecutus, cupiens praelio con-

τοῦ καὶ ἑτέραν συναθροισθῆναι δύναμιν. ὅπερ μαθόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πτοηθέντες μή πως ἀναγκασθῶσι καὶ ἄκοντες πολεμῆσαι πρὸ τοῦ τὸν Λιπαρίτην καταλαβεῖν, ὑπο- D δύντες τινὰ δυσχωρίαν ἀπόκρημνον καὶ φάραγξι πάντοθεν κυκλουμένην ἡσύχαζον, γράψαντες πρὸς τὸν Λιπαρίτην ἥκειν καὶ μὴ βραδύνειν. ὁ δὲ Ἀβράμιος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἠστοχηκὼς στρατιᾶς ἔρχεται εἰς τὸ λεγόμενον Ἄρτζε. κωμόπολις δὲ τὸ Ἄρτζε μυρίανδρος καὶ πολὺν πλοῦτον ἔχουσα· ᾤκουν γὰρ ἐν αὐτῇ ἰθαγενεῖς τε ἔμποροι καὶ Σύρων καὶ Ἀρμενίων καὶ ἄλλων ἐθνῶν πληθὺς οὐκ ὀλίγη· οἵτινες τῇ οἰκείᾳ θαρροῦντες πληθύϊ οὐ κατεδέξαντο εἴσω τείχους γενέσθαι, καὶ ταῦτα τῆς Θεοδοσιουπόλεως ἐκ γειτόνων κειμένης, μεγίστης πόλεως καὶ τεῖχος ἐχούσης ἰσχυρὸν καὶ ἀνάλωτον, πολλὰ τοῦ Κεκαυμένου διὰ γραμμάτων καὶ ἀπειλήσαντος καὶ παρακαλέσαντος. καταλαβόντων οὖν τῶν Τούρκων καὶ ἁπτομένων ἔργου, οἱ ἐν τῷ Ἄρτζε τὰς διόδους συγκλείσαντες καὶ ἐπὶ τῶν δωμάτων ἀναβάντες λίθοις καὶ ξύλοις καὶ τόξοις τοὺς ἐπιόν- P 773 τας ἠμύνοντο. καὶ διετέλεσαν μαχόμενοι ἐφ' ὅλας ἡμέρας ἕξ. ἀγγελθέντος δὲ τούτου τοῖς στρατηγοῖς, ὁ Κεκαυμένος πολὺς ἦν ἐγκείμενος καὶ παρακαλῶν ἀπελθεῖν καὶ συμβαλεῖν τοῖς Τούρκοις τὸν νοῦν ἔχουσι πρὸς τῇ πολιορκίᾳ, καὶ μὴ καθῆσθαι τηνάλλως καὶ τρίβειν τὸν χρόνον, τὴν συκίνην προσμένοντας ἐπικουρίαν τὸν Λιπαρίτην, καὶ τὸν ἐπιτήδειον παρατρέχοντα βλέπειν καιρόν, οὗ τυχεῖν πάλιν οὐ ῥᾴδιον. ἀντιπίπτοντος δὲ τοῦ Ἀαρών, καὶ μηδέν τι διαπράξασθαι λέγοντος παρὰ τὸ βασιλικὸν βούλημα, ἡσυχίαν

gredi priusquam aliae conducerentur copiae. certiores hac de re facti duces imperatoris, ac veriti ne vel inviti cogerentur ante Liparitae adventum pugnare, subduxerunt se in locum quendam aditu difficilem, praecipitiis undique et convallibus cinctum, atque ibi quieverunt, et ad Lipariten scripserunt ut absque cunctatione veniat. Abramius Romanum exercitum non assecutus ad Artze venit. pagus erat is ingens ac multorum milium capax, magnaeque eo continebantur divitiae. habitabant enim ibi cum indigenae mercatores, tum Syrorum Armeniorum et aliis ex nationibus multitudo haud modica. atque ii numero freti intra muros se recipere noluerunt, cum quidem proxima esset Theodosiopolis urbs magna et muro cincta inexpugnabili. Turcis eum pagum aggressis, Artzeni occlusis viis tecta conscenderunt, deque iis saxa ligna et iacula in oppugnantes torserunt. ita totos sex dies pugnatum est. rei nuntio ad Romanos allato, Ambustus multus erat in urgendo atque exhortando ut iretur ac cum Turcis oppugnationi intentis manus consereretur, neque tempus inutiliter tereretur desidendo et ficulnum illud praesidium Lipariten exspectando, eamque occasionem negligendo interim, qualem deinde haud facile essent adepturi. repugnante tamen Aarone, nihilque se praeter imperatoris mandatum acturum affirmante, ipse etiam quievit.

καὶ αὐτὸς ἦγεν. Ἀβράμιος δὲ μὴ κατὰ σκοπὸν χωρούντων αὐτῷ
B τῶν πραγμάτων, μὴ δυνάμενος πολιορκίᾳ τὴν κωμόπολιν παραστήσασθαι, ὑπεριδὼν καὶ πλούτου καὶ λείας πῦρ ἐνεῖναι τοῖς δώμασιν ἐγκελεύεται, καὶ εὐθὺς οἱ Τοῦρκοι δαλοὺς αἴροντες καὶ ὕλην εὔπρηστον ἐξάπτοντες ἐρρίπτουν ἐν τοῖς δώμασιν· ἀναφθέντος δὲ τοῦ πυρὸς πανταχόθεν καὶ πυρκαϊᾶς μεγίστης ἀνεγερθείσης, οἱ Ἀρτζηνοὶ πρός τε τὸ πῦρ πρός τε τὰς ἐκ τῶν τόξων βολὰς μὴ δυνηθέντες ἀντέχειν ἐνέκλιναν εἰς φυγήν. καὶ λέγεται ἀπολέσθαι περὶ τὰς ρν' χιλιάδας ἀνδρῶν, τῶν μὲν μαχαίρας τῶν δὲ πυρὸς παρανάλωμα γεγονότων· οὗτοι γὰρ ἐπεὶ κατισχυμένοι ἔγνωσαν ἀποσφάττεσθαι, γυναῖκάς τε καὶ τέκνα ἑαυτῶν εἰς τὸ πῦρ ἀπερ-
C ρίπτουν. οὕτω τοῦ Ἄρτζε ληφθέντος, πολὺ χρυσίον εὑρὼν ὁ Ἀβράμιος καὶ ὅπλα καὶ ἄλλα τινὰ χρειώδη, ὁπόσα μὴ τῷ πυρὶ κατέστησαν ἄχρηστα, περιβαλόμενος δὲ καὶ ἵππον οὐκ ὀλίγην καὶ ὑποζύγια, καὶ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν καθοπλίσας ὡς ἔδει, ὑπέστρεψεν ἀναζητῶν τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν.

Αὕτη δὲ καταλαβόντος ἤδη καὶ τοῦ Λιπαρίτου καταβᾶσα ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος ὀχυρώματος ἔκειτο ἐν τῇ πεδιάδι κατὰ τοὺς πρόποδας τοῦ βουνοῦ ἔνθα περ ἵδρυται τὸ Καπετροῦ φρούριον. ἐρχομένων οὖν τῶν Τούρκων σποράδην, συνεβούλευε πάλιν ὁ Κε-
D καυμένος συμβαλεῖν αὐτοῖς διεσπαρμένοις οὖσι καὶ ἀσυντάκτοις ἔτι. ἀλλ' ὁ Λιπαρίτης οὐκ ἤθελε διὰ τὴν ἡμέραν· ἦν γὰρ σάββατον, ιη' ἄγοντος τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, τῆς β' ἐπινεμήσεως,

5 ἀνημμένου C 8 ἀπολέσθαι om C 10 κατησχημένοι C
13 post χρειώδη P σιδήρια

Abramius non ex animi sententia succedente negotio, cum vicum expugnare non posset, opibus praedaque spretis ignem domibus iniici iubet. statim Turci faces materiamque ignis capacem in domos coniiciunt; et coorto undique incendio, Artzeni cum igni simul et hostibus resistere non possent, ad fugam inclinant. ferunt periisse ibi hominum ad centum quadraginta milia, partim ferro caesorum partim igni absumptorum. cum enim capto vico de salute desperarent, multi se uxores liberosque suos in ignem coniecerunt. Artze ad hunc modum potitus Alimus auri plurimum et aliqua utilia ferramenta invenit, quae ignis non corruperat. equos item multos et alia iumenta adeptus est; armatoque ut par erat suo exercitu, abduxit inde, Romanum quaerens exercitum.

Romani autem, cum iam Liparites ad eos venisset, a dicta munitione descenderant in planitiem, ad radices collis cui Capetrum castellum est impositum. adventantibus ergo Turcis dissipato agmine, rursum consuluit Ambustus ut in dispersos et nullis adhuc ordinibus instructis vagantes fieret impetus: sed Liparites a pugna abhorrebat, quod sabbatum inter dies atros atque infaustos haberet. erat autem tum sabbatum dies decima octava Septembris, indictione secunda. sed Abra-

ἐν ταῖς ἀποφράσι δὲ τῶν ἡμερῶν τῷ Λιπαρίτῃ τὸ σάββατον ἐνομίζετο, ὅπερ ἀποτροπιαζόμενος ἀνεδύετο πολεμεῖν. καὶ τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἐν τούτοις, ὁ δὲ Ἀβράμιος διὰ τῶν προδρόμων μαθὼν ὅποι τε οἱ Ῥωμαῖοι ηὐλίζοντο καὶ ὅτι ἠρεμοῦσι, συντάξας τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις ἤρχετο συντεταγμένος πρὸς μάχην. τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἀντίπαλος δύναμις ἰδοῦσα ἀκουσίως καὶ αὐτὴ ἀντιπαρετάττετο, τὸ μὲν δεξιὸν ἔχοντος κέρας τοῦ Κεκαυμένου, τοῦ δὲ Ἀαρὼν τὸ εὐώνυμον, ἐν τοῖς μέσοις δὲ ὁ Λιπαρίτης ἐτάττετο. ἦν δὲ καὶ ἡ ὥρα περὶ βουλυτόν. τῷ μὲν οὖν Κεκαυμένῳ ἀντιμέτωπος ἦν ὁ Ἀβράμιος, τῷ δ' Ἀαρὼν Χωροσανίτης ἅτερος στρατηγός, καταντικρὺ δὲ τοῦ Λιπαρίτου Ἀσπὰμ Σελάριος ὁ τοῦ Ἀβραμίου ἑτεροθαλὴς ἀδελφός. συμπλοκῆς δὲ γενομένης ὁ μὲν P 774 Κεκαυμένος καὶ ὁ Ἀαρὼν τὰ κατ' αὐτοὺς ἐτρέψαντο κέρατα καὶ μέχρι φωνῆς ἀλεκτρυόνων ἐδίωκον, ὁ δὲ Λιπαρίτης, πεσόντος αὐτῷ τοῦ ἀνεψιοῦ δεινοπαθήσας καὶ μεθ' ὁρμῆς βιαίας ἐλάσας, τοῦ ἵππου αὐτοῦ τρωθέντος καὶ πεσόντος ἁλίσκεται. καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν τούτοις, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πανθέντες ἐκ τῆς διώξεως καὶ τῶν ἵππων ἀποβάντες καὶ τῷ θεῷ δόντες ὕμνους ἐπινικίους, ἐν μιᾷ φωνῇ βοήσαντες τὸ τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, προσέμενον τὸν Λιπαρίτην, ἐλπίζοντες καὶ αὐτὸν διώκειν ὄπισθεν τῶν ἐχθρῶν. ἐπεὶ δὲ ἐφαίνετο οὐδαμοῦ, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦσαν, δια- B πορουντες ὅ τι καὶ γένοιτο. οὕτω δὲ διαπορουμένοις αὐτοῖς ἔρχεταί τις στρατιώτης τῶν ὑπ' ἐκείνῳ ταττομένων, καὶ μηνύει τοῖς στρατηγοῖς τὴν ἐκείνου τροπὴν καὶ τὴν ἅλωσιν, καὶ ὅπως ὁ Ἀβρά-

10 χωροσάντις C 11 ἀσπὰν σαλάριος C 24 καὶ τὴν ἅλ.] καὶ κατάσχεσιν C

mius ex praecursoribus intelligens quo loco Romani castra haberent utque quiescerent, composito ad pugnam agmine ad eos accessit. quod Romani videntes ipsi quoque inviti ordines instruxerunt. dextro cornui Ambustus, laevo Aaron praefectus: Liparites mediam ducebat aciem. Ambusto oppositus erat Abramius, Aaroni alter ducum Turcicorum Chorosanites, Liparitae Aspam Selarius, Abramii ex altero duntaxat parentum frater. praelium initum est solis iam imminente occasu; et cum Ambustus tum Aaron uterque sibi oppositos hostes fuderunt, atque usque ad galli cantum persecuti sunt. Liparites autem patruelem suum occubuisse aegre ferens, dum impetum vehementiorem dat, equo suo occiso capitur. Romani a persecutione reversi ab equis descendunt, unaque voce deo pro victoria agunt gratias, et cantant "quis deus ita magnus atque deus noster?" Liparitamque exspectant, quem et ipsum putant insequendis hostibus se dedisse. cum autem nullus compareret, solicitudo eos incessit, incertos quidnam ei evenisset. haerentibus eis venit quidam qui sub Liparita tum militaverat, eumque victum et ca-

μιος ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανελθὼν καὶ τῷ οἰκείῳ ἑνωθεὶς ἀδελφῷ (ὁ γὰρ Ἀσὰν ἔπεσεν ἐν τῷ πολέμῳ) ἀναλαβόντες τὸν Λιπαρίτην καὶ τοὺς ἁλόντας τῶν Ἰβήρων ὑπενόστησαν εἰς τὸ λεγόμενον Καστροκώμιον, σπουδαίαν τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενοι. ἀπεπάγησαν πρὸς τὴν ἀκοὴν οἱ ἄρχοντες τοῦ στρατοῦ. ὅμως διανυκτερεύσαντες ἄγρυπνοι, ἐπείπερ ἡμέρα ἐπέλαμψε καὶ βουλὴ προετέθη
C καὶ τοῖς πᾶσι συμφέρον ἐνομίσθη ἕκαστον οἴκαδε ἀπελθεῖν, ὁ μὲν Ἀαρὼν τὸν οἰκεῖον ἀνειληφὼς λαὸν ἄπεισιν εἰς τὸ Ἴβαν (μητρόπολις δὲ αὕτη τοῦ Βαασπρακάν), ὁ δὲ Κεκαυμένος μετὰ τῶν ἰδίων ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Ἀνίον. ὁ δὲ Ἀβράμιος τῇ τοῦ Λιπαρίτου ἀρκεσθεὶς ἁλώσει, καὶ ὀλβιώτερον ἑαυτὸν κρίνας παντὸς ἀνθρώπου διὰ τὸ παρὸν εὐτύχημα, μηδὲν ἕτερον πολυπραγμονήσας, ἀλλ' ἐπιτείνας τὴν ὁδοιπορίαν, διὰ πέντε ἡμερῶν παραγίνεται εἰς τὸ λεγόμενον Ῥέ, κἀκεῖθεν ἄπεισιν εἰς τὸν σουλτάνον προπέμψας τὰ εὐαγγέλια καὶ τὴν τοῦ Λιπαρίτου μηνύσας κατάσχεσιν. ὁ δὲ
D τῷ δοκεῖν μὲν ηὐφράνθη καὶ ἠγαλλιάσατο ἐπὶ τῇ ἁλώσει τοῦ Λιπαρίτου, ἐφθόνησε δὲ τῷ ἀδελφῷ τοιούτου καταξιωθέντι τοῦ εὐτυχήματος, καὶ διὰ παντὸς ἐμελέτα καὶ πρόφασιν ἐζήτει τοῦτον ποιήσασθαι ἐκποδών.

Τὸν μὲν οὖν Λιπαρίτην, ὡς ἐπύθετο τὴν τούτου κατάσχεσιν ὁ βασιλεύς, ὅλος ἐγένετο ἀναρρύσασθαι, καὶ δῶρα πολυτελῆ καὶ λύτρα πέμψας τῷ σουλτάνῳ διὰ Γεωργίου τοῦ λεγομένου Δρόσου (ὑπογραμματεὺς δὲ ἦν ὁ Δρόσος τοῦ Ἀαρὼν) ἐξαιτεῖται τὴν ἐλευθερίαν καὶ σπονδὰς εἰρήνης. ὁ δὲ σουλτάνος τὰς πρε-

6 ὑπέλαμψε C 17 τοῦ ante τοιούτου C 23 ἐξητεῖτο C

ptum nuntiat; utque Abramius a fuga reversus et cum suo coniunctus fratre germano (nam Asan in pugna ceciderat) accelerato itinere, abducto secum Liparita et captivis Iberis, redierint Castrocomium. duces Romani ad eum obstupuerunt nuntium, nocteque ea insomni exacta, orta luce consultarunt quid potissimum agerent; placuitque domum reverti. itaque Aaron cum suo exercitu Ibanem rediit, quae est Baaspracaniae metropolis: Catacalon suos Anium reduxit. ceterum Abramius Liparita capto contentus, et huius successus causa hominum sese felicissimum deputans, omnibus aliis curis omissis, magnis itineribus ad Re quinque dierum spatio pervenit; atque inde discedens rei feliciter gestae nuntios ad sultanum mittit, Liparitam captum indicantes. sultanus simulata laetitia ob captum tantum virum, interim tantam fratri rei gerendae felicitatem invidens, assidue de eo tollendo cogitavit ansamque captavit.

Imperator Liparitam captum esse audiens totus in hoc fuit ut eum liberaret. misso itaque ad sultanum Georgio Droso, scriba Aaronis, cum muneribus pro redimendo eo pretiosis, simul et hunc sibi reddi et pacem componi postulat. sultanus acceptis legatis, ut magnificus vide-

σβείας δεξάμενος, καὶ μεγαλοπρεπὴς θέλων εἶναι βασιλεὺς μᾶλλον ἢ κάπηλος ἀνελεύθερος, ἀποδίδωσι τοῦτον δῶρον τῷ βασιλεῖ, λαβὼν μὲν τὰ λύτρα, πάντα δὲ τῷ Λιπαρίτῃ παρεσχηκώς, καὶ μεμνῆσθαι τῆς παρούσης ἡμέρας διὰ παντὸς παρεγγυησάμενος, καὶ μηδέποτε ὅπλα θελῆσαι τὸ ἀπὸ τοῦδε κινῆσαι κατὰ τῶν Τούρκων. ἀνεπλήρωσε δ' αὐτῷ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν P 775 ὁ λεγόμενος παρ' αὐτοῖς σέριφος· δύναται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα πρὸς τὸν παρ' αὐτοῖς χαλυφᾶν, ὅπερ ὁ παρ' ἡμῖν σύγκελλος πρὸς τὸν πατριάρχην πάλαι ἐδύνατο· ἐκείνου γὰρ ἀποθανόντος αὐτὸς εὐθὺς εἰς τὸν τούτου θρόνον ἐγκαθίδρυται. οὗτος τοίνυν ὁ σέριφος εἰσελθὼν ἐν τῇ βασιλίδι καὶ ἐς πρόσωπον ἐλθὼν τῷ βασιλεῖ καὶ ὁμιλίαν, πολλά τε μεγαλαυχήσας καὶ φρυαξάμενος, καὶ τελευταῖον ὑπόφορον θέσθαι σπεύσας τὴν Ῥωμαίων τῷ ἑαυτοῦ σουλτάνῳ, ἐπεὶ μὴ εὗρε τὸν βασιλέα ἐπικλινῆ, ἄπρακτος ὑπεχώρησε πρὸς τὸν πέμψαντα. καὶ ὁ βασιλεὺς τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐκδεχόμενος πόλεμον ἀπὸ τοῦ σουλτάνου, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, B τὰ ὁμοροῦντα τῇ Περσῶν γῇ πέμψας κατησφαλίσατο. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, καὶ ἡ τῶν Πατζινάκων ἐπισυνέβη κίνησις· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, λεκτέον.

Τὸ ἔθνος τῶν Πατζινάκων Σκυθικὸν ὑπάρχον, ἀπὸ τῶν λεγομένων βασιλείων Σκυθῶν, μέγα τέ ἐστι καὶ πολυάνθρωπον, πρὸς ὃ οὐδὲ ἓν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ Σκυθικὸν γένος ἀντιστῆναι δύναται. διῄρηται δὲ εἰς τρισκαίδεκα γενεάς, αἵτινες καλοῦνται μὲν πᾶσαι τῷ κοινῷ ὀνόματι, ἔχουσι δὲ ἑκάστη καὶ ἴδιον ἀπὸ τοῦ αὐ- C

10 τούτου] ἐκείνου C 11 ἄσωπον C

retur potius rex quam qui bellum cauponaretur, pro dono imperatori mittit Liparitam; et quae eius redimendi causa imperator miserat, accipit quidem, sed omnibus iis Liparitam donat, hortatus ut eius in posterum diei memoriam coleret, neque contra Turcas porro arma sumeret. legatus sultani fuit ad imperatorem is quem ipsi Seriphum vocant; cuius ea est ad ipsorum Chaliphan ratio, quae antiquitus syncelli ad patriarcham: huic enim mortuo ille statim succedebat. is ergo Seriphus Byzantium profectus et ad colloquium imperatoris admissus, cum multa alia superbe ac iactanter dixit, tum id quoque postulavit ut Romani se stipendiarios sultano facerent. et cum videret imperatorem eo nequaquam inclinare, re infecta domum rediit. exinde a sultano bellum exspectans Monomachus operam dedit ut quae finitima erant Persarum regno communiret. interea temporis Patzinacae etiam se commoverunt. ea res hoc modo acta.

Patzinacarum gens Scythica est, eorum Scytharum qui regii dicuntur, magna et populosa, et cui nulla alia gens Scythica resistere sola possit. dividitur autem in tredecim tribus, quae ut universae commune Patzinacarum nomen usurpant, ita quaevis a suo generis principe

τῆς προγόνου καὶ ἀρχηγοῦ τὴν προσηγορίαν κληρωσαμένη. νέμονται δὲ τὰς πέραν Ἴστρου ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ καὶ μέχρι Παννονίας ἡπλωμένας πεδιάδας, νομάδες τε ὄντες καὶ τὸν σκηνίτην διὰ παντὸς ἀσπαζόμενοι βίον. τούτου τοῦ γένους ἀρχηγὸς ἦν τῷ τότε Τυρὰχ ὁ τοῦ Κιλτὲρ υἱός, εὐγενείας ἥκων ἐς τὸ ἀκρότατον, ἀμβλὺς δὲ ἄλλως καὶ τὴν ἡσυχίαν φιλῶν. ἦν δὲ καὶ ἄλλος τις ἐν τῷ ἔθνει τὴν κλῆσιν Κεγένης, υἱὸς τοῦ Βαλτζάρ, τὸ μὲν γένος ἄσημος καὶ σχεδὸν ἀνώνυμος, περὶ δὲ τὰ πολεμικὰ καὶ τὰς στρατηγίας κάρτα δραστηριώτατος, ὃς καὶ πολλάκις ἐπιόντας D κατὰ τῶν Πατζινάκων τοὺς Οὔζους (γένος δὲ Οὐννικὸν οἱ Οὖζοι) ὑποστὰς ἐτρέψατο καὶ ἀπώσατο, τοῦ Τυρὰχ οὐχ ὅπως ἀντεπεξελθεῖν μὴ θαρρήσαντος, ἀλλὰ καὶ καταδύντος εἰς τὰ παρὰ τῷ Ἴστρῳ ἕλη καὶ τὰς λίμνας. τὸν μὲν οὖν Τυρὰχ οἱ Πατζινάκαι ἐτίμων διὰ τὸ γένος, τὸν δὲ Κεγένη ἠσπάζοντο διαφερόντως διὰ τὸ τῆς ἀνδρίας ὑπερβάλλον καὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις δεινότητα. ἅπερ ἀκούων καὶ βλέπων ὁ Τυρὰχ ἐδάκνετο τὴν ψυχήν, δεδιὼς περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τρόπον ἐζήτει ὅπως ἂν τὸν Κεγένην ἀποσκευάσηται. ἐφίστησιν οὖν αὐτῷ λόχους πολλάκις, ἐγίνοντο δὲ πάντες ἀργοί. ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἐπιχειρήσας κρυφίως ἠστόχησεν, ἔγνω δεῖν μὴ διαμέλλειν ἀλλ' ἐπιχειρεῖν φανερῶς. διὸ καὶ πλῆθος πέμψας καταλαβεῖν ἐκέλευσε τὸν ἄνδρα καὶ ἀνελεῖν. ὁ δὲ προγνοὺς τὴν ἐπιβουλὴν φυγὰς πρὸς τὰ ἕλη γίνεται τοῦ Βορυσθένους, P 776 καὶ οὕτω διαφυγγάνει τὸν ὄλεθρον. ἐκεῖθεν δὲ κρυπτόμενος καὶ

2 Βορυσθένους om in lacuna C 5 βιλτὰρ C 6 ἄλλως — δὲ καὶ om C 18 ἐγένοντο C 21 ἐκέλευε C

atque auctore peculiarem sortita est appellationem. incolunt trans Istrum planities a Borysthene fluvio ad Pannoniam usque porrectas, incertis errantes sedibus semperque in tabernaculis degentes. huic genti tunc praeerat Tyrachus Kilteri filius homo nobilissimus, ceteroqui segnis et quietis amans. erat in eadem gente etiam alius quidam Kegenes nomine, Baltzaris filius genere obscurissimo nullisque natalibus, sed bello ducendisque cohortibus longe praestantissimus: nam saepius Uzos (gens ea Unnica est) irruentes subsistens profligarat, Tyracho non modo contra eos exire non auso, sed etiam in lacus ac paludes Istro vicinas se subducente. itaque Tyrachum quidem Patzinacae ob generis nobilitatem venerabantur, Kegenem tamen mirifice amplectebantur ob fortitudinem insignem inque gerendis bellis strenuitatem. haec vero Tyrachi, videntis ista atque inaudientis, animum mordebant, de imperio suo soliciti, ita sane ut de tollendo Kegene cogitaret. cui cum saepe occultas tendens insidias nihil proficeret, tandem aperte eum adoriri statuit, missaque turba hominem corripi interficique iubet. sed Kegenes insidiis praecognitis ad paludes Borysthenicas profugit, itaque exitium evitavit.

λάθρᾳ πέμπων μηνύματα πρός τε τοὺς ἑαυτοῦ συγγενεῖς καὶ τὴν φυλήν, ἠδυνήθη τήν τε ἰδίαν γενεὰν ἀποστῆσαι τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας (ἦν δὲ ἡ Βελεμαρνὶς) καὶ πρὸς ταύτῃ καὶ ἄλλην τὴν Παγουμανίδα· καὶ δύναμιν προσλαβόμενος ἀντιπαρατάττεται μετὰ τῶν δύο γενεῶν πρὸς τὸν Τυρὰχ τὰς ια' ἔχοντα. καὶ ἐπὶ πολλὰς μὲν ἀντισχὼν ὥρας, ὅμως ὑπὸ τοῦ πλήθους καταπονηθεὶς τρέπεται. περιπλανώμενος δὲ ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ σωτηρίαν ζητῶν μίαν ἔγνω ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, τὴν εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων καταφυγήν. διὸ καὶ πρὸς τὸ Δορόστολον ἀφικόμενος, καὶ ἔν τινι ποταμίᾳ νησίδι περικλείσας ἑαυτὸν διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ (ἦσαν δὲ ἀμφὶ τὰς κ' χιλιάδας), B διαμηνύεται τῷ τῆς χώρας ἄρχοντι (ἦν δὲ Μιχαὴλ ὁ τοῦ Ἀναστασίου υἱὸς) καὶ γνωρίζει ὅστις τε εἴη καὶ οἵας διαδιδράσκων τύχας ἀφῖκται, καὶ ὅτι αὐτόμολος βούλεται γενέσθαι τῷ βασιλεῖ, ὑπισχνούμενος δὲ καὶ εἰ προσδεχθείη, εἰς μεγάλην ὄνησιν ἔσεσθαι τοῖς τούτου πράγμασιν. ὁ δὲ τὰ μηνύματα λόγου θᾶττον πρὸς τὸν βασιλέα διαπορθμεύσας διὰ ταχέων κελεύεται τὸν ἄνδρα μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ προσδέξασθαι, καὶ τούτοις μὲν τὰ ἐπιτήδεια χορηγεῖν, αὐτὸν δὲ ἐνδόξως ἐς τὸ Βυζάντιον πεπομφέναι. καὶ ὁ μὲν ὡς ἐκελεύσθη διεπράξατο, ὁ δὲ Κεγένης εἰς τὴν βασιλίδα φοι- C τήσας καὶ ἐς λόγους ἐλθὼν τῷ βασιλεῖ φιλοφρόνως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ὑπεδέχθη, καὶ ὑποσχόμενος αὐτός τε τὸ ἅγιον δέξασθαι βάπτισμα, παραπεῖσαι δὲ καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι,

1 λαθραῖα πέμψας C 17 διαπεμψάμενος C 19 οὗτοι μὲν ὡς ἐκελεύσθησαν διεπράξαντο C

ibi occultatus, clam ad cognatos tribumque missis internuntiis, effecit ut et haec a rege descisceret (vocabatur Belemarnis tribus) et alia etiam nomine Pagumanis. exinde contractis copiis cum duabus tribubus adversus Tyrachum, cui 11 tribus aderant, pugnam init. cumque per aliquot horas durasset, tandem multitudine oppressus fugatur. vagans inde circum paludes, ac salutem quaerens sibi suisque, unam hanc invenit rationem, si ad Romanum imperatorem transfugeret. itaque profectus Dorostolum, quo tutus ab insidiis esset, se et suos, qui erant ad 20 milia, in insulam quandam fluvii exiguam includit, regionisque praefecto (is erat Michaelus Anastasii filius) significat quis esset et qua fortuna actus huc venisset; et se cupere in fidem imperatoris concedere, receptumque se rebus huius magnopere commodaturum pollicetur. praefectus cum extemplo rem ad imperatorem detulisset, ab eo iubetur statim Kegenem cum suo comitatu accipere, atque huic quidem necessaria praebere, ipsum autem Kegenem honorifice Byzantium mittere. qui ut eo venit, benigne est splendideque exceptus, ac cum imperatore collocutus, se sanctum baptismum admissurum popularibusque idem ut faciant persuasurum promittens, ab imperatore patricio honore

εἰς πατρικιώτητά τε ἀνήχθη, καὶ φρούρια τρία ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὄχθαις ἱδρυμένων τοῦ Ἴστρου εἰλήφει καὶ γῆς πολλὰ στάδια, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς φίλοις ἐνεγράφη καὶ συμμάχοις Ῥωμαίων. τὸ πλέον δ' ὅτι καὶ ὡς ὑπέσχετο ἀνεδέξατο τὸ ἅγιον βάπτισμα αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, Εὐθυμίου τινὸς εὐλαβοῦς μοναχοῦ πεμφθέντος, τοῦ τὰ τοῦ θείου λουτροῦ παρὰ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ D ἐκτελέσαντος καὶ πᾶσι μεταδόντος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Γενόμενος δὲ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, καὶ τὰς αἰφνιδίους ἐφόδους ἀσφαλισάμενος, πρὸς ἄμυναν ἐτράπετο τοῦ ἐχθροῦ, καὶ περαιούμενος τὸν Ἴστρον νῦν μὲν σὺν χιλίοις, εἶτα σὺν δισχιλίοις καὶ αὖ σὺν πλείοσιν ἢ ἐλάττοσι, καὶ ἐξ ἐφόδου προσπίπτων, τὰ μέγιστα ἐκάκου καὶ ἐλυμαίνετο τοὺς περὶ τὸν Τυρὰχ Πατζινάκας, ἄνδρας μὲν τοὺς προσπίπτοντας ἀναιρῶν, γύναια δὲ καὶ παῖδας ἀνδραποδιζόμενος καὶ πωλῶν τοῖς Ῥωμαίοις. ταύτας δὲ τὰς λαθραίας ἐπιθέσεις τοῦ Κεγένους μὴ φέρων ὁ Τυρὰχ διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα, μηνύσας ὡς ἔδει τὸν μέγαν βασιλέα, σπονδὰς ἔχοντα P 777 μετὰ τοῦ γένους τῶν Πατζινάκων, μηδὲ προσδέξασθαι ὅλως τὸν ἀποστάτην αὐτῶν, ἐπεὶ δὲ προσεδέξατο, κωλύειν μὴ διαπερᾶν καὶ τοὺς ὑποσπόνδους λυμαίνεσθαι· ἢ οὖν κωλυθήτω ὁ ἀνὴρ τὰ τοιαῦτα πράττειν, ἢ μηδεμιᾶς τυχέτω συμμαχίας, ἢ γινωσκέτω ὁ βασιλεὺς ὡς καθ' ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ χώρας ἐφέλκεται βαρύτατον πόλεμον. καὶ ταῦτα μὲν τὰ μηνύματα τοῦ Τυράχ,

3 ἀνεγράφη C 9 ἐτρέπετο C 15 διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα om C 21 τῆς ἑαυτοῦ] τῆς αὐτοῦ C 22 βιαιότατον C

ornatur; eique tres arces assignantur de iis quae ad ripam sunt Istri, multaque agri iugera; atque adeo in numerum amicorum sociorumque PR adscribitur, eam praecipue ob causam quod, uti pollicitus fuerat, et ipse baptizari voluit et qui cum ipso erant. eaque in re usi sunt religiosi cuiusdam monachi Euthymii opera, ad ipsos missi, qui ad Istrum amnem eius sacramenti ceremonias administravit universosque baptizavit.

Rebus in tuto constitutis Kegenes, cum iam contra subditos hostium impetus se munivisset, ad ulciscendum hostem se confert, Istroque transmisso nunc cum milibus alias cum duobus milibus, et aliquando pluribus aliquando paucioribus ductis, impressionibus subitaneis Patzinacas Tyrachios graviter afflixit, viros, in quos incidisset, occidens, mulieres autem et pueros in servitutem abducens ac Romanis vendens. Tyrachus clandestinas has Kegenis impressiones non ferens ad imperatorem mittit legatos, qui haec proponerent. imperatorem Romanum, cui cum gente Patzinacarum foedus esset, omnino non debuisse recipere eum qui ab ipsis descivisset; aut saltem recepto interdicere, ne Istro traiecto amicos PR laederet. proinde aut Kegenis compesceret excursiones, aut auxilium ei non praebeat. si secus faceret, sciret se

ὁ δὲ βασιλεὺς τὰς ἀγγελίας δεξάμενος πρὸς ταύτας μὲν καὶ ἐπεκάγχασεν, εἰ διὰ Πατζινάκου ἀπειλὰς προδότης γένοιτο τοῦ εἰς αὐτὸν προσφυγόντος, καὶ κωλύειν τοῦ μὴ κακοῦν τοὺς κακώσαντας, τοὺς δὲ πρεσβευτὰς ἀπράκτους ἐξέπεμψε. γράμματα δὲ πρός τε Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα τῶν παριστρίων πόλεων, ἔτι δὲ καὶ B πρὸς αὐτὸν τὸν Κεγένην ἐκπέμπει, φυλάττειν ἀκριβῶς τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ· εἰ δέ τις ἐπίῃ βαρεῖα δύναμις, γράμμασι μηνύειν, ἵνα καὶ ἀπὸ τῶν δυτικῶν ταγμάτων ἐκπεμπόμενά τινα σὺν αὐτοῖς εἴργωσι τοῖς Πατζινάκαις τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν. ἔπεμψε δὲ καὶ τριήρεις ἑκατόν, ἐπισκήψας παραπλεῖν τὸν Ἴστρον καὶ πειρωμένους διακωλύειν τοὺς Πατζινάκας περᾶν. ἐπανηκόντων δ' ἀπράκτων τῶν αὐτοῦ πρέσβεων, ὁ Τυρὰχ ἐχαλέπαινε καὶ ὠργίζετο καὶ θᾶττον ηὔχετο καταλαβεῖν τὸν χειμῶνα. ἤδη δὲ τῆς φθινοπωρινῆς ληγούσης ὥρας καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιστάντος, τοῦ ἡλίου ὄντος ἐπὶ τὸν αἰγοκέρωτα, ἄνεμος ἔπνευσεν ἀπαρκτίας πο- C λύς, ὡς ἀποκρυσταλλωθῆναι μέχρι πεντεκαίδεκα πήχεων ἐς βάθος τὸν ποταμόν. πάσης οὖν φυλακῆς σχολασάσης, δραξάμενος ἀδείας ἧς ἐπιτυχεῖν ηὔχετο ὁ Τυρὰχ διαπερᾷ τὸν Ἴστρον μετὰ πάντων τῶν Πατζινάκων, ὄντων, ὡς ἐλέγετο, χιλιάδων ὀκτακοσίων, καὶ ἐς τὴν περαίαν ἱδρύετο, κείρων καὶ ἀφανίζων τὰ παραπίπτοντα. γράμματα δὲ πρὸς τὸν βασιλέα ἐστέλλετο βοηθεῖν δεόμενα τὴν ταχίστην. ὁ δὲ μηδ' ὅλα τὰ γράμματα ἀναγνοὺς τῷ δουκὶ Ἀδρια-

3 κωλύοι? τοῦ] τοὺς C 7 ἐπίοι C 9 πατζινάκοις C
11 πατζινάκους C 12 ἑαυτοῦ C 15 περὶ C 20 ἱδρύεται C

gravissimum contra se ac suos bellum concitare. auditis imperator his postulatis cachinnum sustulit, quod ludibrium putaret, si ob Patzinacae minas prodere cogeretur eum qui in fidem ipsius confugisset, aut eum ab ulciscenda iniuria abstinere. legatosque re infecta dimittit. simul literas ad Michaelum dat, urbium Istro adiacentium praefectum, et ad Kegenum; iisque iniungit ut ripas Istri accurate custodiant, ac si quis gravis exercitus appetat, id sibi per literas indicent, ut de Occidentalibus etiam legionibus mittere possit qui ipsis coniuncti Patzinacas transitu Istri prohibeant. mittit etiam triremes centum, quae Istri ripas legant et Patzinacas traiectu arceant. cum legati irrita spe rediissent, Tyrachus indignabatur ac fremebat, hiemisque adventum exoptabat. sub finem auctumni, ac hieme ineunte, cum iam sol ad Capricornum appulisset, ventus aparctias copiosus flavit Isterque in glaciem quindecim cubitos altam congelavit. otiosa itaque omni custodia optatam Tyrachus nactus licentiam, Istrum cum omnibus Patzinacis, quorum multitudo octingentorum censebatur milium, transgressus, in ulteriorem se effudit dicionem, diripiens atque delens in quae incidebat omnia. mittuntur ergo ad imperatorem literae, quibus ad ferendam quamprimum opem incitabatur. is vixdum perlectis literis ad Adriano-

νουπόλεως γράφει (ἦν δὲ Κωνσταντῖνος μάγιστρος ὁ Ἀριανίτης)
D τὰς Μακεδονικὰς εἰληφότι δυνάμεις, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Βασίλειον
Μοναχὸν τὸν ἡγεμόνα τῆς Βουλγαρίας τὴν Βουλγαρικὴν εἰληφότα
χεῖρα ἀφικέσθαι καὶ ἑνωθῆναι τῷ Μιχαὴλ καὶ τῷ Κεγένῃ καὶ μετ'
αὐτῶν πρὸς τοὺς Πατζινάκας διαγωνίσασθαι. ὧν κατὰ τὸ βασι-
λικὸν ποιησάντων ἐπίταγμα καὶ πάντων ὑφ' ἓν γενομένων, ἀνα-
λαβὼν ὁ Κεγένης τὰς Ῥωμαϊκὰς φάλαγγας ἐν τοῖς ὑπαίθροις
στρατοπεδεύεται, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιὼν ἐξ ἐφόδου οὐ μικρὰ
τοὺς Πατζινάκας ἐλύπει. τούτοις γὰρ ἅμα τῇ τοῦ ποταμοῦ δια-
βάσει ἀφθονίαν ζῴων εὑροῦσι πολλὴν καὶ οἴνου καὶ τῶν ἐκ μέλιτος
κατασκευαζομένων πομάτων, ὧν οὐδὲ ἀκοὴν ἔσχον πώποτε, καὶ
ἀνέδην τῶν τοιούτων ἐμφορουμένοις νόσος ἐσπίπτει κοιλιακὴν διά-
θεσιν ἔχουσα, καὶ ἀπώλλυντο ἑκάστης ἡμέρας ἀναρίθμητα πλήθη.
P 778 ὅπερ πυθόμενος ὁ Κεγένης διά τινος αὐτομόλου, καὶ καιρὸν ἐπι-
τήδειον κρίνας τοῦτον εἶναι τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθήσεσθαι, ὁπότε καὶ
χειμῶνι καὶ νόσῳ πιέζονται, ἀναπείσας καὶ τοὺς Ῥωμαίους ὀκνοῦν-
τας καὶ δεδιότας πρὸς τοσαύτας ἀντιπαρατάττεσθαι μυριάδας,
προσρήγνυται τοῖς ἐχθροῖς. οἱ δὲ τὴν ὀξεῖαν ἔλευσιν ἐκπλαγέντες
καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀποδειλιάσαντες, ῥίψαντες τὰ ὅπλα αὐτός
τε ὁ Τυρὰχ καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἑαυτοὺς
ἐγχειρίζουσιν. ὁ μὲν οὖν Κεγένης συνεβούλευε καὶ διεμαρτύρατο
πάντας ἡβηδὸν ἀποσφάξαι, ἔλεγε δὲ καὶ παροιμίαν βάρβαρον μὲν
B νοῦν δὲ πολὺν ἔχουσαν, ὡς ἔτι χειμῶνος ὄντος δεῖ τὸν ὄφιν ἀπο-

8 ἐπὶ τῶν C 9 πατζινάκους C 11 πομάτων om C

polis ducem Constantinum magistrum Arianitam scribit, ut Macedonicis cum copiis, et ad Basilium Monachum Bulgariae ducem, ut cum Bulgarico exercitu Michaelo ac Kegeni se coniungant et contra Patzinacas depugnent. iique iussa statim sunt exsecuti. coniunctis omnibus Romanorum copiis Kegenes eas eduxit, castrisque sub dio positis, quotidianis incursionibus Patzinacas haud leviter vexavit. ii amne traiecto in pecudum vini et potus e melle confecti maximam inciderant copiam, ne auditu quidem antea ipsis noti. quibus cum affatim fruerentur, morbus eos coeliacus invasit, et quotidie moriebantur innumeri. de quo certior a transfuga quodam factus Kegenes, idque invadendi hostis opportunum tempus ratus, quo et hieme et morbo premebantur, pertractis in suam sententiam etiam Romanis, tergiversantibus nonnihil et contra tantam multitudinem pugnare metuentibus, in Patzinacas impetum dat. qui celeritate irruentium hostium perterriti et pugnam reformidantes abiectis armis sese Romanis dedunt, cum Tyrachus ipse et ceteri principes, tum reliqua etiam turba. consulebat Kegenes, atque etiam obtestabatur uti ad unum omnes occiderentur hostes. et adagium afferebat, barbarum quidem, sed valde argutum, anguem hieme esse necandum,

κτεῖναι, ὁπηνίκα τὴν κέρκον κινεῖν οὐ δύναται· ὑπὸ ἡλίου γὰρ θαλφθεὶς κόπους ἡμῖν παρέξει καὶ πράγματα. τοῦτο δὲ τοῖς ἄρχουσιν οὐκ ἐδόκει Ῥωμαίων, ἀλλὰ βαρβαρικὸν τὸ ἔργον καὶ ἀνόσιον ἐνομίζετο καὶ Ῥωμαϊκῆς ἀνάξιον ἡμερότητος. μᾶλλον μὲν οὖν συμφέρον ἐνόμιζον διασκεδάσαι τούτους ἐν ταῖς ἐρήμοις τῆς Βουλγαρίας πεδιάσι καὶ ἄλλους ἀλλαχοῦ ἐγκατοικίσαι καὶ φόρους αὐτοῖς ἐπιθεῖναι· ἔσεσθαι γὰρ οὐκ εὐαρίθμητον τὸν ἀπὸ τῶν τοιούτων δασμόν· εἰ δεήσει δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ στρατοῦ πρός τε τοὺς Τούρκους καὶ πρὸς ἄλλα ἑτερόφυλα γένη, καθοπλίζειν ἀπ' C αὐτῶν. πολλῶν οὖν λόγων ῥηθέντων ἐνίκησεν ἡ τῶν Ῥωμαίων γνώμη· καὶ ὁ μὲν Κεγένης ὅσους ἔλαβε ζωγρίας, πλὴν ὧν ἀπημπόληκε, τοὺς πάντας ἀποσφάξας ὑπενόστησεν οἴκαδε, τὰς δὲ τῶν Πατζινάκων μυριάδας ὁ τῆς Βουλγαρίας παραλαβὼν ἄρχων Βασίλειος ὁ Μοναχὸς ἐγκαθιδρύει ἀνά τε τὰς πεδιάδας τῆς Σαρδικῆς, τῆς Ναϊσοῦ καὶ Εὐτζαπέλου διασπείρας πάντας καὶ πᾶν ὅπλον ἀφελόμενος διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον. ὁ δὲ Τυρὰχ καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρες ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἄγονται εἰς τὸν βασιλέα· οὓς φιλοφρόνως οὗτος ἀποδεξάμενος καὶ βαπτίσας καὶ μεγίστοις ἀξιώμασιν ἐπάρας ἐν εὐπαθείαις κατεῖχεν.

Ὁ δὲ σουλτάνος τὴν τῶν αὐτοῦ πρέσβεων ἄπρακτον ὑπο- D στροφὴν μὴ φέρων, τὰς ἐν Περσίδι πάσας δυνάμεις καὶ τὰς Βαβυλωνίους ὑφ' ἓν ἀθροίσας εἰσβολὴν ποιεῖται κατὰ Ῥωμαίων. τοῦτο δὲ προακηκοὼς ὁ Μονομάχος ἔσπευδε μὲν καὶ διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων ἀντιπαράταξιν στῆσαι τῷ πολεμίῳ, ὥπλισε δὲ

15 εὐσαπόλεως C   16 καὶ οἱ σὺν C

cum non potest caudam movere, ne solis calore refectus molestiam laboremque ipsis creet. Romanis ductoribus id non probabatur, facinus hoc barbaricum fore et impium ac a Romana clementia alienum censentibus. potius eos per desertas Bulgariae planities dispergendos, atque hinc inde dissipatis tributum imponendum. hoc modo et ingentem ab iis reditum rei Romanae accessurum, et cum imperator militibus opus esset habiturus adversus Turcos aut alios barbaros, tunc eos armari posse. re diu disputata vicit tandem Romanorum sententia. sed Kegenes occisis quotquot ceperat Patzinacis, nisi quos vendidit, domum est reversus. ceteram eorum multitudinem Bulgariae praefectus Basilius Monachus per campestria Sardicae Naisi et Eutzapeli distribuit, omnibus ademptis armis, ne quid moliri possent. Tyrachus et cum eo centum quadraginta viri ad imperatorem abducti sunt; atque ab hoc benigne accepti, baptizati maximisque honoribus affecti, vitam ibi iucundam egerunt.

At vero sultanus ob irritam legationem iratus, contractis e Perside et Babylonia copiis, bellum in Romanos movet. id cum auditu praecepisset Monomachus, cum suas copias opponere hosti statuit, tum

καὶ ἀπὸ τῶν Πατζινάκων χιλιάδας ιέ. καὶ ἡγεμόνας τέσσαρας ἀπὸ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει Πατζινάκων αὐτοῖς ἐπιστήσας, τὸν Σουλτζοῦν, τὸν Σελτέ, τὸν Καραμᾶν καὶ τὸν Καταλείμ, δώροις τε φιλοτιμησάμενος οὐ μικροῖς, καὶ ἅρματα κάλλιστα δοὺς καὶ ἵππους διαπρεπεῖς, περαιοῖ ἐν Χρυσουπόλει, δοὺς αὐτοῖς ὁδηγὸν τὸν ἀπάξαι μέλλοντα τούτους εἰς Ἰβηρίαν P 779 Κωνσταντῖνον τὸν πατρίκιον, ᾧ Ἀδροβάλανος τὸ ἐπώνυμον. περαιωθέντες δὲ οὗτοι καὶ τοὺς ἵππους ἀναβάντες καὶ τῆς πρὸς ἀνατολὴν φερούσης ἁψάμενοι καὶ προελθόντες ἄχρι μιλίων τινῶν καὶ τῷ λεγομένῳ Δαματρύϊ προσεγγίσαντες ἐπέσχον τὴν πορείαν, καὶ στάντες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ συμβουλὴν προετίθεσαν, ἥτις παρ' αὐτοῖς κομέντον ὠνόμασται. τισὶ μὲν οὖν ἐδόκει πορευτέα εἶναι καὶ μὴ ἀντιβαίνειν ἐπὶ τῆς χώρας τοῦ βασιλέως τοῖς βασιλικοῖς προστάγμασι, τοῦ τε λοιποῦ ἔθνους κεχωρισμένοις καὶ μήτε καθ' ἑαυτοὺς ὑποστῆναι δυναμένοις τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν μήτε ὁρμητήριον ἔχουσι πρὸς τὰ τῆς τύχης ἀβούλητα· ἄλλοις πάλιν ἐδόκει, B κατασχοῦσιν ὄρη τινὰ τῆς Βιθυνίας, ἐν τούτοις παραμένειν καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι, ἀνελθεῖν δὲ μηδαμῶς εἰς Ἰβηρίαν, ἐς χώραν μακρὰν καὶ ἀλλόκοτον, ἔνθα μέλλουσιν ἕξειν πολεμίους οὐ μόνον τοὺς ἐχθροὺς Ῥωμαίων ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς Ῥωμαίους. ὁ Καταλεὶμ δὲ μόνος γνώμην ἐδίδου ὑποστρέψαι καὶ ἑνωθῆναι τοῖς συγγενέσιν. εἰπόντος δέ τινος "καὶ πῶς ἂν ἔσεται περατὴ ἡ θάλασσα;" μηδὲν πλέον εἰπὼν ἕπεσθαί οἱ κελεύει. τὸν μὲν

6 ἐς C 7 τὸν πατρίκιον κωνσταντῖνον τὸν ἀδραβάλανον C 9 μιλίων τινῶν] Μελιτηνῆς P 10 δαμάτρυϊ C 18 εἰς Ἰβηρίαν om C 23 εἰπὼν om C

quindecim milia Patzinacarum armat; iisque duces quattuor de Patzinacis Byzantii degentibus praeficit, Sultzumum Seltzen Caraman et Cataleimum, donatosque haud vulgariter et armis pulcherrimis ornatos Chrysopolin transmittit, addito qui eos in Iberiam duceret Constantino patricio Adrobalano. mari traiecto Patzinacae cum equos conscendissent et iter in Orientem ingressi usque ad Melitenam pervenissent, ubi ad Damatryn appropinquavere, subsistunt et deliberationem (ipsi commentum vocant) instituunt. erant qui procedendum putarent neque mandatis imperatoris in ipsius dicione repugnandum, cum et avulsi a suis essent, neque soli Romanorum possent resistere viribus, neque haberent arcem in quam se, si quid praeter institutum forte eveniret, reciperent. aliis videbatur occupandos esse aliquos Bithyniae montes in iisque manendum, et si quis adoriretur, defendendum: non autem intrandum in Iberiam, regionem remotam atque alienam, atque ubi non hostes modo Romanorum, sed ipsos etiam Romanos hostes essent habituri. solus Catalimus suasit revertendum esse et se cum popularibus coniungendum. et quodam percontante quanam ratione mare transiri posset, nihil aliud dixit quam quod se iussit sequi. ergo Adrobalanum

οὖν Ἀδροβάλανον ὁρμήσαντες ἀποκτεῖναι οὐκ ἴσχυσαν (φυγὼν γὰρ διεσώθη ἔν τινι τριωρόφῳ ὑπερῴῳ τῶν ἐν τῷ Δαματρύϊ παλατίων), τῷ Καταλεὶμ δὲ ἑπόμενοι κατήρχοντο πρὸς τὴν θάλασ- C σαν, οὐκ ἐλπίζοντες τάχα πλοῖα ἔχειν αὐτὸν ηὐτρεπισμένα τὰ ῥᾳδίαν τούτοις μέλλοντα ποιῆσαι τὴν τῆς θαλάσσης περαίωσιν, ἀλλὰ διαποροῦντες καὶ μαθεῖν ἐθέλοντες τίς ὁ τρόπος τῆς διαβάσεως. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἐγένοντο, μηδὲν πλέον εἰπὼν ὁ Καταλεὶμ ἀλλ' ἢ μόνον "ἑπέσθω ὁ βουλόμενος αὐτόν τε περιεῖναι καὶ πάντας τοὺς Πατζινάκας" τὸν ἵππον μυωπίσας εἴσεισιν εἰς τὴν θάλασσαν. τοῦτο καὶ ἄλλος ἰδὼν ἐποίησε, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ ἄλλος, καὶ εὐθὺς τὸ πλῆθος ἅπαν· καὶ διανηξάμενοι περαιοῦνται κατὰ D τὸν ἅγιον Ταράσιον, οἱ μὲν αὐτοῖς ἅρμασιν, οἱ δὲ πρότερον τὰ ἅρματα ἀπορρίψαντες. καὶ περαιωθέντες καὶ τὴν πορείαν ἐπιτείναντες ἴσχυσαν διασωθῆναι πρὸς τοὺς οἰκείους κατὰ τὴν Τριαδίτζαν, μηδενὸς ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι τολμήσαντος· τὸ γὰρ αἰφνίδιον τῆς ἐφόδου εὔκολον αὐτοῖς τὴν πορείαν εἰργάσατο. ἑνωθέντες οὖν τοῖς ἐν Τριαδίτζῃ Πατζινάκαις διακηρυκεύονται καὶ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις καθιδρυμένους. γενόμενοι οὖν οἱ πάντες ἄθροισμα ἕν, καὶ ἀνθ' ὅπλων ἀξίνας γεωργικὰς καὶ δρέπανα καὶ ἄλλα σιδήρια λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἀγρῶν καθοπλίζονται, καὶ ἐν Φιλιππουπόλει γενόμενοι καὶ τὸν Αἷμον διαβάντες τὸ μὲν πλῆθος ἅπαν περὶ τὸν λεγόμενον Ὄσμον ποταμὸν κατεσκήνωσεν ἐν τῇ παριστρίῳ πεδιάδι, μόνος δὲ ὁ Σελτὲ ἐν τῷ Λοβιτζῷ

13 καὶ περαιωθέντες om C 15 πολεμῆσαι C 17 πατζινάκοις C 20 ἄλλα γεωργικὰ σιδ. C καθοπλίζοντο C 23 παριστρία C

interficere frustra conati (effugit enim in quoddam apud Damatryn palatiorum solarium tribus fastigiis tectum) Catalimum sequuntur ad mare, non quidem sperantes eum navigia habere parata quibus mare traiicerent, sed haesitantes, ac videre cupientes quaenam esset futura traiiciendi ratio. ut ad litus ventum est, Catalimus hoc unum fatus "qui se ipsum et universos Patzinacas vult esse salvos, me sequatur," equo calcaribus incitato mare est ingressus. quod alius rursumque alius imitatus, et tandem omnis Patzinacarum multitudo secuta est, quidam ut erant armati, alii abiectis armis. mare ergo tranant, et ad sanctum Tarasium in oppositum litus evadunt, et magnis itineribus ad suos apud Triaditzam perveniunt, nemine obstare aut eos prohibere auso, cum subitus adventus ipsis transitum expediret. coniuncti cum Patzinacis qui apud Triaditzam agebant, eos quoque qui aliis in regionibus morabantur solicitant. postquam universi in unum sunt collecti, correptis securibus ruralibus falcibusque et aliis ferramentis rusticis se armant, Philippopolinque profecti et Aemum transgressi ad flumen Osmum in campis Istro propinquis castra ponunt: solus Seltes in Lobitzo substi-

P 780 προσμείνας διανεπαύετο. ἄρτι δὲ καὶ τὰς Μακεδονικὰς ἀθροίσας δυνάμεις ὁ Ἀριανίτης καταδιώκει ὄπισθεν αὐτῶν. καὶ καταλαβὼν ἐν τῷ Λοβιτζῷ τὸν Σελτὲ κατεσκηνωμένον, τοῦτον μὲν κρατῆσαι οὐχ ἴσχυσεν (ἔφθασε γὰρ διαδράς), τὴν δὲ πᾶσαν αὐτοῦ στρατοπεδείαν κατασχὼν ὑπέστρεψε. καὶ τὰ μὲν τῆς ἑσπέρας τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

Ὁ δὲ σουλτάνος, ὡς εἴπομεν, βαρυθυμήσας διὰ τὴν τῶν αὐτοῦ καταφρόνησιν πρέσβεων καὶ τὴν τῶν θελημάτων ἀστοχίαν, ἄρας μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως ἔξεισι κατὰ τῆς ὑπηκόου Ῥωμαίοις· καὶ κατελθὼν ἄχρι τοῦ λεγομένου Κωμιοῦ, καὶ μηδὲν
B ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον διαπράξασθαι δυνηθεὶς (ἔφθασαν γὰρ οἱ τῆς χώρας προασφαλίσασθαι ἑαυτούς τε καὶ τὰ αὐτοῖς ἀναγκαιότατα ἐν τοῖς φρουρίοις· γέμει δὲ ἡ Ἰβηρία φρουρίων ἐρυμνοτάτων), προσωτέρω δὲ προβῆναι μὴ θαρρήσας τῷ πυθέσθαι τὰς Ῥωμαϊκὰς ἐν Καισαρείᾳ δυνάμεις ἀθροίζεσθαι, ὑπέστρεψε τῷ θυμῷ φλεγμαίνων καὶ μέγα τι ζητῶν κατεργάζεσθαι. γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Βαασπρακάν, καὶ παραπλησίως κἀκεῖ τὰ πάντα τειχήρη εὑρών, ἐπέβαλε ταῖς πολιορκίαις, καὶ ἀπεπειράσατο πρότερον τοῦ λεγομένου Μαντζικίερτε· πόλις δὲ τὸ Μαντζικίερτε ἐν γῇ ὁμαλῇ μὲν κειμένη, τείχεσι δὲ τρισὶ στεφανουμένη καὶ ὕδασι πολ-
C λοῖς ἔνδον κατάρρυτος πηγιμαίοις· τότε δὲ καὶ ἔτυχεν ἀφθόνως εἰσκομίσασα τὰ ἀναγκαῖα. ταύτην οἰηθεὶς ὁ σουλτάνος ῥᾳδίως ἐκπολιορκῆσαι τῷ ἐν εὐεπιβουλεύτῳ ἱδρύσθαι τόπῳ, χάρακα πηξάμενος ἔγγιστα ἐπεχείρει πολιορκεῖν, καὶ διέμεινεν ἐπὶ τριά-

3 λοβιτζῷ C 19 τῇ C 23 ἐπιβουλεύτῳ C

terat. interim Arianita Macedonicis exercitibus contractis eos a tergo insequitur, cumque Seltes Lobitzo aufugisset, castris eius potitus domum revertitur.

Dum haec in Occidente geruntur, sultanus ob contemptos suos legatos et consiliorum adversos eventus fremens cum omnibus suis copiis in Romanam dicionem intrat. cum vero usque ad Comium pervenisset, nihilque memorabile agere potuisset, quod incolae se et res necessarias castellis, qualia per Iberiam et plurima sunt et munitissima, mature incluserant, ulterius progredi non ausus, quia Romanas copias audiebat Caesareae colligi, rediit ira flagrans magnumque aliquod facinus edere cupiens. postquam in Baaspracaniam venit atque ibi etiam omnia muris defendi vidit, animum ad oppugnationes appellit, ac primo omnium Mantzikierte aggreditur. urbs est Mantzikierte in planitie posita, triplici muro circumdata multisque intus fontibus irrigua: tum quoque rerum necessariarum invexerant oppidani copiam. hanc urbem se, quod locus eam adortu facilem faceret, non magno expugnaturum ratus negotio sultanus, vallo proxime defixo omnis generis machinis tentat, ac

κοντα ἡμέρας ταύτην ἀνενδότως πολιορκῶν, ποικίλαις ἑλεπόλεσι χρώμενος καὶ παντοίοις εἴδεσι μηχανημάτων. εὐρώστως δὲ τῶν ἔνδον ἀποκρουομένων τὰς προσβολὰς ἐμπειρίᾳ καὶ συνέσει τοῦ στρατηγοῦ (ἦν δὲ Βασίλειος πατρίκιος ὁ ἀπὸ Κάπης), ἐπείπερ ἔγνω ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν, ἐβουλεύσατο λῦσαι τὴν πολιορκίαν καὶ ὑποστρέψαι. ἀνέκοψε δὲ τῆς ὁρμῆς αὐτὸν Ἀλκὰν ὁ τῶν D Χωρασμίων ἡγεμών, αἰτησάμενος μίαν ἔτι προσμεῖναι ἡμέραν καὶ αὐτῷ ἐπιτρέψαι τὸν κατὰ τῆς πόλεως πόλεμον. ἡσθεὶς δὲ τῷ αἰτήματι ἐπέσχε τὴν ἀναζυγήν. ἕωθεν οὖν ὁ Ἀλκὰν τὸν ἀμφ' αὐτὸν ἀθροίσας ἅπαντα λαόν, καὶ θεωρὸν ἐπί τινος γεωλόφου κατὰ τὴν ἑῴαν στήσας πύλην τὸν σουλτάνον αὐτὸν καὶ τοὺς ὅσοι τῶν Τούρκων ἦσαν ἐπισημότατοι, τὰς ἑλεπόλεις λαβὼν ἄπεισιν εἰς τὴν εἰρημένην πύλην· ἐκεῖσε γὰρ ἐδόκει τὰ τείχη τῆς πόλεως ταπεινότερά τε καὶ ἀσθενέστερα, καὶ ὁ τόπος ἀνάστημα ἔχων καὶ τῇ πολιορκίᾳ προσβοηθῶν, ἄνωθεν διδοὺς βάλλεσθαι τοὺς εἴσω τοῦ τείχους ὑπὸ τῶν ἔξω. διελὼν οὖν διχῇ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν μὲν στήσας ἐπὶ τοῦ ἀναστήματος ἐπιμόνῳ χρῆσθαι κελεύει τῇ τοξείᾳ, αὐτὸς δὲ σκηνὰς ἐκ λύγων ἔχων πεπλεγμένας, βοείαις βύρσαις ἄνωθεν ἐσκεπασμένας καὶ τροχοὺς ἐχούσας ὑπὸ τὰς τῶν βασταζόντων κιόνων βάσεις (λέσσας τὰς τοιαύτας κατονομάζουσι P 781 μηχανάς), λαοῦ πλήσας δικέλλας φέροντος καὶ σκαπάνας καὶ ἄλλα γεωργικὰ ὄργανα, ᾤετο κατὰ μικρὸν ὑπωθεῖν τὰς σκηνὰς καὶ τοῖς τείχεσι προσαρμόσαι καὶ οὕτως ὑπορύττειν ἀνέτως καὶ

16 δίχα C 18 ἔχεν C βοείαις βύρσαις ἄνωθεν ἐσκεπασμένας om C 19 τροχὰς C

per triginta dies absque ulla intermissione oppugnat. praeerat ei urbi Basilius patricius a Capa, homo prudens ac peritus. eius industria factum ut qui in urbe erant, oppugnantes fortiter repellerent. iam de re quam frustra sibi videbatur conatus omittenda et obsidione solvenda cogitantem sultanum Alcan Chorasmiorum dux rogat, ut adhuc unum diem perseveret sibique oppugnationem mandet. quod perlibenter concessit sultanus. prima luce Alcan omnibus suis collectis sultanum et illustrissimos Turcarum in tumulo quodam iuxta portam orientalem spectandi causa collocat, atque ipse ad eam portam cum machinis subit. videbatur enim eo loco murus urbis humilior ac infirmior, locusque oppositus aliquanto editior oppugnationem adiuvare, quia intra muros qui essent, desuper telis impeti ab oppugnantibus possent. ergo in duas partes exercitum suum dividit, quarum una editiore illo loco staret continenterque sagittas eiacularetur: alteram ligonibus bidentibus aliisque rusticis instrumentis arma tam lesas (tabernaculi genus est lesa, ex viminibus contextum ac superne corio bubulo inductum, quod a columnis sustinetur, quarum basibus rotae sunt subiectae) subire, easque paulatim impellere, muroque sub iis succedere et tutos isto tegmine funda-

ἀδεῶς τὰ θεμέλια, πιστεύσας ὡς οὐδεὶς προκύψαι τοῦ τείχους συγχωρηθήσεται ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν· καὶ τοῦτον ἐφαντάζετο τὸν τρόπον παραλήψεσθαι τὴν πόλιν. ταῦτα δὲ βλέπων ἀπὸ τοῦ τείχους ὁ Ἀποκάπης τοῖς μὲν τειχοφυλακοῦσιν ἀτρεμεῖν καὶ μηδένα προκύπτειν διεκελεύετο, μόνον δὲ λίθους χειροπληθεῖς B ἔχειν ηὐτρεπισμένους καὶ τόξα καὶ ἄλλα ἐκηβόλα ὄργανα, καὶ προσμένειν τὸ ἐξ αὐτοῦ σύνθημα (ἦν δὲ τὸ Χριστὲ βοήθει), οὗ δοθέντος ἔργου ἔχεσθαι· εἶχε δὲ παρ' ἑαυτῷ καὶ δοκοὺς μεγίστας, κατὰ τὴν βάσιν ὀξείας. καὶ ὁ μὲν διετάττετο ὧδε, ὁ δὲ Ἀλκὰν τῶν ἐκτὸς Τούρκων χαλαζηδὸν ἐκπεμπόντων τὰ βέλη καὶ τοὺς εἴσω τείχους ἀνακόπτειν δοκούντων, κατ' ὀλίγον ὑπωθῶν τὰς λέσσας προσήρειδε τῷ τείχει. ἐπεὶ δὲ ἔφθασαν αἱ σκηναὶ προσεγγίσαι καὶ ἐδόκει ἀδύνατος αὐταῖς εἶναι ἡ εἰς τοὐπίσω ἀναστροφή, αἰφνίδιον τοῦ Ἀποκάπη τὸ σύνθημα δόντος οἵ τε ἐπὶ τῶν δοκῶν τεταγμένοι τὰς δοκοὺς ἠφίεσαν κατὰ τῶν σκηνῶν καὶ οἱ λοιποὶ τόξοις καὶ λίθοις ἔβαλλον. τότε δὴ οὖν ἡ τὸν Ἀλκὰν C ἔχουσα σκηνὴ πολλαῖς περιπαρεῖσα κατὰ τὴν στέγην δοκοῖς ἀνετράπη ὑπὸ τοῦ βάρους τούτων περιτραπεῖσα· ἧς περιτραπείσης οἱ ἔνδον ταύτης ἀπογυμνωθέντες ἐβάλλοντο πάντοθεν λίθοις καὶ τόξοις, μηδενὸς ἐπαμῦναι τούτοις ἰσχύοντος. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔπεσον ἐκεῖσε, ἐλήφθη δὲ ὁ Ἀλκὰν ζωγρίας, γνώριμος ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τῶν ὅπλων ὑπάρχων· δύο γάρ τινες καλοὶ κἀγαθοὶ νεανίαι προπηδήσαντες τῶν πυλῶν τῆς πόλεως καὶ τῶν τριχῶν τούτου δραξάμενοι σύροντες εἰσήγαγον εἰς τὴν πόλιν. καὶ

5 διεγκελεύεται C 9 ὀξεῖς libri

menta omni vi subruere iubet, animi certus ob sagittarum nimbum neminem ausurum de muro prospicere, atque ita se urbem expugnaturum somnians. haec de muro cernens Basilius iis quibus murorum defendendorum munus incumbebat, mandat ut se contineant, neque quisquam se exserat, sed in promptu habeant grandia saxa, sagittas aliaque missilia, et exspectent signum quo dato (erat autem tessara "Christe iuva") rem gerant. et habebat ad rem hanc paratas trabes maximas inferne acutas. interim Alcan, cum Turci grandinis in morem emissis sagittis propugnatores viderentur abegisse, paulatim lesas muro admovet. quae cum ita accessissent ut iam retro abire nullo modo posse viderentur, subito dato a Basilio signo ii quibus negotium erat commissum trabes lesis iniiciunt, alii missilibus et lapidibus impetunt. itaque lesa qua ipse Alcan tegebatur, pondere impactorum subversa tectos nudavit; qui undique lapidibus et sagittis impetiti, cum opem ferre nemo posset, omnes perierunt. Alcanem splendore armorum agnitum fortes duo iuvenes porta urbis exsilientes crinibus comprehensum in urbem pertra-

τούτου μὲν εὐθὺς τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν ὁ Βασίλειος ἀκοντίζει τοῖς Τούρκοις, ὁ δὲ σουλτάνος περιαλγήσας τῷ πάθει λύει τὴν πολιορκίαν καὶ ἀναζεύγνυσι, πλασάμενος ἀναγκαῖά τινα πράγματα D κατεπείγειν αὐτὸν οἴκαδε ὑποστρέφειν, ἀπειλῶν εἰς τοὐπιὸν ἔαρ μετὰ μείζονος κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατεῦσαι δυνάμεως.

Περὶ ἧς φροντίζων ὁ Μονομάχος, ἔτι δὲ καὶ τὸν Ἀπλησφάρην τὸν τοῦ Τιβίου ἄρχοντα τὰς ἐπὶ Κωνσταντίνου σπονδὰς διαλύσαντα καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων κακοῦντα ἀμυνόμενος, τὰ ἑῷα τάγματα πάντα ἀθροίσας καὶ ἡγεμονεύειν τάξας αὐτῶν Νικηφόρον τινὰ εὐνοῦχον, ἱερέα μὲν τυγχάνοντα πρότερον καὶ τῷ βασιλεῖ ὑπηρετοῦντα ἰδιωτεύοντι, διὰ κοσμικὴν δὲ περιφάνειαν καὶ δόξαν ἀπωσάμενον τὴν ἱερωσύνην, ῥαίκτωρα τοῦτον τιμήσας καὶ στρατοπεδάρχην ὀνομάσας εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπει, οὐκ ἐπειδὴ δραστήριος ἦν καὶ ἐνεργὸς τὰ πολεμικά, ἀλλ' ἐπειδὴ εὔνοιαν ἐτήρει τῷ βασιλεῖ. οὗτος ἀνελθὼν μετὰ τοῦ στρατοῦ ἄχρι τῆς λεγομένης P 782 σιδηρᾶς γεφύρας καὶ τοῦ Καντζακίου Τούρκοις μὲν οὐκ ἐνέτυχεν (ἐν τῇ πεδιάδι γὰρ τῆς Περσαρμενίας στρατοπεδεύοντες μετὰ Ἀβιμέλεχ τινὸς στρατηγοῦ, ἀδελφοῦ τοῦ Κουτλουμοῦς, καὶ πυθόμενοι τὴν τῶν Ῥωμαίων βαρεῖαν ἔφοδον, μὴ στέρξαι τὴν ἐπέλευσιν τολμήσαντες ὑπενόστησαν οἴκαδε), ὁ δὲ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς τὸν Ἀπλησφάρην εἴσω τοῦ τείχους συγκλείσαντες, καὶ τὴν περίχωρον πᾶσαν ληϊσάμενοι, ἔπεισαν καὶ ἄκοντα ἀνανεώσασθαι τὰς σπονδὰς

16 κανζακίου C 19 στέξαι? 21 τοῦ om C

xerunt; cui statim caput amputavit Basilius, idque in Turcos est iaculatus. sultanus gravissimo dolore ob eam cladem percepto castra movet, fingens se necessariis quibusdam rebus urgentibus domum avocari, minatusque insequenti vere se maioribus cum copiis in Romanos expeditionem facturum.

Qua de re imperator solicitus, simul et de Aplesphare, qui violato quod cum Constantino pepigerat foedere Romanam dicionem infestabat, ulciscendo cogitans, omnes in unum contrahit orientales copias, iisque praeficit Nicephorum quendam eunuchum, qui aliquando sacerdos Monomacho adhuc privato inserviverat et splendoris ac gloriae profanae studio sacerdotium eiuraverat. hunc ergo rectoris titulo decoratum et castrorum praefecti in Orientem mittit, non quod is homo strenuus esset aut bellica re industrius, sed quia imperatori erat fidelis. is Nicephorus cum exercitu usque ad pontes ferreos (loci hoc nomen) et Cantzacium progressus in Turcos quidem non incidit: hi enim in planitie Persarmeniae castra metati, duce Abimelecho Cutlumusi fratre, cum de Romanorum gravi expeditione nuntium accepissent, non ausi eorum adventum exspectare domum abierant. Aplesphare autem intra muros compulso viciniam depopulatur, adigitque eum ut vel invitus foedus re-

καὶ ὅμηρον δοῦναι Ἀρτασύραν τὸν υἱὸν Φατλοὺμ τοῦ οἰκείου ἀδελ-
B φοῦ τοῦ τῆς Καντζακηνῶν κατάρχοντος γῆς· ὃν εἰληφὼς ὁ Νικηφόρος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν.

Οἱ Πατζινάκαι δὲ τὸν Αἷμον, ὡς εἴπομεν, διαβάντες, καὶ τὴν μεταξὺ τούτου καὶ τοῦ Ἴστρου κατασκοπήσαντες πεδιάδα τὴν διήκουσαν μέχρι θαλάσσης, καὶ τόπον εὑρόντες νάπας καὶ ἄλση ἔχοντα καὶ λόχμας παντοδαπὰς καὶ ὕδωρ καὶ νομὰς (Ἑκατὸν βουνοὺς τὸν τόπον ὀνομάζουσιν οἱ ἐγχώριοι), ἐκεῖσε ἐγκαθιδρύονται, καὶ ἐκδρομὰς αὐτόθεν ποιούμενοι οὐ μικρὰ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐλύπουν. ὁ δὲ βασιλεὺς μεταπέμπεται τὸν Κεγένην ἐπὶ συμβουλῇ εἰς τὴν βασιλίδα· καὶ ὃς εἴσεισιν εὐθὺς μετὰ παντὸς τοῦ οἰκείου
C στρατοῦ, καὶ κατασκηνοῖ κατὰ τὴν ἀφωρισμένην πεδιάδα Βυζαντίοις εἰς πεδίαν (Μαΐτας ὁ τόπος κατονομάζεται) σὺν ἅπαντι τῷ στρατῷ. μήπω δὲ ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ, μηδ᾽ ὅτου μετεκλήθη χάριν μαθών, ἐπιβουλεύεται ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὑπὸ Πατζινάκων τριῶν μετὰ ξιφῶν ἐπελθόντων κοιμωμένῳ καὶ πληγὰς ἐπενεγκόντων αὐτῷ, μὴ μέντοι καιρίας· γνωσθέντες γὰρ εὐθὺς ὑπὸ τῶν σωματοφυλακούντων τάς τε πληγὰς ἀσθενεῖς ἐπιφέρουσι, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμήσαντες βοηδρομήσαντος τοῦ πλήθους μετὰ Βαλτζὰρ υἱοῦ τοῦ Κεγένους ἁλίσκονται. ἕωθεν οὖν ὁ Βαλτζὰρ ἐφ᾽ ἁμά-
D ξης τετρατρόχου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα θείς, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύσαντας ὄπισθεν τῆς ἁμάξης ἕλκων πεπεδημένους (οὐδὲν γὰρ εἰς αὐτοὺς διαπράξασθαι πλέον ἐτόλμησεν ἐπιβοωμένους τὸν βασιλέα),

13 μαϊτὰς C 17 ἀπὸ libri 19 βουλτζὰρ C

novet, obsidemque det Artasyram filium Phatlumi fratris sui, Cantzacenae regionis principis. cum hoc Nicephorus in urbem rediit.

Patzinacae autem Aemo, ut ostendimus, superato planitiem quae inter hunc et Istrum interiacet ad mare usque porrecta speculati, cum invenissent locum ibi saltus et lucos omnisque generis silvas et aquam ac pascua habentem (incolae locum Centum colles appellabant) in eo consederunt, atque inde factis excursionibus subditos Romanorum non leviter vexarunt. ergo Kegenes consultandi causa ab imperatore evocatus cum omnibus suis copiis ad urbem accedit, et castra facit in campo Byzantiis designato, cui loco Maitas nomen est. nondum autem cum imperatore congressus, neque cur esset vocatus sciens, hac ipsa nocte insidiis Patzinacarum trium petitur, qui strictis ensibus irruentes dormienti vulnera imponunt, non tamen letalia. nam a satellitibus statim cogniti ictus languidiores inferunt; et fugae se dantes accurrente opitulatum multitudine cum Baltzaro Kegenis filio capiuntur. mane Baltzar currui quattuor habenti rotas imponit patrem, et percussores post eum vinctos trahit (nihil enim amplius statuere de eis audebat, quod imperatorem appellassent), et omni suo cum exercitu equestri pe-

ἅμα παντὶ ἐφίππῳ τῷ στρατῷ, αὐτὸς πεζὸς σὺν τῷ ἀδελφῷ Γουλίνῳ ἑπόμενος τῇ ἁμάξῃ ὑπὸ δυοῖν ἑλκομένῃ ἵππων, ἔρχεται πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ κατὰ τὸ ἱπποδρόμιον γενόμενος ταύτην μὲν ἵστησιν ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ εἴσεισι πρὸς τὸν βασιλέα, τῆς φήμης προδραμούσης καὶ προοδοποιησάσης αὐτῷ τὴν εἴσοδον. ὃν εἰσαχθέντα ὁ βασιλεὺς ἐπήρετο διὰ τί μὴ εὐθὺς τιμωρὸς ἐγένετο τῶν τοῦ πατρὸς φονέων· τοῦ δὲ φήσαντος ὅτιπερ τὸ σὸν ἐπεκαλοῦντο συνεχῶς ὄνομα, εἰς ὑποψίας ἀτόπους ἐνέπεσεν ὁ βασιλεύς, καὶ λόγου θᾶττον ἐκπέμψας ἄγει τοὺς δεσμίους πρὸς ἑαυτόν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο δι᾽ ἥνπερ ἐπεχείρησαν τὸν πατρίκιον ἀνελεῖν. τῶν δὲ φησάντων ὅτιπερ κακόνους ἦν τῇ βασιλείᾳ σου καὶ τῇ πό- P 783
λει, ὄρθρου μελετῶν εἰσελθεῖν καὶ πάντας μὲν κατασφάξαι τοὺς ἔνδον, λαφυραγωγῆσαι δὲ καὶ τὴν πόλιν καὶ πρὸς τοὺς Πατζινάκας ἐπαναδραμεῖν, δέον ἐξετάσαι τὰ λεχθέντα καὶ εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν, ὁ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ἀδεσπότοις πιστεύσας συκοφαντίαις καὶ ἀσυστάτοις τὸν μὲν Κεγένην ἄγει πρὸς τὰ βασίλεια καὶ ἐν προσχήματι τάχα θεραπείας καὶ ἰατρείας ἐν τῇ ἐλεφαντίνῃ καθείργνυσι, τοὺς δὲ τούτου υἱοὺς ἐν ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ τόπῳ διίστησιν ἀπ᾽ αὐτοῦ. τὸ δὲ πλῆθος τῶν Πατζινάκων βρώμασι καὶ πόμασι παντοίοις πρὸς τὸ δοκεῖν εὐνοεῖν ἀνελάμβανε, B
σπεύδων, εἰ οἷόν τε, τῶν ἁρμάτων τούτους ἀπογυμνῶσαι καὶ τῶν ἵππων καὶ κατασχεῖν καὶ φρουρῆσαι, τοὺς ἐπιθεμένους τῷ φόνῳ ἀνέτως καὶ ἐλευθερίως, ὅπῃ καὶ ὡς βούλονται, διάγειν κελεύσας.

8 ἐνέπιπτεν C 10 περ om C 13 ἠβηδὸν ante τοὺς margo P
19 διαστήσας C

des ipse cum fratre Gulino currum a duobus tractum equis sequens urbem intrat; cumque ad Circum pervenisset, currum ibi sistens ad imperatorem se confert, quo iam ante fama praecurrerat ipsique aditum fecerat. admissum imperator percontatur cur non illico patris percussores supplicio affecerit. respondet "quia te identidem nominatim invocabant." hinc absurdae obortae Monomacho suspiciones, ac dicto citius missi qui vinctos istos adducerent, causamque exquirit qua ad necem Kegenis patricii fuerint impulsi. illi hanc proferunt, infidum imperio Romano fuisse Kegenem atque urbi, et in animo habuisse prima luce urbem ingredi, trucidatisque omnibus qui intus essent eam diripere, atque ad Patzinacas reverti. hic imperator cum inquirere in dicta et veritatem perscrutari debebat, omissa ea cura fidem incertis et male cohaerentibus calumniis deferens, Kegenem in palatium introductum sub curationis ac medicinae specie in Elephantina includit, filios eius a se invicem divulsos diversis locis collocat, simulataque benevolentia, multitudinem Patzinacarum recreans cibi ac potus omni genere, id quaerit ut si qua fieri possit ratione, armis eos equisque nudatos in custodiam dedat. percussoribus, ubicunque vellent libere degendi facultatem con-

καὶ ἐδόκει μὲν ταῦτα διαπραξάμενος λανθάνειν, ἀλλὰ τὸν δῆμον οὐκ ἔλαθε τῶν Πατζινάκων. τήν τε γὰρ τοῦ αὐτῶν καθηγεμόνος κατάσχεσιν καὶ τὴν τῶν ἐκείνου υἱῶν διάζευξιν οὐ χρηστὸν οἰωνὸν ἐλογίζοντο, καὶ σημεῖον κακονοίας προφανὲς ἐνόμιζον τὴν τῶν ἐπιβούλων ἐλευθερίαν. διὸ καὶ τὰ μὲν πεμφθέντα ἐδέξαντο μετ᾽ εὐχαριστίας, καὶ τὸν βασιλέα εὐφήμησαν, καὶ δι᾽ ὧν C *ἐποίουν ἀποδεχομένοις ἐῴκεσαν τὰ πραχθέντα· νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, μηδενὸς ὑποτοπάσαντος ἄραντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς καὶ συντόνῳ δι᾽ ὅλης νυκτὸς χρησάμενοι τῇ ὁδοιπορίᾳ, τριταῖοι τὸν Αἷμον διαβάντες ἑνοῦνται καὶ αὐτοὶ τῷ πλήθει τῶν Πατζινάκων. γενόμενοι γοῦν ἅπαντες ὑφ᾽ ἕν, ἤδη δὲ καὶ ὅπλων ἀποχρώντως ηὐπορηκότες διαπερῶσι τὸν Αἷμον, καὶ παρεμβολὴν μὲν πηγνύουσι κατὰ τὴν Αὐλὴν (φρούριον δὲ ἡ Αὐλὴ κατὰ τὰς ὑπωρείας [κειμένη] τοῦ Αἵμου καὶ οὐ πάνυ πόρρω κείμενον Ἀδριανουπόλεως) καὶ πρὸς λεηλασίαν καὶ λείαν τρέπονται.*

D *Ὅπερ μαθὼν ὁ τῆς δύσεως ἄρχων Κωνσταντῖνος μάγιστρος ὁ Ἀριανίτης, καὶ αὐτὸς παρεσκευασμένας ἔχων τὰς ἀμφ᾽ αὐτὸν δυνάμεις, ἄρας ἐξ Ἀδριανουπόλεως ἔρχεται κατ᾽ αὐτῶν. καὶ σποράσι μὲν τισιν ἐν τῷ ἀπιέναι περιτυχὼν εὐτύχησεν· εἶτα καὶ παρὰ τὸ λεγόμενον Δάμπολιν φρούριον συναντήσας τῷ πλήθει καὶ προσβαλὼν ἡττᾶται, πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν οὐκ ὀλίγων, ἀναιρεθέντων δὲ καὶ Θεοδώρου τοῦ Στρα-*

11 ἀποχρώντων εὐπορηκότων C   17 ἀρριανίτης C
22 στραβορ ὑ^τ C

cedit. et putabat sane non animadverti quid ageret: sed Patzinacas tamen minime fefellit. nam nihil boni significari eo iudicabant quod ducem ipsorum detinebat ac quod filios eius disiunxerat; et libertatem percussoribus permissam pro aperto malevolentiae signo habebant. itaque ea quae mittebantur ab imperatore actis gratiis et fausta ei precantes accipiebant, prorsusque prae se ferebant omnia sibi probari. sed nocte facta, nemine suspicante, e castris discesserunt, ac continenter per totam noctem facto itinere, tertio die Aemum transgressi reliquis se coniunxerunt Patzinacis. cum omnes in unum coivissent, iamque etiam armorum satis magnam parassent copiam, Aemum transeunt, castrisque ad Aulam (id est castellum in processu montis Aemi, haud longe Adrianopoli situm) factis praedis agendis se dant.

Quod ubi cognovit dux Occidentis Constantinus magister Arianites, ipse quoque instructum exercitum Adrianopoli contra eos educit; et primo quidem in quosdam palantes incidens rem feliciter gerit, sed ad castellum deinde Dampolim occurrens multitudini hostium vincitur, multis Macedonibus ac Thracibus amissis. ceciderunt etiam Theodorus

βομύτου καὶ τοῦ Πολῦ, ἀνδρῶν ἐκ γένους λαμπροῦ καὶ ἐπισήμων γενομένων ἐκ τῆς εἰς τὸν Τορνίκιον ἀπιστίας. ὁ μὲν οὖν μάγιστρος ὑπέστρεψεν ἐν Ἀδριανουπόλει, τῷ βασιλεῖ δὲ διὰ γραμμάτων ἄγγελος τοῦ ἀτυχήματος γίνεται, δηλοῖ δὲ καὶ ὡς δεῖ στρατοῦ νεαλοῦς· μετὰ γὰρ τῶν παρόντων ἀδύνατον ἀντιπαρατάξασθαι πρὸς τοσαύτην πληθὺν ἤδη τὰ νῶτα τρεψάντων. ὁ δὲ βασιλεὺς P 734 *καὶ πρὸ τῶν ἐκείνου γραμμάτων τὸ συμβὰν μὴ ἀγνοήσας, τὸν μὲν Τυρὰχ καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει κατεχομένους ἄρχοντας τῶν Πατζινάκων δωρεαῖς καὶ χάρισιν ὑποποιησάμενος ὑποσχομένους μεθ᾿ ὅρκων ἐξημερῶσαι τὸ γένος ἐκπέμπει, γράμμασι δὲ αὐτὸς τὰ ἑῷα ἅπαντα μεταπέμπεται τάγματα. ὧν ἐλθόντων καὶ διὰ τῆς Ἀβύδου περαιωθέντων καὶ Χρυσοπόλεως στρατηγὸν αὐτοκράτορα χειροτονήσας τὸν ῥαίκτωρα Νικηφόρον ἐκπέμπει κατὰ τῶν Πατζινάκων. συνεξέπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ Κατακαλὼν τὸν Κεκαυμένον, στρατηλάτην τῆς ἀνατολῆς προβαλόμενος, καὶ Ἐρβέβιον τὸν* B *Φραγγόπωλον, ἄρχοντα τῷ τότε τῶν ὁμοεθνῶν, κελεύσας συνεῖναι τῷ ῥαίκτωρι καὶ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἔχεσθαι καὶ τοῖς ἐκείνου προστάγμασι καὶ θελήμασιν ἕπεσθαι. ὃς ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις καὶ τὸν Αἷμον διαπεραιωθεὶς διὰ τῆς λεγομένης Σιδηρᾶς ἀπῄει κατὰ τῶν Πατζινάκων, ἐλθὼν δὲ κατεσκήνωσεν ἔν τινι χώρῳ οὐ μακρὰν ἀπέχοντι τῶν Ἑκατὸν βουνῶν, τῷ λεγομένῳ Διακενέ. κἀκεῖσε χάρακα πηξάμενος ὀχυρὸν τῇ ἐπαύριον ἐμελέτα τὴν μὲν ἀποσκευὴν ἐκεῖσε λιπεῖν καὶ τὰ περιττὰ τοῦ στρατοῦ, αὐτὸς δὲ εὐ-*

11 δόγματα C   23 λιπὼν C

Strabomyta et Polys, illustri loco nati et ob violatam Tornicio fidem illustres. magister Adrianopolin reversus per literas imperatorem de accepta clade docet, monetque novo esse opus exercitu: nam cum praesentibus copiis adversus tam numerosum hostium exercitum, cui eae iam terga obvertissent, nullo modo rem geri posse. iam antequam literas acciperet imperator, de iactura ea resciverat. is Tyrachum et reliquos Patzinacarum principes, qui in urbe detinebantur, donis ac beneficiis suos facit, iuratosque se gentem suam placaturos emittit. literis porro missis omnes orientales evocat legiones. qui cum ab Abydo et Chrysopoli traiecissent, imperatorem eis praefecit Nicephorum rectorem, et contra Patzinacas emittit, simulque Catacalonem Orientis ducem designatum et Erbebium Francopullum, popularium tunc suorum ducem, adesse eos rectori eiusque obtemperare sententiae et mandatis iubens. is exercitum trans Aemum per locum cui Ferrea nomen traducit, pergensque adversus Patzinacas, in loco quodam non procul a Centum Collibus sito (Diacene is appellabatur) castra facit valloque munit. cogitabat autem postridie relictis ibi impedimentis, et quaecunque in exercitu erant supervacanea, cum expedito exercitu ad hostem

ζωνος ἀπελθεῖν καὶ συμμῖξαι τοῖς ἐναντίοις. ᾤετο γὰρ αὐτοβοεὶ
C ἀφρόνως τούτους αἱρήσειν, καὶ ἐδεδίει καὶ φροντίδα ἐτίθετο μή
τις λαθὼν διαδράσειε, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος ἀλλὰ καὶ ὁ σύμπας
στρατός· ἐπεφέροντο γὰρ καὶ καλώδια καὶ λώρους πρὸς τὸ δεσμεῖν
τοὺς ἁλισκομένους. τοῦτο δὲ ἐδίδου τούτοις ὑπονοεῖν τὸ κατ'
ἀρχὰς ἐπιγενόμενον εἰς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ Κεγένους πτῶμα. ἀμέλει
καὶ συναίσθησιν λαβόντων τῶν Πατζινάκων τῆς ἐπελεύσεως τῶν
Ῥωμαίων (ἤδη γὰρ καὶ ὁ Τυρὰχ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τῆς πόλεως
ἀπολυθέντες ἄρχοντες ἑνωθέντες ἦσαν αὐτοῖς καὶ τὰ συμφέροντα
τούτοις ἐσπούδαζον, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες ταῖς πρὸς τὸν Μονο-
μάχον ὑποσχέσεσι) καὶ προδραμόντων τῶν ἀλκιμωτέρων, καὶ τοῦ
D Κεκαυμένου μέγιστον ἀναβοῶντος καὶ παρακαλοῦντος νῦν εἶναι
καιρὸν συμπλοκῆς, ὁπηνίκα σποράδες εἰσὶ καὶ διεσπαρμένοι, καὶ
μὴ περιμένειν τὸ ἅπαν ἄθροισμα, οὐκ ἐπῄνει μὲν καὶ τὸ λοιπὸν
πλῆθος τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἐκείνου λόγους, ὁ δὲ ῥαίκτωρ καὶ προ-
φανῶς κατεγέλα, "παῦσαι" λέγων, "ὦ στρατηλάτα, καὶ ἐμοῦ
στρατηγοῦντος αὐτὸς μὴ παραστρατήγει· οὐ χρὴ γὰρ διεσπαρ-
μένοις ἐπιθήσεσθαι τοῖς Πατζινάκοις, μή πως πτυρέντες ὑπο-
δύσωνται τὰς λόχμας. ἐμοὶ δὲ ἀκολουθοῦντι, ὦ τᾶν, οὐ παρέ-
πονται θηρατικοὶ κύνες, οἵτινες ῥινηλατοῦντες ἐξάξουσιν αὐτοὺς
τῶν καταφυγῶν." καὶ τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐν τούτοις,
οἱ δὲ πρόδρομοι τῶν Πατζινάκων πλησίον γενόμενοι τῆς παρεμβο-

3 ἀποδράσειε C 4 καὶ post γὰρ om C 13 καιρὸν τῆς συμπλ. C 18 ἐπιβήσεσθαι C 20 οὐκ ἐξάξουσιν C

accedere et pugnam conserere. stulte enim sibi persuaserat primo eos impetu profligatum iri; eaque cura ipsum angebat, ne quis fuga evaderet. neque ipse tantum, sed etiam universus exercitus: afferebant enim secum et funes et lora, quibus captos devincirent. hoc ipsis suspicionem movit, et quod initio factum fuit erga se, et Kegenis casus. ad extremum cum persensissent Patzinacae adventum Romanorum (iam enim et Tyrach, et qui cum ipso erant principes, ab urbe dimissi cum ipsis sese coniunxerant, et quicquid eis expediret studiose curabant), omissis iis quae Monomacho polliciti fuerant, et confluentibus fortioribus quibusque, se optime instruxerant; et Combusto clara voce exclamante et admonente nunc pugnae tempus esse, cum ipsi dispersi ac dissipati sunt, neque exspectandum quoad omnes simul cogerentur, laudabat reliqua Romanorum multitudo eius consilium. at rector aperte irridebat. "desine" inquit, "o ductor exercitus, et me exercitui imperante ne contra imperes: non enim dispersi Patzinacae sunt invadendi, ne forte perturbati silvas subeant. me autem sequentes o amice non adsunt venatici canes, qui indagantes ipsos e locis, quo confugerint, educant," et res Romanorum ita se habebant. antesignani autem Patzi-

λῆς τῶν Ῥωμαίων, μικρὸν ἐκκλίναντες, στρατοπεδεύονσι καὶ αὐτοὶ καὶ τοῖς ὄπισθεν δηλοῦσιν ἥκειν τὴν ταχίστην. πάντων δ' ἐλθόντων καὶ ἑνωθέντων, τῇ ἐπαύριον ἐξαγαγόντος τοῦ ῥαίκτωρος τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἀντιπαρατάττονται καὶ αὐτοί, καὶ τοῖς ὄπισθεν ἔτι δηλοῦσιν ἥκειν τὴν ταχίστην. πάντων δ' ἐλθόντων καὶ ἑνωθέντων, ὡς ἔφαμεν, ἐξαγαγόντος τοῦ ῥαίκτωρος τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις, εἶχε μὲν τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος αὐτὸς τὸ μέσον ὁ ῥαίκτωρ, τοῦ δεξιοῦ δὲ κέρατος ἦρχεν ὁ Κεκαυμένος, θατέρου δὲ ὁ Φραγγόπωλος. συμβολῆς δὲ γενομένης οὐκ ἔμενον οἱ Ῥωμαῖοι, τῶν στρατηγῶν πρώτων ἐκκλινάντων πρὸς τὴν φυγήν. B αὐτοὶ μὲν γὰρ μηδὲ τὸν κτύπον, ὥς φασιν, τῶν ποδῶν τῶν ἵππων ἐνεγκόντες ἐτράπησαν, μόνος δὲ ὁ Κεκαυμένος μετὰ τῶν ἑαυτοῦ στὰς θεραπόντων καὶ τινῶν συγγενῶν ὀλιγοστῶν καὶ ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος ἔπεσε μετὰ πάντων τῶν σὺν αὐτῷ. τοῦτον μὲν οὖν οὐκ ἐτόλμησαν διῶξαι οἱ Πατζινάκοι ἐνέδρας πτοηθέντες, καὶ παρὰ τοῦτο διασωθῆναι ἴσχυσαν ἀσινεῖς οἱ Ῥωμαῖοι· τέως δὲ τοὺς πεσόντας σκυλεύσαντες, καὶ πολλῶν ἁρμάτων γενόμενοι κύριοι καὶ αὐτῆς τῆς Ῥωμαϊκῆς παρεμβολῆς σὺν τῇ ἀποσκευῇ, κατασκηνοῦσιν ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν τάφρον. καί τις δὲ Πατζινάκος τὴν κλῆσιν Γαλῖνος, εἰδὼς τὸν Κεκαυμένον οἷός ἐστιν ἐξ ὅτου περ C ἦρχε τῶν παρὰ τῷ Ἴστρῳ φρουρίων καὶ ἀνεμίγνυντο ἀλλήλοις τὰ γένη, εὑρὼν αὐτὸν ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενον καὶ σκυλεύων, ἐπεὶ περιστρέψας αὐτὸν ἐς τὸ ὕπτιον ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐγνώρισε καὶ

P 785

4 καὶ τοῖς — 7 δυνάμεις om C 10 στρατηλάτων C τὸ φυγεῖν C 15 πατζινάκαι C 20 κουλῖνος C

nacarum cum castris appropinquassent Romanorum, paulum deflectentes ipsi quoque castra locant, et sequentibus significant quam celerrime accedendum. cumque omnes venissent et coniuncti essent, ac postridie Rector Romanas copias eduxisset, ipsi quoque contra instructi in aciem procedunt. obtinebat Romanae phalangis medium Rector ipse, dextro cornu praeerat Combustus, sinistro Francopulus, commissaque pugna profligantur Romani, cum primum duces ipsi in fugam versi essent. qui ne pedum quidem equorum sonitum, ut aiunt, sustinentes fusi sunt et fugati: solus autem Combustus cum suis ministris et quibusdam paucis cognatis strenue decertans cum omnibus suis in praelio occubuit. alios persequi non ausi sunt Patzinacae, insidias veriti; et idcirco Romani servari potuerunt incolumes. interim autem eos qui ceciderant praedati, armisque multis potiti et Romanorum impedimentis, tabernacula ponunt sub Romanorum vallum. et quidam Patzinacus, Galinos nomine, qui noverat qualis esset Combustus ex quo ille praefuit oppidis ad Istrum sitis et gentes inter se libero commercio miscebantur, cum repperisset eum inter cadavera iacentem ac spoliaret, ubi conversum ipsum a facie agnovit et adhuc spirantem deprehendit, in equum impo-

κατέλαβεν ἔτι ἐμπνέοντα, ἐπιθεὶς εἰς ἵππον (ἔκειτο γὰρ ἄφωνος
διὰ τὸ καιρίας λαβεῖν πληγάς, μίαν μὲν κατὰ γυμνοῦ τοῦ κρανίου,
πεσόντος τοῦ κράνους αὐτοῦ, διήκουσαν ἀπὸ κορυφῆς ἄχρι τῶν
ὀφρύων, ἑτέραν δὲ ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ἔνθα περ ἡ γλῶσσα ἐρρί-
ζωται, καὶ διατεμοῦσαν τὸν τράχηλον καὶ εἰς τὸ στόμα πεσοῦσαν,
καὶ ἔξαιμος γενέσθαι) ἀπήγαγεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ σκηνήν, καὶ ἐπι-
D μελείας καὶ φροντίδος ἀξιώσας περιεποίησε. καὶ οἱ μὲν Πατζι-
νάκοι οὕτω ῥαδίως τὴν ἐπελθοῦσαν ἀποσκευασάμενοι δύναμιν,
ἀδεῶς τὸ ἀπὸ τοῦδε τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐλῄζοντο· ὁ δὲ βασιλεὺς
διὰ τῶν φυγόντων μαθὼν τὸ ἀτύχημα ἤλγησε μὲν ὡς εἰκός,
ἤθροιζε δὲ πάλιν δυνάμεις, ἀνελάμβανε δὲ καὶ τὰς πεσούσας,
καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος τὴν γενομένην ἧτταν ἐπανορθώσασθαι
ἔσπευδε. τῆς δὲ τρίτης ἰνδικτιῶνος ἐπιστάσης τοῦ ,ϛφνη' ἔτους,
τὸν ἑταιρειάρχην Κωνσταντῖνον στρατηγὸν αὐτοκράτορα προχει-
ρισάμενος ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει κατὰ τῶν Πατζινάκων. καὶ ὃς
τάς τε νεωστὶ περαιωθείσας ἐξ ἑῴας δυνάμεις ἀνειληφὼς καὶ τὰς
ἐν τῇ ἑσπέρᾳ παραχειμαζούσας ἀθροίσας ἐν Ἀδριανουπόλει γίνε-
P 786 ται, κἀκεῖσε χάρακα πηξάμενος βαθὺν ἔκειτο διασκοπούμενος
μετὰ τῶν ἀρίστων πόθεν ἂν ποιήσηται τὴν εἰς τὸ πρόσω πορείαν.
ἐν ᾧ δὲ οὗτος διενοεῖτο, αἰφνίδιον κατὰ τὴν ὀγδόην τοῦ Ἰουνίου
μηνὸς οἱ Πατζινάκοι τὸν Αἶμον διαβάντες ἐπιφαίνονται τῇ Ἀδρια-
νουπόλει. καὶ διὰ τῶν σκοπῶν μηνυθείσης τῷ Κωνσταντίνῳ τῆς
τούτων ἐφόδου, βουλὴ προετέθη εἰ πολεμητέον αὐτοῖς εἴτε μή.

18 διακοπτόμενος C

suit: iacebat enim mutus, quod letales plagas accepisset, alteram in ea parte capitis quae calvaria dicitur, nuda (quippe eius galea deciderat), pertinentem a vertice ad supercilia; alteram in collo, ubi lingua radicem habet, usque ad os penetrantem. exsanguemque illum in suum tabernaculum adduxit. quem cum diligenter et accurate curari studuisset, ita servavit ut superesset. et Patzinacae qui ita facile invadentem exercitum propulsarent, libere deinde ac sine metu Romanorum regionem praedabantur. imperator autem per eos qui fugerant de accepta clade certior factus, doluit ut par est. sed rursus alias copias cogebat, et eas quae superfuerant, studebatque insequenti anno acceptam cladem resarcire. tertia autem indictione anni 6558 hetaeriarcham Constantinum ducem cum summo imperio declaratum imperator in Patzinacas mittit. assumptis copiis illis quae nuper ex Oriente traiectae fuerant, et coactis iis quae ad Occidentem hiemabant, ad Adrianopolin proficiscitur; ibique constructo profundo vallo commorabatur cum optimatibus considerans et explorans unde ulterius progredi posset. dum vero haec ille cogitaret, repente octava Iunii mensis Patzinacae superato Aemo ad Adrianopolin accedunt. quorum adventu per exploratores Constantino renuntiato, proposita est consultatio, utrum cum ipsis di-

ἀλλὰ τῶν ἀρίστων ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ ἑταιρειάρχου περὶ τῶν πρακτέων βουλευομένων, Σαμουὴλ πατρίκιος ὁ Βούρτζης, ἀνὴρ αὐθάδης καὶ θρασύς, ἄρχων τότε τῶν πεζικῶν ὑπάρχων δυνάμεων καὶ τὴν τοῦ χάρακος ἐπιστασίαν πᾶσαν ἐπιτετραμμένος, μὴ προσδεξάμενος τὸ τοῦ ἄρχοντος σύνθημα, τὴν τάξιν λιπὼν καὶ B διαλύσας τὸν χάρακα ἔξεισι μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τοῖς Πατζινάκοις προσρήγνυται. ὧν ῥαγδαίως ἐπιβρισάντων ἤρξαντο κάμνειν οἱ πεζοί. διὸ καὶ θαμὰ πέμπων πρὸς τὸν ἑταιρειάρχην ὁ Σαμουὴλ βοήθειαν ἐζήτει, ὡς ἐπαναγκασθέντα τοῦτον καὶ ἀκουσίως δοῦναι τὸ σύνθημα τοῦ πολέμου. ἐξελθόντος οὖν παντὸς τοῦ στρατοῦ κατὰ τὴν λεγομένην βασιλικὴν Λιβάδα, καὶ καθολικῆς συμπλοκῆς κροτηθείσης, διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀσύντακτον καὶ τὸ προηττῆσθαι τοὺς πεζοὺς ἀναθαρσῆσαι δὲ τοὺς Πατζινάκους γίνεται τροπὴ τῶν Ῥωμαίων, καὶ φόνος ἐγένετο οὐ πολὺς αὐτῶν, συνεκλείσθησαν δὲ αἰσχίστως εἰς τὸν χάρακα, ἔπεσέ τε Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ Δοκειανός, C ἔλαβε δὲ καιρίαν κατὰ τῶν σπλάγχνων καὶ ὁ μάγιστρος Κωνσταντῖνος ὁ Ἀριανίτης, καὶ τριταῖος ἀπέθανε. πεπτώκασι δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀσήμων ὀλιγοστοί. τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν στράτευμα συγκλεισθὲν ἀγεννῶς εἰς τὸν χάρακα ἐπολιορκεῖτο παρὰ τῶν Πατζινάκων, χωννύντων τὴν τάφρον λίθοις καὶ κλάδοις, καὶ πρὸς βίαν ἑλεῖν ἐπειγομένων τὸν χάρακα. καὶ τάχα ἂν ἐγένετο τοῦτο, εἰ μὴ καταπελτικῷ βέλει βληθεὶς ὁ Σουλτζοῦς διεπεραιώθη σὺν τῷ ἵππῳ

8 θαυμάκις C 13 τροπὴ φοβερὰ τῶν C 15 δοκιανὸς C 17 ἀρριανίτης C

micandum esset necne. sed consultantibus optimatibus in tabernaculo hetaeriarchae, Samuel patricius Burtzes, vir superbus et audax, qui tunc pedestribus copiis praeerat cuique commissa erat omnis valli cura, haud exspectato ducis signo, ordine relicto ac dissoluto vallo cum peditibus egressus in Patzinacas erumpit; qui cum violentam impressionem fecissent, laborare pedites coeperunt, et iccirco crebro mittens ad hetaeriarcham Samuel petebat auxilium, ita ut coactus fuerit vel invitus dare belli signum. igitur egresso omni exercitu ad eum locum qui regia scaturigo dicitur, et universa conflata pugna, cum propter repentinum casum, et quod incompositae essent acies Romanorum et ante victi pedites, confirmati animo essent Patzinacae, Romani funduntur ac profligantur. non tamen multa facta est ipsorum caedes, sed turpissime in vallum conclusi sunt; ceciditque Michael patricius Doceianus, et letali plaga in visceribus accepta magister Constantinus Arianites tertia die mortuus est. cecidere etiam alii quidam ignobiles, pauci tamen: sed reliquus omnis exercitus in vallum indecore conclusus obsidebatur a Patzinacis, fossam lapidibus et ramis obruentibus, et vi vallum capere conantibus. quod cito factum fuisset, et funditus omnis periisset exercitus Romanorum, nisi sagitta a catapulta missa percussus Sultzus cum

καὶ εἰς ἔκπληξιν μεγάλην ἤγαγε τοὺς θεασαμένους Πατζινάκους. ἐξῆλθε δὲ καὶ τῆς Ἀδριανουπόλεως Νικήτας πρωτοσπαθάριος ὁ
D Γλαβᾶς, τοποτηρητὴς ὢν τοῦ τάγματος τῶν σχολῶν, εἰς βοήθειαν· καὶ ἰδόντες τοῦτον, καὶ προσδοκήσαντες τὸν σύγκελλον Βασίλειον μετὰ τῶν Βουλγαρικῶν ἀφικέσθαι δυνάμεων (προσεδοκᾶτο γὰρ καὶ οὗτος ἐλθεῖν) καὶ δειλιάσαντες οἱ Πατζινάκοι σποράδες ἄλλος ἀλλαχοῦ φεύγοντες ὑπεχώρησαν, καὶ πανσυδὶ ἂν ἀπολώλει ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατός.

Ἐγένετο δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τυραννίδος διαβολὴ κατά τινων ἀρχόντων πολιτῶν, ὧν ἔξαρχοι ἐτύγχανον Νικηφόρος καὶ Μιχαὴλ οἱ παῖδες τοῦ Εὐθυμίου καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν εἰς τὸ αὐτὸ γένος ἀναφερόντων. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι πάντες διεσώθησαν, μόνος δὲ ὁ Νικηφόρος ἀνεξερευνήτως κατακριθεὶς ἐξωρίσθη, τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρότερον δημευθείσης.

P 787 Ὅπως δὲ τῶν Πατζινάκων ἐπικρατέστερα γένηται τὰ Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς φροντίζων, τὸν Κεγένην ἐξάγει τῆς φυλακῆς καὶ ἐς Πατζινάκους ἐκπέμπει, ὑποσχόμενον διασχίσαι τούτους καὶ εὔνους θεῖναι τῷ βασιλεῖ. καὶ τὰ συμμαχικὰ πάντα συναθροίσας ὑφ' ἕν, Φράγγους φημὶ καὶ Βαράγγους, μεταπεμψάμενος δὲ καὶ ἱπποτοξότας ἀπό τε τῆς Τελοὺχ καὶ τοῦ Μαύρου ὄρους καὶ τοῦ Καρκάρου, περὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας, καὶ ἀνδράσιν ἐπισήμοις τῶν γενῶν ἕκαστον ἀναθείς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡγεμόνα καταστήσας τὸν

1 πατζινάκους om C 7 καὶ πανσ. — 8 στρατός] haec supra post τάχα ἂν ἐγένετο τοῦτο ponenda 12 αὐτῶν C 20 καὶ post Τελοὺχ om C

equo simul traiectus fuisset, et maxime id conspicatos obstupefecisset Patzinacas. erupit etiam ex Adrianopoli Glabas Nicetas protospatharius, legatus legionis scholarum, auxilio. quem videntes, et opinati syncellum Basilium cum Bulgaricis copiis venturum (etenim ipse exspectabatur) et veriti Patzinacae dispersi alius alio fugientes recesserunt.

Hoc item tempore affectatae tyrannidis accusati sunt quidam cives, quorum principes erant Nicephorus et Michael, Euthymii filii, et alii quidam ad idem genus referentes originem. sed alii omnes servati sunt, solus autem Nicephorus indicta causa condemnatus in exsilium missus est, prius tamen eius bonis publicatis.

Imperator autem id unum studens ut res Romanorum superiores essent, Kegenem e carcere eductum ad Patzinacas mittit, pollicitum eos ad imperatoris benevolentiam se traducturum; coactisque in unum sociis omnibus, Francis inquam et Barangis, accersitis autem et equitibus a Teluch et Mauro monte et Carcaro, cum praefecisset viris illustribus ex singulis gentibus unum, omnibus autem ducem patricium

πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Βρυέννιον καὶ ἐθνάρχην τοῦτον κατονομάσας, τὰς ἐκδρομὰς ἐκπέμπει κωλύειν καὶ ἐπέχειν τῶν Πατζινάκων· οὗτοι γὰρ μετὰ τὴν ἐν Ἀδριανουπόλει μάχην καταφρονήσαντες B ὁλοσχερῶς τῶν Ῥωμαίων ἀδεῶς τήν τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην ἐδῄουν καὶ ἐπυρπόλουν, ἀναιροῦντες ἀνοίκτως καὶ αὐτὰ τὰ θηλάζοντα νήπια, ὡς καὶ μίαν αὐτῶν μοῖραν ἄχρι τῶν Κατασύρτων (ἔγγιστα δὲ οἱ Κατασύρται τῆς βασιλίδος) ἐλθεῖν. ἀλλὰ τούτων μὲν ἡ καταστροφὴ ταχυτάτη ἐγένετο. λαὸν γὰρ ὁ βασιλεὺς ὁπλίσας ἀπό τε τῶν ἐν τῇ αὐλῇ φυλασσόντων καί τινων ἄλλων ἐκ τοῦ παρείκοντος εὑρεθέντων, καὶ Ἰωάννῃ πατρικίῳ ἑνὶ τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων τῆς βασιλίδος Ζωῆς, ᾧ φιλόσοφος τὸ ἐπώνυμον, ἐγχειρίσας, κατειργάσατο ῥᾳδίως· νυκτὸς γὰρ οὗτος C ἐπελθὼν καὶ μεθύοντας καὶ κοιμωμένους πάντας εὑρὼν ἀπέσφαξε, καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἁμάξαις γεωργικαῖς ἐπιθεὶς κομίζει τῷ βασιλεῖ.

militum misit, qui communi lingua appellantur Barangi; qui ipsum non sine ignominia e throno correptum ac mulo impositum usque ad littus quod est in Blachernis impellentes deduxerunt, et ipsum et patrueles eius, atque inde lembo impositum ad Proconnesum, ut exsularet, perducendum curant. ipse cum aliquibus metropolitis collocutus et de ipso abdicando, spectatissimis ipsorum electis eorum opera nuntiat ut archiepiscopatum deponat, priusquam ipsum cum dedecore amittat, iis quae contra ipsum decreta erant expositis et propalatis synodo et concilio. sed cum ipsis visus esset eiusmodi qui expugnari et deprimi non posset, quantum ad ipsum attinebat, desperata fuit depositio sacerdotii; de qua imperatore assidue cogitante, interea vitam cum morte patriarcha tranquille commutat. cuius corpus imperator, quod ipsum iam poenituerat, honorifice importandum et in suo monasterio reponendum curat, perculsus eo miraculo quod acciderat, non ipse modo sed omnes qui cum ipso erant. nam dextra patriarchae manus in crucis figuram conformata, ut mos est benedicendi populo acclamanti pacem, ita firma permansit, neque cum mortuo corpore est immutata. sufficitur in eius locum patriarcha Constantinus Lichudes praeses et protovestiarius, qui prius metropolitanorum et cleri totiusque populi suffragiis delectus fuerat, vir ob regia atque civilia munera clarissimus a Monomacho usque ad illud tempus; quique magnam gloriam ob rei publicae administrationem re-

τῶν ὅλων διοικήσεως ἀπενεγκάμενος καὶ τῆς τῶν μαγγάνων προνοίας, καὶ τῶν δικαιωμάτων φύλαξ παρὰ τοῦ εἰρημένου βασιλέως καταλειφθείς. εἰ καὶ προβέβλητο γοῦν, οὐκ ἀνενδοιάσιμον τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὴν πατριαρχίαν ἐκέκτητο καὶ ἀναμφήριτον, ἀλλ' ὁ βασιλεὺς φροντίζων ὅπως τῶν τοιούτων δικαιωμάτων ἐγκρατὴς γένηται, τοῦτον καιρὸν ἐπιτήδειον οἰηθείς, πρεσβύτερον χειροτονηθέντα ἐπέσχε τὴν ἐντελῆ χρίσιν τῆς ἀρχιερωσύνης, ἄχρις ἄν, φησί, τὰ ὑποτονθορυζόμενα κατὰ σοῦ σκοπηθῇ συνοδικῶς D τε καὶ κανονικῶς. ὁ δὲ Κωνσταντῖνος μὴ ἀγνοήσας δι' ὃν ταῦτα τρόπον τυρεύεται κατ' αὐτοῦ, τὸ τῆς αἰσχύνης ἀδόκητον λογισάμενος, φέρων τὰ ζητούμενα τῷ βασιλεῖ ἐπιδίδωσι. καὶ ἔκτοτε ἀδιστάκτως καὶ δίχα τινὸς προφάσεως πάντα τελεῖται ἐπ' αὐτῷ ὅσα ἔθος τελεῖν ἐπὶ τοῖς χειροτονουμένοις. γέγονε δὲ δωρηματικὸς καὶ προνοητικός, οὐ τῶν τῆς ἐκκλησίας μόνον ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπλῶς, ὡς μηδένα ὑπολειφθῆναι τῆς αὐτοῦ προνοίας ἀμέτοχον, τὸν μὴ τῆς αὐτοῦ χειρὸς ἀπολαύσαντα.

Τῶν Οὔγγρων τὴν πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνην διαλυσάντων, καὶ τῶν Πατζινάκων δὲ ἐξερπυσάντων τῶν φωλεῶν οἷς ἐνεκρύβησαν, P 810 καὶ τὴν παρακειμένην χώραν σινόντων, τὰ πρὸς τὴν ἐκστρατείαν ἐξαρτύσας ὁ βασιλεὺς ἔξεισι πασίρρωμος εἰς Τριάδιτζαν. ἐκεῖσέ τε πρέσβεις πρὸς τῶν Οὐγγάρων δεξάμενος, τὴν μετ' αὐτῶν εἰρήνην κυρώσας ὡς ἐνῆν, ἐπὶ τοὺς Πατζινάκους ἐξώρμησε. διῃρημένων δὲ αὐτῶν κατὰ γενεὰς καὶ φατρίας, οἱ μὲν λοιποὶ ἡγεμό-

portaverat et Manganorum procurationem, ac iuris custos ab eo imperatore quem diximus relictus fuerat. et quamvis delectus fuisset, non sine contentione archiepiscopatum et patriarchatum, neque sine controversia adeptus est. verum imperator studens talia sibi iura vindicare, hoc ipsi tempus idoneum ratus, presbyterum ordinatum vetuit ne archiepiscopatus unctionem perfectam acciperet, quoad, inquit, ea quae contra te iactantur per synodum canonice examinentur. Constantinus autem non ignorans haec quomodo contra se inquirerentur, inopinatum dedecus secum reputans, quae quaerebantur tradidit imperatori. ex eo tempore sine controversia et sine excusatione omnia ab ipso perficiebantur, quaecunque in initiandis pontificibus consuevere. fuit etiam munificus, et rationem habuit non ecclesiae tantum sed etiam omnium omnino, ita ut curae illius nemo expers esset, qui eius liberalitatem non percepisset.

Cum vero Ungari pacem violassent erga Romanos, et Patzinacae e lustris, in quibus delituerant, erupissent laederentque finitimam regionem, imperator paratis iis quae ad profectionem exercitus usui essent, cum omnibus viribus se Triaditzam confert, ibique ab Ungaris accepta legatione, cum pacem confirmasset ac pro viribus stabilisset, in Patzinacas profectus est. quibus divisis secundum gentes et tribus, reliqui

νες τῷ βασιλεῖ ὑποκλιθέντες εἰρηνικά τε καὶ φίλια ἐφρόνησαν, μόνος δὲ ὁ Σελτὲ χεῖρα δοῦναι τῷ βασιλεῖ οὐκ ἠθέλησε, τοῖς ἕλεσι τοῦ Ἴστρου, οἷς συνέφυγε, καὶ τῇ ἐκεῖσε ἀποκρήμνῳ πέτρᾳ ἐπερει- B δόμενος· οἷς καὶ θαρρήσας εἰς τὸ πεδίον ἐξῆλθε, συρράξαι τῷ βασιλεῖ προθυμούμενος. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τῆς οἰκείας ἀπονοίας ἐκομίσατο τὰ ἐπίχειρα· βραχείας γὰρ μερίδος τῶν βασιλικῶν ἀντιταχθείσης αὐτῷ φυγὰς ᾤχετο, καὶ κρησφύγετον αὐτοῦ ληφθὲν κατεριζώθη ἐκ βάθρων αὐτῶν. ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τὸ τοῦτον τροπώσασθαι καὶ ἀφανίσαι ἄρδην ἀναζεύξας ἐσκήνωσεν ἐν τῷ Λοβιτζῷ περὶ τοὺς αὐτοὺς πρόποδας. ῥαγδαῖος δὲ ὄμβρος τῇ παρεμβολῇ ἐπικαταρραγεὶς καὶ νιφετὸς ἔξωρος (Σεπτέμβριος γὰρ ἦν ἡμέραν ἄγων κδ', καθ' ἣν ἡ τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλας ἑορτὴ τελεῖται Χριστιανοῖς) πολλῆς κακώσεως καὶ λύμης ἐνέπλησε C τὸ στρατιωτικόν· ἥ τε γὰρ ἵππος σχεδὸν ἅπασα καὶ τῶν παρόντων οἱ πλείους τῷ κρύει καὶ τῷ ὄμβρῳ, γυμνοὶ καὶ ἀπαράσκευοι τυγχάνοντες, τὸ ζῆν ἀπέρρηξαν. ἐπιλελοίπασι δὲ παρὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα καὶ τὰ ἐπιτήδεια, ποταμίων ῥευμάτων φορᾶς καὶ τοῦ χειμῶνος γενόμενα πάρεργον. ἀναστολῆς δὲ μετρίας γενομένης καὶ τῶν νιφετῶν ἀνακωχὴν λαβόντων ἔξῄει ὁ βασιλεύς, πλείστους δὲ τῷ ποταμῷ ἀποβαλὼν ὑπὸ σκιὰν ἔστη δένδρου τινὸς ἅμα τῶν ὑπερεχόντων τισί. μετ' ὀλίγον δὲ ἠχῆς γενομένης ἐκ τῆς δρυὸς πρόεισι μικρὸν ὁ βασιλεύς, ὅσον μὴ τῷ μήκει αὐτῆς καταλαμβά- D νεσθαι, ἥπερ ῥιζόθεν ἀνασπασθεῖσα ὑπτία τῇ γῇ προσήρισε. γέ-

8 κατηριπώθη? 23 προσήριπε?

duces imperatori se submittentes pacem et amicitiam amplexi sunt: solus Selte manum dare imperatori noluit, Istri paludibus, quo confugerat, et praerupta quae illic erat petra nixus. quibus etiam fretus in planitiem erupit, prompto animo cupiens cum imperatore manum conserere. sed brevi tempore suae dementiae praemia tulit, siquidem cum exigua imperatoris militum manus ipsi restitisset, fugit, et eius refugium captum ab ipsis fundamentis est dirutum. imperator autem post ipsum profligatum atque deletum funditus inde profectus ad Lobitzum tabernacula posuit, ad montis radices. vehemens autem imber in castra delatus et nix intempestiva (erat enim Septembris dies vigesima quarta, qua protomartyris Theclae memoriam celebrant Christiani) multum detrimenti, et calamitatis militibus attulit. nam omnis fere equitatus, et eorum qui aderant plurimi, frigore et imbre, cum nudi essent et imparati, interierunt, ac praeter omnem spem ad victum necessaria defecerunt, relictis tantum quae fluminum impetu superfuerant et imbri. cum autem mediocriter pluvia remisisset nivesque cessassent, egressus imperator, et plurimis in flumine amissis, sub umbram cuiusdam arboris cum paucis quibusdam primoribus se recepit; ac paulo post edito a quercu sono parum progreditur imperator, fere quantum arboris ipsius longitudo contingeret, quae radicitus evulsa supina in terram decidit. obmutuit im-

γονε δὲ ἐννεὸς ὁ βασιλεὺς λογισάμενος οἵας τελευτῆς ἐπωδύνου παρὰ μικρὸν τυχεῖν ἔμελλεν. ἦν δὲ οὐκ ἀγαθὸς οἰωνὸς τὸ συμβάν, ἀλλὰ προοίμιον τῆς μελλούσης αὐτὸν καταλαβεῖν τύχης καὶ τῶν ἤδη γενομένων εἴσπραξις καὶ τιμωρία. εὐχαριστῶν δ' ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι τῷ θεῷ, ναὸν ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλας ἀνήγειρε κάλλιστον. προβιβάζων δὲ τὸν στρατὸν ἀπῄει ταχέως ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν λογοποιούμενος, ἀποστασίαν ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐνωτιζόμενος. καταλαβὼν δὲ καὶ πάντα ψευδῆ εὑρηκὼς κυνηγεσίοις ἑαυτὸν ἐψυχαγώγησε καὶ τῇ ἄλλῃ ἀνέσει, κατὰ τὸν τῇ βασιλίδι προκείμενον πορθμὸν ἀνιών. περὶ δὲ ὥραν ἀρίστου φῶς ἀστραπήβολον τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνέσκηψε P 811 (Νεάπολις τούτοις τὸ γνώρισμα), χοῖρός τέ ποθεν ἐπιφανεὶς ἐφ' ἑαυτὸν τὸν βασιλέα ἐξεκαλέσατο, ὃν ἐπιδιώκων ὁ βασιλεὺς ἄχρι καὶ θαλάσσης ἐξήλασεν. ὡς δὲ ὁ χοῖρος τὴν θάλασσαν εἰσδὺς ἀφανὴς ἐγένετο, ὁ βασιλεὺς ἐξαίφνης πληγεὶς τῷ ἀστραπηβόλῳ φωτὶ τοῦ ἵππου τε ἀπεσφαιρίσθη καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀφρίζων ἐκυλίετο. ἀκατίῳ δὲ ἐμβληθεὶς πρὸς τὰ βασίλεια διασώζεται παρακεκομμένος καὶ ἑαυτοῦ μηδ' ὅλως ἐπαισθανόμενος. νοσημαχήσας δὲ ἐφ' ἡμέρας τινὰς τὸν μόρον ἐκαραδόκει, καὶ διὰ τοῦτο B πρὸς ἐξιλέωσιν τοῦ θείου ἀσπάζεται τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν, ἧς παρανόμως ἐδράξατο, ἑκοντὶ μεθίησι, τοῦτό γε καλῶς ποιησάμενος, καὶ τὸν μοναδικὸν ἀσπάζεται βίον, τὴν πρὶν εὐδοξίαν καὶ τρυφὴν ἀποπτώσει ἑκουσίᾳ καὶ μετριότητι διορθούμενος. ὃ δὲ μᾶλλον δείκνυσιν ὡς εἰλικρινῶς καὶ ψυχῆς ἐξ ὅλης

perator, considerans qualis mortis periculum vix evaserit. neque hoc erat bonum augurium, quod acciderat, sed initium calamitatis quam mox esset accepturus, et eorum quae iam commisisset poenarum exactio. verum pro eo casu gratias agens deo templum in palatio Blachernarum protomartyri Theclae dedicatum pulcerrimum construxit, et exercitum perducens cito se ad regiam urbem recipere festinabat, cogitans de rebellione quam audiverat in Oriente. qua falsa comperta sese venationibus oblectare coepit et aliis quae animi relaxandi gratia fiunt, per fretum, quod est ante regiam urbem ascendens. hora vero prandii fulmen in ea loca quibus Neapolis nomen est irruit; et porcus nescio unde apparens, in se provocavit imperatorem, quem usque ad mare persecutus imperator expulit. ubi vero mare subiens porcus haud amplius apparuit, fulgore quodam instar fulguris perstrictus imperator de equo deiectus est, et humi spumam ex ore edens devolvebatur. in parvum autem navigium impositus ad regiam defertur. attonitus tamen et ob afflatum se ipsum minime sentiens, morboque dies aliquot detentus mortem exspectabat, et idcirco ad placandum sibi deum poenitentiam amplectitur, et imperatoriam potestatem, quam sibi iniuria vindicarat, libens deponit, hoc certe recte faciens, et monasticae se vitae dedicat, priorem fastum ac delicias voluntario contemptu et molestia corrigens. et quod

μεταμεμέληται ἐφ᾽ οἷς ἔπραξε, βασιλέα προχειρίζεται οὐ τὸν ὅμαίμονα αὐτοῦ Ἰωάννην, οὐ τὸν ἀδελφιδοῦν ἑαυτοῦ Θεόδωρον τὸν Δοκειανόν, οὐκ ἄνδρα προσζεύξας τῇ θυγατρί, οὔτ᾽ ἄλλον τινὰ τῶν καθ᾽ αἷμα ᾠκειωμένων αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν πρόεδρον Κωνσταν-
C τῖνον, ᾧ Δοῦκας τὸ πατρωνυμικὸν ἀνέκαθεν ἦν, ὡς συνίστορα καὶ συναγωνιστὴν καὶ τῶν χρημάτων ποριστὴν ἀφθονώτατον εἰς τὴν τῆς βασιλείας κατάσχεσιν. ὁ δὲ Κομνηνὸς ῥάκη μοναχικὰ περιβαλόμενος, ἐπ᾽ ὀλίγον τε γνωσιμαχήσας εἴ πως ἀνεθείη τῆς νόσου, ἐπείπερ ἔγνω κατ᾽ ἄκρας ταύτῃ ἁλούς, ἔτι τῇ νόσῳ τρυχόμενος τὴν τοῦ Στουδίου καταλαμβάνει μονήν, πολλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης Αἰκατερίνης συμβαλλομένης αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, καὶ τῇ τῆς ἐπιγείου βασιλείας ἀποβολῇ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπόλαυσιν ἐπαγγελλομένης αὐτῷ, βασιλεύσας μὲν ἔτη δύο καὶ μῆνας τρεῖς, ἐπιζήσας δὲ τούτων ἐλάττω τῷ μοναχικῷ σχήματι, πᾶσαν ὑπα-
D κοὴν πρὸς τὸν ἐν τῇ μονῇ ἡγεμονεύοντα ἐπιδεικνύμενος, ὡς καὶ θυρωρὸς γενέσθαι καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπηρετῆσαι διακονίαις διὰ πολλὴν ἐπιείκειαν καὶ μετριοφροσύνην καταδεξάμενος. σωφρονέστατος δὲ εἰσάγαν γενέσθαι λέγεται. στρατοπεδάρχῳ γὰρ ὄντι αὐτῷ νόσον ἐνσκῆψαι νεφριτικήν φασιν, ὥστε ἀπογνῶναι αὐτῆς τῆς ζωῆς διὰ τὸ παρέσει παντελεῖ καὶ ἀκινησίᾳ κατασχεθῆναι. τῶν δὲ ἰατρῶν, μετὰ τὸ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χρήσασθαι καὶ ἀνηνύτοις ἐλεγχθῆναι ἐπιχειρεῖν, συμβουλευόντων μιγῆναι γυναικὶ αὐτὸς οὐχ ὑπήκουσεν. εἰπόντων δέ, εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἐπιχειρήσειεν, ἐξ ἀνάγκης

magis ostendit illum vere totoque ex animo poenituisse eorum quae patrarat, imperatorem delegit non Ioannem sibi sanguine coniunctum, non nepotem ex sorore Theodorum Doceianum, non filiae maritum, neque alium aliquem sibi consanguinitate proximum, sed praesidem Constantinum, cui iam inde a suis maioribus Ducas cognomen erat, tanquam peritum et conscium et adiutorem, quique optime nosset rationes parandae copiosae pecuniae ad imperii conservationem. Comnenus autem monasticas vestes indutus, cum parumper exspectasset si qua ratione a morbo liberaretur, ubi novit se insanabili morbo captum, adhuc ipso vexatus Studii monasterium ingreditur, multum Aecaterina Augusta eius consilium adiuvante, et pro terrarum imperii amissione caelestis gaudii fructum ipsi promittente, cum annos duos ac menses tres imperasset, et in habitu monastico pauciores his supervixisset omnem praestans monasterii praefecto obedientiam, ita ut et ianitor esset et alia ministeria obiret, propter multam animi aequitatem et modestiam. castissimus autem fuisse dicitur, et supra quam credi possit continens. nam cum stratopedarches esset, nephritico morbo tentatum dicunt ita ut vitam desperaret, eo quod totius corporis languore et nervorum resolutione detineretur. medicis autem, postquam aliis omnibus adhibitis remediis ea quae omnino fieri non possent tentare se cognoverunt, ut cum muliere quadam coiret suadentibus, noluit obtemperare. cumque dixissent illi,

ἔχειν καυτῆρι χρήσασθαι, ἐκ τούτου δὲ ἀπαιδίᾳ κατασχεθῆναι δεινῇ καὶ ἀγονίᾳ, αὐτὸς "ἀρκοῦσί μοι" ἔφη "ὁ Μανουὴλ καὶ ἡ P 812
Μαρία, οἱ ἤδη μοι χάριτι θεοῦ παῖδες γενόμενοι· τούτων μὲν γὰρ ἄνευ ἔνεστι τυχεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, σωφροσύνης δὲ χωρὶς οὐδεὶς τὸν κύριον ὄψεται." ἀλλὰ καὶ ἡ βασίλεια Αἰκατερῖνα καὶ ἡ ταύτης θυγάτηρ Μαρία τὴν τρίχα κειράμεναι διῆγον ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ Μυρελαίου, πᾶσαν ἄσκησιν μοναδικὴν μετερχόμεναι.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως ὑγρότητος μεστὴ θεαθεῖσα ἡ τοῦτον κατέχουσα σορὸς ὑπόνοιαν παρέσχε πολλοῖς τιμωρίαν εἶναι τὸ γεγονὸς καὶ κολάσεως ἔνδειγμα τοῦ ἐμφυλίου πολέμου καὶ τῆς σφαγῆς καὶ τῶν μετὰ τὸ βασιλεῦσαι πεπραγμένων αὐτῷ εἴς τε B
τὰς τῆς συγκλήτου στερήσεις [καὶ] τῶν ἔκπαλαι διδομένων αὐτῇ, καὶ τὴν τῶν θείων ναῶν καὶ τῶν ἱερῶν σεμνείων ἀποστέρησιν, ἥν, ὡς ἔφημεν, ἐποιήσατο, τὸ ἀπέριττον μὲν καὶ τὴν αὐτάρκειαν αὐτῶν προνοούμενος, τῷ δημοσίῳ δὲ εἰσφέρων μετρίαν παράκλησιν. ἄλλοι δὲ τὸ ῥεῦσαν ἁγιωσύνης ἔργον ἐτίθεντο, ὡς καθαρῶς καὶ ἀδιστάκτως μεταγνόντος αὐτοῦ ἐφ' οἷς ἔπραξε· μὴ γὰρ εἶναι ἁμαρτίαν τὴν νικῶσαν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ. ἀμφοτέρων δὲ τὴν γνώμην ἐπαινῶ καὶ ἀποδέχομαι τῷ τὴν μὲν κωλυτικὴν εἶναι τῶν μελλόντων κακῶν, τὴν δὲ προτρεπτικὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος πρὸς C
τὸ βέλτιον.

5 βασίλειος P

nisi hoc tentaret, necessario cauterium adhibendum, ex quo procreandae sobolis facultate privaretur, satis, ipse inquit, mihi sunt Manuel et Maria mihi iam dei beneficio nati liberi: nam sine his licet consequi regnum caelorum, sine continentia vero deum nemo videbit. quin etiam Augusta Aecaterina eiusque filia Maria detonsis capillis degebant in palatiis Myrelaei, omnia monastica munera obeuntes.

Vita autem functo imperatore, conspecta sepultura eius humoris plena suspicionem multis dedit esse illam rem ultionem et indicium supplicii, quo afficeretur ob intestinum bellum ac caedem et ea quae post usurpatum imperium commiserat in privando senatu iis bonis quae ei antiquitus concessa fuerant, et adimendis sacris templis et delubris facultatibus quas diximus, id curans ut nihil ipsis superesset, sed ea tantummodo haberent quae ad victum satis essent, mediocrem adhibens rei publicae consolationem. alii autem fluentem humorem sanctitatis interpretabantur indicium, quod pure ac sine ulla controversia eum factorum poenituisset: neque enim peccatum ullum esse, quod divinam superet erga homines caritatem. utrorumque ego sententiam laudo et approbo, quod altera mala futura prohibeat, altera vero a deterioribus ad meliora adhortetur ac revocet.

Τῆς δὲ βασιλίσσης Αἰκατερίνης, ἐν τῷ μοναχικῷ Ἑλένης μετονομασθείσης, ἐπετείως τελούσης τὰ τοῦ βασιλέως μνημόσυνα, συγκαλούσης τε ἄλλους τινὰς μοναχοὺς καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν τῇ Στουδίου μονῇ ἀσκουμένους σύμπαντας, ἐπειδὴ ἔμελλε τελευτᾶν, ἐτέλει μὲν συνήθως καὶ κατὰ τὸ ἔθος τὰ τοῦ βασιλέως ἐτήσια, διπλᾶ δὲ τούτοις πάντα τὰ ἐκ τύπου διδόμενα παραθέσθαι προσέταξε. τοῦ δὲ καθηγουμένου διαπορήσαντος, καὶ τὸν λόγον τοῦ
D *διπλασιασμοῦ ἡσυχῇ προσελθόντος καὶ ἀπαιτήσαντος, "ὅτι τὸ" ἔφη, "ὦ τιμιώτατε, οὐκ οἶδα, εἰ καὶ κατὰ τὸ ἐπιὸν ἔτος ὑμῖν συνέσομαι, τοῦ θεοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς ἴσως ἄλλως, καὶ ὡς αὐτῷ βουλητόν, οἰκονομήσαντος." ὃ δὴ καὶ γέγονεν· ἐτετελευτήκει γὰρ ἐν τῷ μέσῳ, ἀξιώσασα ταφῆναι σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῷ κοιμητηρίῳ τῆς Στουδίου μονῆς. κατεκόσμησαν δὲ καὶ ἀμφότεροι, αὐτή τε καὶ ὁ βασιλεύς, τὸν πάνσεπτον τοῦ προδρόμου ναόν, ἃ δὴ καὶ καταλέγειν καὶ κατὰ λεπτὸν διεξιέναι ἆθλος Ἡράκλειος.*

Ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ ἦθος στάσιμος, τὴν ψυχὴν ἐπιεικής, τὴν γνώμην ὀξύς, τὴν χεῖρα δραστήριος, τὴν σύνεσιν ἕτοιμος, στρατηγικώτατος τὰ πολέμια καὶ τοῖς ἐχθροῖς φοβερός, τοῖς περὶ αὐτὸν εὐμενής, λόγοις προσκείμενος, καὶ ταῦτα μὴ τοῦτο ἐξ
P 813 *ἀρχῆς ἔθος ἔχων. ἔλεγε δὲ δεῖν τὸν βασιλέα φοβερὸν μὲν εἶναι τοῖς ἔξω, εὐπρόσιτον δὲ τοῖς ἰδίοις. πάλιν ἔλεγε τοὺς τυραννιῶντας τῶν βασιλέων ἀπελευθέρους εἶναι σπεύδειν. αἰτιώμενος δὲ ὅτι τετυράννηκε κατὰ τοῦ Μιχαήλ, "ὤκνουν" ἔλεγε "τῷ συν-*

Cum autem Aecaterina Augusta in monasterio mutato nomine Helena appellata quotannis imperatoris memoriam anniversariis sacris coleret, invitatis aliis quibusdam monachis et omnibus iis qui se in Studiensi monasterio exercerent; cumque diem suum esset obitura, solenni more annua sacra peregit imperatoris, et ipsis omnibus duplicia ea quae dari consueverant persolvi iussit: antistite autem dubitante et sensim accedente ac duplicationis rationem quaerente, "quia non novi" inquit, "o maxime venerande, an insequenti anno vobiscum futura sim, deo fortasse aliter res nostras pro sua voluntate moderante." quod etiam accidit: illa enim ante illud tempus vita defuncta est, voluitque cum fratribus in coemeterio monasterii Studii sepeliri. ornarunt autem uterque, et ipsa et imperator, augustissimum Praecursoris templum iis quae connumerare, ac sigillatim recensere Herculeus labor esset.

Fuit imperator moribus constans, aequus animo, mente acutus, manu strenuus, intelligentia promptus, in rebus bellicis peritissimus, hostibus terribilis, suis re benevolus, verbis infestus. cum tamen a principio moribus his haudquaquam praeditus esset, aiebat oportere imperatorem externis esse terribilem, suis difficilem. rursus aiebat eos qui tyrannidem affectarent, libertos imperatorum fieri velle. cumque accusaretur quod tyrannidem invasisset contra Michaelem, "pigebat me"

δούλῳ δουλεύειν καὶ τῶν εἰκότων μὴ τυγχάνειν.” ἐπισκώπτων δὲ τῇ γυναικὶ ἔλεγε δούλην μὲν εἶναι πρότερον, νῦν δὲ ἠλευθερῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ. πάλιν ἔλεγε τοὺς συγγενεῖς τοῖς μὲν ἄλλοις τυγχάνειν σκόλοπας, τῷ δὲ τυραννοῦντι ὠφέλειαν. ἔλεγε δὲ καὶ ἡ βασιλὶς Αἰκατερῖνα μηδὲν ζῷον ἐπ' αὐτῇ γεγενῆσθαι βασιλείας βασιλείαν ἀλλαξαμένῃ.

Μετὰ δὲ τὸν Κομνηνὸν Κωνσταντῖνος πρόεδρος ὁ Δούκας B
τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος ἀναιμωτὶ καὶ δίχα πραγμάτων ταραχῆς, λόγους ἐπιεικείας γέμοντας ἐδημηγόρησε πρὸς τὴν σύγκλητον καὶ πρὸς ἅπαν τὸ δημοτικόν τε τῆς πόλεως καὶ κοινόν. καὶ ἀπ' ἐκείνου τῆς τῶν πραγμάτων ἐνήρξατο ἀντιλήψεως, τοῦ ἐπιεικοῦς καὶ μετρίου κατ' οὐδὲν ἀφιστάμενος, ἀλλὰ πᾶσι τρόποις αὐτοῦ ἐξεχόμενος. ἐτίμησε δὲ τῶν τε τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου πολλούς. ἀνώρθωσε δὲ καὶ τοὺς ἤδη ἐπὶ Κομνηνοῦ ἐκπεπτωκότας τῶν οἰκειωτικῶν· πολλοὺς γὰρ ἐκεῖνος ἀδόξους ἐξ ἐνδόξων καὶ ἀτίμους ἐκ τιμίων ἀπέδειξεν. ἐπιστάσης γὰρ τῆς τοῦ ἁγίου μεγα- C
λομάρτυρος Γεωργίου μνήμης κατὰ τὸ ἔθος ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ Μάγγανα αἰδοῖ τοῦ μάρτυρος, μετὰ δὲ τὸ τελεσθῆναι τὴν ἑορτὴν τινὲς τῶν κακοηθῶν καὶ δολερῶν βουλὴν πονηρὰν ἐξαρτύσαντες τῷ βασιλεῖ ἐπεβούλευσαν μέν, ἤνυσαν δὲ οὐδέν, θεοῦ τὸν σύλλογον καὶ τὸ πονηρὸν καὶ ἄθεον διαλυσαμένου σκαιώρημα· ἦν γὰρ αὐτοῖς γνώμη τῷ βυθῷ παραδοθῆναι αὐτὸν παγγενεὶ ἅτε διὰ θαλάσσης πρὸς τὸ παλάτιον ἀποπλεῖν μέλλοντα. ζητήσεως δὲ καὶ ἐρεύνης περὶ τοῦ συμβάντος γενομένης πολλῆς πολλοὶ τῶν μεγι-

inquit "conservo servire, neque iusta consequi." et cavillo etiam uxorem est prosecutus, siquidem dicebat illam prius servam, nunc a se in libertatem vindicatam. aiebat item cognatos aliis esse crucem, tyranno utilitatem. Aecaterina autem Augusta nihil novi sibi accidisse affirmabat, quippe quae regnum cum regno commutasset.

Post Comnenum autem Constantinus Ducas praeses, sine sanguine et rerum perturbatione potitus imperio, ad senatum et omnem civitatis populum concionem habuit aequitatis plenam, et deinde rerum administrationem aggressus est, nulla in re a modestia et aequitate recedens; et honoribus senatores et plebeios multos ornavit, atque eos qui imperante Comneno propriis honoribus exciderant in pristinum statum vindicavit. multos enim ille ex illustribus obscuros, ex gloriosis ignobiles fecit. cum enim sancti magni martyris Georgii dies festus advenisset, quo eius memoria colitur, de more se confert imperator ad Mangana ob cultum martyris. peracta autem celebritate quidam maligni et improbi malum consilium meditati insidias imperatori struxere. nihil vero perfecerunt, deo coetum illum impium et pravum commentum dissolvente: hoc enim sibi proposuerunt faciendum, ut in profundum ille cum omnibus suis demergeretur, utpote per mare ad palatium navigaturus. habita autem quaestione et accurata inquisitione plures optimates, in

D στάνων καὶ αὐτὸς ὁ τηνικαῦτα ἔπαρχος ἑάλωσαν ὡς ἐπίβουλοι καὶ καθοσιώσεως αἰτίᾳ ὑπέπεσον, τῶν οἰκείων στερηθέντες κτήσεων καὶ πάσης τῆς περιουσίας αὐτῶν. ἐπόθησε δὲ καὶ ἠγάπησε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ βασιλεὺς τήν τε τῶν δημοσίων πραγμάτων ἐπαύξησιν καὶ τῶν ἰδιωτικῶν δικῶν τὴν ἀκρόασιν, κἀν τούτοις τὴν μείζονα φροντίδα κατεκένου τῆς βασιλείας, τῶν ἄλλων ἧττον ἐχόμενος, στρατηγικῶν φημὶ πλεονεκτημάτων καὶ στρατιωτικῶν ἀνδραγαθημάτων. διὰ δὴ ταῦτα καὶ συκοφαντικαῖς ἐπηρείαις καὶ σοφιστικαῖς μεθόδοις καὶ δικανικῶν προβλημάτων ἐσμῷ καὶ σεκρετικῶν ζητημάτων ἐπιπλοκαῖς τὸ Ῥωμαϊκὸν P 814 ἐκλονεῖτο καὶ ἐκραδαίνετο, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς στρατευομένους τὰ ὅπλα καὶ τὴν στρατείαν μεθέντας συνηγόρους καὶ νομικῶν ζητημάτων καὶ προβλημάτων γενέσθαι ἐραστάς, μακρὰ χαίρειν εἰπόντας ἐνυαλίῳ τε ἠχῇ καὶ πολεμικῇ ὀρχήσει καὶ περιδινήσει ἀγχιστρόφῳ. εὐσεβὴς δὲ ὢν εἴπερ τις ἕτερος, καὶ φιλομόναχος φιλόπτωχός τε καὶ περὶ τὸ σῶμα ἧττον κολαστικός, πρὸς ἄλλο τι ἀμβλὺς ἐτύγχανε καὶ νωθρός, φειδωλὸς δ' εἰσάγαν καὶ ποριστικὸς καὶ τῶν δημοσίων χρημάτων αὐξητικός. ἐξουσίαζε δὲ καὶ ταῖς κρίσεσι, καὶ πολλάκις αὐτὰς διὰ τὴν τῶν προσώπων ποιότητα B ὑπήλλαττε, βαρὺς δεικνύμενος τοῖς δυνατοῖς καὶ ἀφόρητος. προσκειμένου δὲ αὐτοῦ τοῖς τοιούτοις διηνεκῶς, τῶν δὲ στρατιωτικῶν ἠμεληκότος καὶ ῥαθυμήσαντος, τὰ τῆς ἀνατολῆς, καὶ μᾶλλον τὰ ἐν τοῖς τέρμασι τῶν μερῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν, ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφέροντό τε καὶ ἤγοντο, καὶ ἐληΐζοντο καὶ διεφθείροντο ἅπαντα

quibus ipse quoque eparchus, convicti sunt insidiarum et laesae maiestatis rei effecti, et iccirco possessionibus et suis omnibus bonis privati. concupivit autem et prae ceteris omnibus maxime amavit imperator publicarum rerum incrementum, et praecipuo studio privatas causas audiendi tenebatur, in quibus maiorem quam in imperio administrando curam exhauriebat, aliis rebus minus vacans, ducum inquam amplificandae dignitati, et iis quae militibus prospere ac strenue gesta essent. et propterea in calumniatorum conviciis et sophisticis commentis ac iudicialium quaestionum examine Romana res publica versans occupabatur, ita ut ipsi milites armis depositis advocati et patroni quaestionum ad leges spectantium et causarum fierent, omisso Martio sono et bellicis exercitationibus et equorum agitatione. pius vero cum esset ut si quis alius, et monachorum et pauperum studiosus, et in iis quae ad cultum corporis pertinent non admodum occupatus, in aliis quoque hebes ac segnis erat: at in augendis publicis pecuniis admodum parcus et civilis. nimis sibi arrogabat in iudiciis, et ea subinde propter personarum qualitatem mutabat, gravem se potentibus ostendens, et eiusmodi cui non possent resistere. cum iis rebus ille totus incumberet, re militari neglecta, ac nimium se otio dedisset, res Orientis, praecipue loca in finibus Romanorum, ab hostibus agi ferri ac diripi, et omnia vastari et

τῇ τε τῶν Τούρκων ἐπιδρομῇ καὶ κατισχύσει καὶ τῇ βιαίᾳ ὑποχωρήσει καὶ δειματώσει τῶν ἠμελημένων στρατιωτῶν· συνεχεῖς γὰρ ὑπῆρχον ἐκδρομαὶ καὶ λεηλασίαι συχναί, ἀφανιζομένου τοῦ προστυχόντος παντός. διὸ καὶ ἡ εὐδαίμων χώρα τῆς Ἰβηρίας ἠρίπωτο παντελῶς καὶ ἠφάνιστο, ἤδη προκατειργασμένη καὶ ἠσθενηκυῖα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιλείπουσά τε καὶ φθίνουσα, συμμεταλαμβανομένου C δὲ τοῦ δεινοῦ καὶ ὅσαι ταύτῃ παρέκειντο, Μεσοποταμία τε καὶ Χαλδαία, πρὸς δὲ Μελιτηνὴ καὶ Κολώνεια καὶ τὰ τῷ Εὐφράτῃ συγκείμενα ποταμῷ, ἀλλὰ μὴν τό τε Ἀρμενιακὸν καὶ τὸ Βαασπρακάν, καὶ εἰ μὴ πολλάκις στρατεύμασιν, ἐνίοτε δὲ καὶ φήμαις μόναις δυνάμεων ἀνείργοντο τὰ τῶν βαρβάρων. καί τινες ἀρχηγοὶ τούτων, Χωροσαλάριος καὶ Σαμούχ, εἰ μὴ ἀγαθῇ τινὶ τύχῃ τὴν ἧττω συμβαλόντες ἐκληρώσαντο, κἂν μέχρι Γαλατίας καὶ Ὀνωριάδος καὶ αὐτῆς Φρυγίας τὸ ἀντίπαλον περιέδραμεν. ἐστέλλετο μὲν γὰρ τὸ στρατιωτικόν, ψιλὸν δὲ καὶ ἄοπλον καὶ γυμνόν, τῶν κρειττόνων ἀπελαυνομένων ἑκάστοτε τῆς στρατηγίας D τοῦ πλήθους τῶν ὀψωνίων ἕνεκεν καὶ τῶν μειζόνων βαθμῶν. ἃ καὶ καταγνώσεως ἐκτὸς οὐκ ἦν, μηδενὸς γενναίου καὶ ἀξιολόγου πραττομένου διὰ τοῦτο. συνέβαινε δὲ ἐκ τούτων τοὺς μὲν Ῥωμαίους ταπεινοῦσθαι καὶ κατεπτηχέναι, τοὺς βαρβάρους δὲ φυσᾶσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι καὶ μετὰ πολλῆς προσρήγνυσθαι πεποιθήσεως· ὅτε δὴ καὶ ἐς τὸ Ἄνιον ἀποστέλλεται δοὺξ Ἀρμένιός τις Παγκράτιος τοὔνομα, ἐκ τῶν ἐνόντων ὑποσχόμενος τὰ ἐκεῖσε στρατεύματα διοικεῖν. τοῦ δὲ σουλτάνου παριόντος, μὴ μέντοι γε

Turcorum excursionibus et oppressione ac violenta fuga et terrore neglectorum militum: continentes enim fiebant incursiones, crebrae direptiones, et quaecunque occurrebant hostibus, evertebantur, et iccirco felix Iberiae regio omnino desolata fuit et prorsus deleta, iam ante confecta et imbecillis, ac sensim deserta et corrupta. atque huius mali participes erant Mesopotamia et Chaldaea et insuper Melitene et Colonia et loca ad fluvium Euphratem sita, quin etiam Armenia et Baaspracania. ac nisi saepe exercitu et interdum sola fama copiarum compressi fuissent barbari, et quidam ipsorum duces Chorosalarius et Samuch bona quadam fortuna commisso praelio cladem sortiti essent, etiam usque ad Galatiam et Onoriadem atque ipsam Phrygiam adversarii excurrissent: mittebatur enim exercitus male instructus et inermis, quod semper praestantiores abdicarentur praefectura maiorum stipendiorum et honorum causa; quae quidem culpa minime vacabant, cum nihil strenuum aut memorabile hac de causa gereretur. quibus rebus effectum est ut Romani imbecilliores redditi terrore complerentur, barbari vero inflati animo efferrentur et multa confidentia irruptiones facerent; cum etiam ad Anium missus fuerit dux Armenius quidam, nomine Pancratius, pollicitus res ad exercitum qui ibi aderat spectantes se pro virili parte administraturum. cum vero Sultanus illac iter face-

πημαινομένου τὴν χώραν τὴν Ῥωμαϊκήν, τῶν περὶ τὸν Παγκρά-
τιον ἐξιόντες τινὲς τὴν οὐραγίαν τοῦ σουλτανικοῦ στρατοπέδου
P 815 ἐσίνοντο καὶ κατέκαινον. ἐφ' οἷς καὶ δυσθυμήσας ὁ σουλτάνος
ἐφίησι τοῦ πρόσω ἰέναι. πρὸς τὸ Ἄνιον δὲ ἀνθυπέστρεψε, καὶ
δι' ὀλίγων ἡμερῶν αὐτό τε τὸ Ἄνιον καὶ τὰ περὶ αὐτὸ πάντα περι-
ποιησάμενος στρατῷ τε ὀχυρώσας, καὶ στρατηγοῖς ἀξιολόγοις τὰ
ἐκεῖσε παραδούς, τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας αὐτό τε καὶ τὴν
αὐτὸ χώραν ἀπεστέρησεν. εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰς
τοσοῦτον σκυλμὸν τὰ Ῥωμαϊκὰ περιήγοντο κατά τε τὴν Ἀσίαν καὶ
τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀνατολήν. ἐν δὲ τῇ δύσει κατὰ τὴν τρίτην ἰνδι-
κτιῶνα, ἀρχόντων τῶν περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν τοῦ μαγίστρου
B Βασιλείου τοῦ Ἀποκάπου καὶ τοῦ μαγίστρου Νικηφόρου τοῦ Βο-
τανειάτου, τὸ τῶν Οὔζων ἔθνος (γένος δὲ καὶ οὗτοι Σκυθικὸν
καὶ τῶν Πατζινάκων εὐγενέστερόν τε καὶ πολυπληθέστερον) παγ-
γενεὶ μετὰ τῆς οἰκείας ἀποσκευῆς τὸν Ἴστρον περαιωθὲν ξύλοις
μακροῖς καὶ λέμβοις αὐτοπρέμνοις καὶ βύρσαις, τοὺς διακωλύον-
τας τὴν αὐτῶν περαίωσιν στρατιώτας, Βουλγάρους τέ φημι καὶ
Ῥωμαίους καὶ λοιποὺς τοὺς ὄντας σὺν αὐτοῖς, κατηγωνίσαντο
αἰφνιδίως, καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τόν τε Ἀποκάπην Βασίλειον
καὶ τὸν Βυτανειάτην Νικηφόρον αἰχμαλώτους ἀπήγαγον, καὶ τὴν
περὶ τὸν Ἴστρον πᾶσαν ἐπλήρωσαν ὕπαιθρον· συνεποσοῦτο γὰρ τὸ
C ἔθνος, ὡς οἱ εἰδότες διεβεβαιοῦντο, εἰς ἑξήκοντα μυριάδας μα-
χίμων ἀνδρῶν καὶ πολεμιστῶν. μοῖρα δέ τις αὐτῶν οὐκ ἐλαχί-

7 τὴν περὶ αὐτό? 8 ἴσ. περίχωρον vel πρόσχωρον margo P

ret, neque tamen Romanorum regionem vexaret, quidam ex iis qui cum Pancratio erant, erumpentes extremum agmen Sultanici exercitus laedebant et caedebant. quibus de causis Sultanus graviter indignatus ulterius progredi desistens ad Anium reversus est, et paucis diebus tum ipsum Anium, tum finitima omnia loca in suam potestatem redacta et praesidio imposito munita ac ducibus idoneis tradita Romanorum exemit imperio. haec igitur in hoc statu erant, et tantae vexationi obnoxia erant Romanorum loca in Asia et in omni Orientis regione: in Occidente vero circa tertiam indictionem, cum praeessent oppidis ad Istrum fluvium sitis magister Basilius Apocapes et magister Nicephorus Botaniates, Uzorum natio (hi etiam sunt genere Scythae, et Patzinacis nobiliores et multitudine superiores) cum tota gente et propriis impedimentis transmisso Istro longis navibus et lembis e caudice cavato factis et utribus, milites transitum prohibentes, Bulgaros inquam et Romanos et qui cum ipsis erant, statim debellarunt, ac duces ipsorum Basilium Apocapem et Nicephorum Botaniatem captivos abduxere, omnemque ad Istrum planitiem complerunt. excreverat enim natio, ut ii qui viderant confirmabant, ad sexcenta bellicosorum virorum milia. et quaedam haud

στη τούτων ἀποτμηθεῖσα ἄχρι Θεσσαλονίκης καὶ αὐτῆς Ἑλλάδος
εἰσήρρησε, καὶ πᾶν τὸ προστυχὸν κατελυμήνατο καὶ ἐκεράϊσε, καὶ
λείαν ἤλασεν οὐκ ἀριθμητήν. χειμῶνι δὲ περιπεπτωκυῖα πολλῷ,
ὅτε πρὸς τοὺς σφετέρους ὑπέστρεφεν, οὐ μόνον τὰ ἀλλότρια ἀλλὰ
καὶ τὰ ἑαυτῆς σχεδὸν ἀπέβαλεν ἅπαντα, καὶ δυστυχὴς εἰς τὴν
παρεμβολὴν ἐπανέζευξεν. ὁ δὲ βασιλεὺς πυνθανόμενος περὶ τοῦ
πληθυσμοῦ ἤσχαλλε μὲν καὶ ἠδημόνει, στρατιὰν δὲ ἀθροῖσαι καὶ
δυνάμεις ἀξιομάχους ἀφεῖναι κατ' αὐτῶν ὀκνηρότερος ἦν, ὥς
μέν τινες ἔλεγον, τῶν ἀναλωμάτων φειδοῖ (ἦν γάρ, ὡς ἔφαμεν, D
φιλοχρήματος καὶ τὸν ὀβολὸν παντὸς προτιμῶν), ὡς δ' ἔνιοι, μὴ
ἀποθαρρῶν πρὸς τοσαύτην ἰσχὺν ἀντιπαρατάξασθαι· ἅπαντες
γὰρ ἀπρόσμαχον τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος δισχυρίζοντο, καὶ
ἀμήχανος ἐδόκει πᾶσιν ἡ λύτρωσις, καὶ μετοικίαν ἤδη οἱ πλείους
ἐβουλεύοντο. ὁ δὲ βασιλεὺς πρεσβείαν πρὸς τοὺς ἐθνάρχας αὐτῶν
ἐσταλκὼς ἐπειρᾶτο ὡς οἷόν τε παρενεγκεῖν αὐτοὺς καὶ καταστεῖλαι,
πολλὰ τούτοις ἀποστείλας ἐπαγωγὰ καὶ θελκτήρια· χαρίσμασι γὰρ
ἐνίους αὐτῶν ἁδροῖς ἐδεξιώσατο. μέγιστον δὲ ἔθνος ὄν, καὶ διὰ
τοῦτο πρὸς πορισμὸν ὁσημέραι ἐπιρρηγνύμενον, ἐν πολλοῖς μέρεσι
τὴν Βουλγαρίαν, ἤδη δὲ τήν τε Θρᾴκην καὶ τὴν Μακεδονίαν P 815
συνέθλιβε. μὴ φέρων δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ λεγόμενα (ἀνέδην γὰρ
παρὰ πάντων ὡς φειδωλὸς καὶ γλίσχρος διεσύρετό τε καὶ διεβάλ-
λετο) ἔξεισι τῆς βασιλίδος, καὶ περὶ τὸν τόπον ὃς Χοιροβάκχοι

2 εἰσήρισε P

minima pars ipsorum divisa usque ad Thessalonicam et ipsam Graeciam irrupit, et obvia omnia vexavit diripuitque, infinita abacta praeda. sed cum in vehementem hiemem incidisset, quando ad suos redibat, non solum aliena sed etiam sua fere omnia amisit, et infortunio accepto in castra reversa est. imperator autem de eorum multitudine certior factus cruciabatur animo et aegre ferebat, exercitum tamen cogere et idoneas copias contra ipsos mittere cunctabatur, ac segnis erat, ut quidam aiebant, sumptibus parcens: erat enim, ut diximus, avarus, et nummum omnibus rebus anteponebat; ut vero alii, quod non confideret adversus tantas vires posse acie decertare: omnes enim asserebant adversariorum multitudinem inexpugnabilem, omnibusque impossibilis redemptio ducum videbatur, et de migratione iam plures cogitabant. imperator autem missis legatis ad principes nationis tentabat, si factu possibile esset, ipsos abducere et sibi conciliare multis missis muneribus, quibus delinirentur, atque adeo aliquos ex ipsis crebris beneficiis exceperat. sed natio maxima, et iccirco quotidie irruptionem faciens, ut stipendium illud haberet, in multas Bulgariae partes, iam ipsam quoque Thraciam et Macedoniam opprimebat. non ferens autem convicia imperator, quod ab omnibus palam ut avarus atque sordidus incessebatur et accusabatur, regia urbe egressus ad locum qui Choerobachi vo-

καλεῖται τὴν σκηνὴν πήγνυσιν, οὐ πλείους τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα στρατιωτῶν ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ· ὅθεν καὶ πολλοῖς θαυμάζειν ἐπῄει ὅπως μετὰ τοσούτων ἀνδραρίων πρὸς τοσαύτην πληθὺν ἀπεδειλίασεν. ἐν τοιαύτῃ δὲ παρασκευῇ ὄντος αὐτοῦ καὶ περὶ συναγωγῆς βουλευομένου στρατοῦ, δρομαίως προσελθόντες τινὲς ἐδήλουν τῷ βασιλεῖ τήν τε τῶν ἡγεμόνων λύτρωσιν καὶ τοῦ ἔθνους B παντὸς τὴν ἀπώλειαν, φράζοντες ὡς οἱ μὲν ἡγεμόνες αὐτῶν ἐμβάντες σκάφεσι τὸν Ἴστρον διαβεβήκασι, τὸ δὲ περιλειφθὲν πλῆθος λιμῷ τε καὶ λοιμῷ τοῖς τε παρακειμένοις Βουλγάροις καὶ Πατζινάκοις καταπολεμηθέντες ἄρδην ἀπώλοντο, θεοῦ τὸ πᾶν ἐργασαμένου. λέγεται γὰρ ὡς ἀπογνοὺς ὁ βασιλεὺς ἐκ πάντων, νηστείαν παραγγείλας τῷ τε πλήθει καὶ ἑαυτῷ, λιτανείαν ἐκτενῆ ἐποιήσατο, αὐτὸς πεζὸς συμπορευόμενος μετὰ δακρύων καὶ συντετριμμένης καρδίας, καθ' ἣν ἡμέραν ἐφάνη τοῖς ἐν τῷ Τζουρολῷ ἐσκηνωμένοις τῶν Οὔζων πλῆθος στρατιωτικὸν ἐπιστὰν ἐναέριον, C διᾶττον σὺν σπουδῇ, βέλη κατ' αὐτῶν ἀφιέναι συνεχῆ, ὥστε μηδένα ἐξ αὐτῶν ἀπομεῖναι ἄτρωτον. ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ θεῷ θύσας τὰ χαριστήρια εὐθὺ τῆς βασιλίδος πεπόρευτο. εὗρε δὲ καὶ ταύτην ἐκπλήξεως γέμουσαν καὶ τὰ σῶστρα τῷ θεῷ ἐπιθύουσαν. ἀλλὰ πάντες ἁπλῶς θεοσημίαν τὸ γεγονὸς ἐλογίζοντο καὶ τῇ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ τὸ πᾶν ἀνετίθεσαν, ἀρετῇ μὴ κακίᾳ καὶ τῇ ἄρχοντος ῥοπῇ καὶ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβείᾳ τὸ θεῖον ἐπικλινόμενον. προσῆλθον δὲ τούτων τινὲς μετὰ τὸν τοιοῦ-

catur castra ponit, haud plures centum et quinquaginta militibus secum adducens, ex quo plures admirari quomodo cum hisce homunculis adversus tantam multitudinem congredi auderet. verum cum ille in huiuscemodi apparatu versaretur ac de cogendo exercitu consuleret, quidam ad ipsum accurrentes accessere, atque duces redemptos nuntiarunt et totius nationis interitum, asserentes duces ipsorum conscensis navigiis Istrum transmisisse, reliquam vero multitudinem fame ac peste et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiisse, deo omne illud opus procurante. fertur enim imperator desperatis rebus indixisse ieiunium et sibi et populo, et assiduas supplicationes adhibuisse, ipse pedes simul cum lacrimis incedens et contrito corde. qua die conspecta est in Tzurolo ab Uzis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie emicare et cum summa festinatione crebra contra ipsos tela iacere, ita ut ex ipsis nemo illaesus remanserit, quin vulnus acceperit. imperator autem deo sacrificio cum gratiarum actione peracto, recta ad regiam urbem se contulit, quam repperit admirationis ac stuporis plenam votaque deo pro accepta salute persolventem. verum omnes quod factum erat divinum miraculum censentes, imperatoris erga deum pietati adscribebant, quod virtute et non vitio aut potentia imperatoris, sed religione deus ipse flexus esset. post huiuscemodi cladem quidam ex

τον ὄλεθρον τῷ βασιλεῖ, καὶ χώραν λαβόντες δημοσίαν ἀπὸ τῆς Μακεδονικῆς τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνησαν, καὶ σύμμαχοι καὶ ὑπήκοοι τούτων μέχρι τῆς δεῦρο γεγόνασι, καὶ ἀξιωμάτων συγκλητικῶν D *καὶ λαμπρῶν ἠξιώθησαν. ἦν δὲ τὸ τηνικαῦτα ἔτος μὲν ἕκτον βασιλεύοντι τῷ Δουκί, ἰνδικτιὼν γʹ, ἔτος ͵ϛφογʹ τῆς κοσμικῆς κτίσεως.*

Πρὸ δὲ τούτου τοῦ ἔτους κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως, κγʹ ἄγοντος τοῦ αὐτοῦ μηνός, περὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτός, σεισμὸς ἐξαίσιος γέγονε τῶν πώποτε γενομένων ἐκπληκτικώτερος, ἐκ τῶν ἑσπερίων μερῶν ἀρξάμενος. τοσοῦτος δὲ ἦν τὸ μέγεθος ὡς καὶ οἰκίας ἀνατρέψαι πολλὰς καὶ ναοὺς καὶ κίονας. τὰ ὅμοια δὲ τοῖς εἰρημένοις πεπόνθασι Ῥαιδεστός τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον, ὡς καὶ μέρη τειχῶν P 817 *ἀνατραπῆναι ἄχρις ὑποβάθρας καὶ πλείστας οἰκίας, καὶ φόνον γενέσθαι πολύν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ Κύζικος, ὁπότε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Ἑλληνικὸν ἱερὸν κατεσείσθη καὶ τῷ πλείστῳ μέρει κατέπεσε, μέγιστον ὂν χρῆμα πρὸς θέαν δι' ὀχυρότητα καὶ λίθου τοῦ καλλίστου τε καὶ μεγίστου ἁρμονίαν καὶ ἀνοικοδομὴν καὶ ὕψους καὶ μεγέθους διάρκειαν. καὶ μέχρι δὲ δύο ἐνιαυτῶν ἔκτοτε φοράδην ἐπεφοίτων σεισμοὶ μηδαμῇ τοῖς ἐξωροτέροις μνημονευόμενοι. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ Νίκαια πέπονθε· κατεσείσθη γὰρ καὶ ταύτῃ ὅ τε ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸς καὶ ὁ λεγόμενος τῶν ἁγίων*

ipsis ad imperatorem se contulere, a quo acceptis agris publicis Macedoniae Romanis steterunt, et socii ipsorum atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus senatoriis atque illustribus dignati. agebatur autem tunc sextus annus imperanti Duci, indictione tertia, anno 6573 ab orbe condito.

Anno vero superiore circa mensem Septembrem, indictione secunda, vigesima tertia die mensis, circa secundam noctis vigiliam, terrae motus ingens factus et omnium qui unquam fuere maxime terribilis, ab Occidentis partibus incipiens, atque adeo vehemens ut et domos multas everterit et templa et columnas. et similia iis quae iam diximus accidere Raedesto et Panio atque Myriophyto, ita ut murorum partes usque ad ipsum fundamentum dirutae sint et domus plurimae, et multa caedes facta. quinetiam Cyzicus haud expers damni fuit, siquidem templum Graecorum, quod in ipsa erat, commotum est ita ut maxima illius pars deciderit, cum esset maximum spectaculum, tum quod munitissimum erat, tum quod ex pulcherrimo lapide et maximo admirabilem structurae ordinem habebat, tum vero quod aedificium videretur et altitudine et magnitudine idonea in perpetuum permansurum. et usque ad duos annos ex eo tempore frequentes terrae motus fiebant adeo ingentes ut eiusmodi maiores natu minime meminissent. eadem damna perpessa est Nicaea, in qua templum sanctae Sophiae dicatum et sanctorum patrum

B πατέρων σηκός, καὶ τὰ τείχη δὲ σὺν τοῖς πολιτικοῖς οἰκήμασι καταπεπτώκασιν, ὅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ τρόμου κατέληξε τέλεον. ἦσαν δὲ ταῦτα καὶ εἴσπραξις μὲν ἁμαρτημάτων καὶ χόλος θεῖος ἐξ ἅπαντος, ᾐνίττοντο δὲ καὶ τὴν τοῦ ῥηθέντος ἔθνους ἐπέλευσιν καὶ κατάλυσιν· ἐν γὰρ ταῖς θεοσημίαις οὐ τὸ ἐνεστὼς μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον προτεθεώρηται καὶ προσημαίνεται.

Καὶ Μαΐῳ δὲ μηνὶ τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος ἐφάνη κομήτης κατόπιν τοῦ ἡλίου δύνοντος, τὸ μέγεθος σεληναῖον φέρων, ὅτε ἤδη πλησιφαὴς γένηται. καὶ ἐῴκει μὲν τηνικαῦτα ἐκπέμπειν καπνὸν C καὶ ὁμίχλην, ἐν δὲ τῇ ἐπιούσῃ ἤρξατο παραδεικνύειν βοστρύχους τινάς, καὶ ὅσον οὗτοι προετάννυντο, τὸ μέγεθος τοῦ ἀστέρος ὑπέληγεν. ἀπέτεινε δὲ τὰς ἀκτῖνας ὡς πρὸς ἑῴαν, καὶ πρὸς ἐκείνην προήρχετο, καὶ ἦν ἐπικρατῶν ἄχρις ἡμερῶν μ'.

Κωνσταντίνου δὲ τοῦ πατριάρχου θανόντος Ἰωάννης μοναχὸς ὁ ἐπίκλην Ξιφιλῖνος προχειρίζεται, ἐκ Τραπεζοῦντος μὲν ὁρμώμενος, ἀνὴρ δὲ σοφὸς καὶ πρὸς ἄκρον παιδεύσεως ἐληλακὼς κἀν τοῖς πολιτικοῖς περίβλεπτος γεγονὼς καὶ ἀρετῆς εὐφρόνως ἐπιμελούμενος, ὥστε ἐν ἀρχῇ τῆς εὐημερίας καὶ τῆς ἡλικίας τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀσπάσασθαι καὶ τὸν ἀναχωρητικὸν ἑλέσθαι βίον D χρόνον οὐκ ἐπὶ μικρὸν παρὰ τὸ τοῦ Ὀλύμπου ὄρος. ὅθεν καὶ οὐδεὶς ἄξιος πλὴν αὐτοῦ ἐνομίζετο πρὸς τὸν ὑψηλὸν τοῦ πατριάρχου βαθμόν, εἰ καὶ ἀπαναινόμενος καὶ φεύγων ἐδιώχθη πρὸς τῆς τιμῆς. ἀλλὰ μὴν καὶ Θεοδούλου τοῦ Βουλγαρίας ἀρχιερέως κοιμη-

2 Δρόμου margo P 9 πλησιφανὴς P

aedes conquassata sunt, et muri cum civium domibus collapsi sunt, et loca quoque Dromi penitus corruerunt. erant haec peccatorum exacta supplicia et prorsus ira divina, et innuebant modo dictae nationis adventum et interitum: in divinis enim portentis non praesens tantum sed etiam futurum praevidetur et praesignificatur.

Maio quoque mense, quarta decima indictione, apparuit crinita stella post solem occidentem, lunae magnitudine, quando ipsa plena est lumine; quae eo tempore fumum emittere et nebulam videbatur, et insequenti die coepit crines ostendere, qui quantum protendebantur, tantum stellae magnitudo deficiebat; immisit autem radios ad Orientem, et ad eam partem progredi quadraginta diebus perseveravit.

Mortuo vero patriarcha Constantino Ioannes monachus cognomento Xiphilinus deligitur, Trapezunte natus, vir sapiens et eruditissimus et in rebus politicis spectatus et virtutem sedulo sectatus, adeo ut in principio florentis aetatis monasticam administrationem susceperit et vitam solitariam degere instituerit tempore haud exiguo in Olympo monte; quare nemo praeter ipsum dignus habebatur qui ad altum patriarchae gradum perduceretur, tametsi recusans ac fugiens ad eum honorem compulsus est. quin etiam vita functo Theodulo Bulgariae archiepiscopo

θέντος προχειρίζεται ὁ βασιλεὺς Ἰωάννην τινὰ μοναχὸν ἐκ τῆς Λάμπης μὲν ὡρμημένον, συνασκητὴν δὲ καὶ σύμπονον τοῦ Ξιφιλίνου.

Ἀπὸ δὲ μηνὸς Ὀκτωβρίου νόσος ἐνσκήψασα τῷ βασιλεῖ κατέτρεχεν αὐτὸν δεινῶς ἄχρι τοῦ ἐπιόντος Μαΐου μηνός· ἐν αὐτῷ δὲ τοῦτον κατειργάσατο καὶ τῆς ἐντεῦθεν ζωῆς ἀπήγαγεν. ἡ δὲ ὁσία τούτου οὐκ ἔνθα προσεδόκησε γέγονεν, ἀλλὰ διαπόντιος P 818
ἀχθεὶς ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐναπετέθη, ἣ καλεῖται Μολιβωτόν. ἔζησε δὲ ἐν τῇ βασιλίδι χρόνους ζ' καὶ μῆνας ἕξ. ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ Εὐδοκίας τῆς βασιλίδος, ἣν ἔτι ἰδιωτεύων ἠγάγετο, ἄρρενες μὲν τρεῖς, Μιχαὴλ Ἀνδρόνικος καὶ Κωνσταντῖνος (τούτων πορφυρογέννητος ἦν ὁ Κωνσταντῖνος, πάντας δὲ βασιλεῖς ἀνηγόρευσε), θήλειαι δὲ τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Θεοδώρα καὶ Ζωή. Καίσαρα δὲ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην προχειρισάμενος κοινωνὸν βουλευμάτων μυστηριωδῶν καὶ σκεμμάτων ἐτίθετο. μέλλων δὲ τελευτᾶν ἔγγραφον ἀπῄτησεν ἐκ πάντων ὡς οὐκ ἄν ποτε παρὰ τοὺς αὐτοῦ παῖδας βασιλέα ἕτερον δέξαιντο· ἐν ᾧ B
καθυπέγραψαν ἅπαντες, ἅμα μὴν καὶ ἡ βασιλὶς Εὐδοκία ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὴ πρὸς δεύτερον ἐλεύσηται συνοικέσιον, καὶ ἀπαρτισθὲν τῷ πατριάρχῃ φυλάττειν δεδώκασιν. ὅθεν καὶ παρὰ τῇ γυναικὶ καὶ βασιλίδι τὰ πάντα πεποίηκε, σωφρονεστάτη τε νομιζομένη τἀνδρὶ καὶ παιδοτριβῆσαι ἀκριβεστάτη καὶ πρὸς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν ἱκανωτάτη. τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτῶν ὢν

21 **ἴσ. πεποίηται margo P**

delegit imperator Ioannem quendam monachum Lampensem, qui idem monasterium cum Xiphilino coluerat.

A mense autem Octobri morbus gravis imperatorem invasit, qui eum graviter affligebat usque ad insequentem mensem Maium, quo ipsum profligavit et vita privavit. eius vero exsequiae non ubi exspectabat celebratae sunt, sed per mare ductus in monasterio sancti Nicolai, quod Molibotum vocatur, situs est. vixit in imperio annos septem, menses sex. fuere ipsi liberi ex Eudocia Augusta, quam adhuc privatus duxerat uxorem, mares tres, Michael Andronicus et Constantinus. horum porphyrogenitus erat Constantinus, omnesque imperatores declaravit. feminae autem tres, Anna Theodora et Zoe. et cum Caesarem suum fratrem Ioannem delegisset, socium arcanorum consiliorum et deliberationum ascivit. cum diem suum obiturus esset, ab omnibus syngrapham petiit, in qua pollicerentur nunquam se praeter ipsius liberos alium imperatorem suscepturos; et omnes subscripsere. quin etiam imperatrix Eudocia nunquam ad alterum coniugium se transituram promisit. perfectamque ipsam syngrapham patriarchae servandam tradidere. quare et dum uxor et dum Augusta fuit, omnia ita fecit ut et viro castissima et in instituendis liberis diligentissima et in administranda re publica maxime idonea haberetur. moritur imperator annos

ἑξήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. εἴθιστο δὲ λέγειν περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ ὡς τιμῆς μὲν καὶ χρημάτων οὐκ ἀποστερήσει τούτους, ἀντ᾽ ἐλευθέρων δὲ ὡς ἀργυρωνήτων ἐχρήσατο· "ἀφειλό- C μην δὲ οὐκ ἐγὼ τὴν ἐλευθερίαν αὐτούς, ἀλλ᾽ οἱ νόμοι ἐκπτώτους τῆς πολιτείας ποιήσαντες." τοῖς δὲ λόγοις ἐξόχως προσκείμενος "ὄφελον" ἔλεγεν "ἐκ τούτων ἢ τῆς βασιλείας ἐγνωριζόμην." γενναῖος δὲ ὢν τὴν ψυχὴν πρός τινα εἰρηκότα ὡς αὐτὸς ἂν ἡδέως μαχόμενος ἐκείνου τὸ ἴδιον σῶμα προβάλοιτο "εὐφήμει" εἶπε, "καὶ εἰ βούλοιό γε πεσόντι ἐπένεγκαι πληγὴν καὶ αὐτός." πρὸς δὲ τὸν τοὺς νόμους ἐξακριβούμενον ἐπὶ τῷ βούλεσθαι ἀδικεῖν "οὗτο" ἔφησεν "οἱ νόμοι ἡμᾶς ἀπολωλέκασι."

Κατέσχον δὲ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἥ τε σύζυγος αὐτοῦ καὶ οἱ παῖδες. οἱ δὲ τὴν ἑῴαν κατατρέχοντες Τοῦρκοι πάλιν τοῖς D περὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἐφήδρευον, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ Μελιτηνὴν ἐστρατοπεδευμένοις Ῥωμαϊκοῖς στρατεύμασιν, οἵπερ τοῦ ὀψωνισμοῦ ἐνδεήσαντες καὶ τῶν συνήθως παρεχομένων αὐτοῖς σιτηρεσίων στερούμενοι ἐνδεῶς εἶχον καὶ ταπεινῶς, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὀργίλως διὰ τὴν ἔνδειαν, καὶ μὴ τοῖς ἰθαγενέσι στρατιώταις βούλεσθαι συνελθεῖν καὶ τὸν Εὐφράτην σὺν αὐτοῖς περαιώσασθαι. ἐπερχομένων οὖν τῶν Τούρκων, μόνοι οἱ Μελιτηνοὶ ἀντιστάντες ἄτερ αὐτῶν εὐμαρῶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων ὡς ἑκηβόλων ἐλυμαίνοντο καὶ κατετιτρώσκοντο, ἀπαθῶν αὐτῶν διαμενόντων,

11 ἴσ. οὕτως, vel οὗτος margo P 18 καὶ μὴ] ὥστε μή?

natus sexaginta et paulo amplius. consueverat autem dicere de iis qui sibi insidiarentur, se honore et pecuniis haudquaquam eos privaturum, sed ut captivis argento emptis usurum, non autem eos ut liberos homines habiturum: "ademi autem" aiebat "non ego ipsis libertatem, sed leges, quae iure civitatis ipsos excidere fecerunt." disciplinis eximie deditus aiebat "utinam ex iis potius quam ex imperio cognoscerer." cumque alto animo esset, cuidam qui sibi dixerat se libenter pugnantem proprium corpus pro illo oblaturum, "meliora" inquit "loquere, ac si me lapsum videris, ipsemet mihi plagam infer." ad eum qui studiose leges inquirebat propterea quod peccare cuperet, dixit "istae nos leges perdidere."

Obtinuere autem imperii sceptra et coniux ipsius et liberi. Turci vero Orientis regionem percurrentes rursus eas Romanorum copias quae ad Mesopotamiam erant, sed maxime eas quae ad Melitenem castra posuerant, obsidebant; quae commeatus indigentes, et iis cibis qui sibi frequenter suppeditari consueverant privati, inopia conflictabantur ac misere degebant. ad haec irati ob rerum inopiam cum indigenis militibus coniungi ac fluvium Euphratem cum ipsis transire nolebant. advenientibus igitur Turcis, cum soli Meliteni restitissent sine ipsis, facile a barbaris procul iaculantibus laedebantur et vulnera accipiebant,

ἕως ἀναγκασθέντες εἰς τὸν ποταμόν τε ἔφυγον καὶ πρὸς μάχην καὶ P 819 ἄκοντες ἔστησαν καὶ νῶτα δοῦναι παρεβιάσθησαν· καὶ τροπῆς γενομένης ἔπεσον συχνοὶ ἐξ αὐτῶν, τινὲς δὲ καὶ ζωγρίαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐλήφθησαν. οἱ δὲ λοιποὶ τῷ ἄστει τῆς Μελιτηνῆς ἀνεδύθησαν. περιφρονήσαντες δὲ τούτους οἱ βάρβαροι ὡς ἤδη καταστραφέντας καὶ ἀσθενεῖς ἐκτρέχουσιν ἄχρι Καισαρείας, καταληϊζόμενοι πάντα καὶ καταστρέφοντες καὶ πῦρ αὐτοῖς ὑπανάπτοντες. καὶ τῷ σηκῷ τοῦ μεγάλου καὶ περιωνύμου Βασιλείου εἰσπηδήσαντες δῃοῦσι μὲν ἅπαντα καὶ τὰ ἱερὰ καθαρπάζουσι, προσραγέντες δὲ καὶ τῇ τοῦ ἁγίου σορῷ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ λειψάνῳ δρᾶσαί τι πονηρὸν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν· προκατησφάλιστο γὰρ B καὶ περιεδεδόμητο κτίσμασιν ὀχυροῖς [οὐ] χρόνου δεομένοις πολλοῦ πρὸς καθαίρεσιν. τὰ δὲ τὰς ὀπὰς περιστέλλοντα θυρίδια χρυσῷ καὶ μαργάροις ἐξειργασμένα καὶ λίθοις ἐξαίρουσι, καὶ τὸν ὅλον κόσμον ὁμοῦ συμφορήσαντες αἴρουσιν ἐκεῖθεν, παραδόντες πολλοὺς τῶν Καισαρέων σφαγῇ καὶ τὸν ναὸν καταχράναντες. κἀκεῖθεν ὑποστρέψαντες διέρχονται τοὺς εἰς Κιλικίαν ἄγοντας στενωπούς, μηδενὸς προγνόντος τὴν τούτων ἔφοδον, καὶ τοῖς Κίλιξιν ἐπιφανέντες ἐκπλήκτως ἐμφόβους εἰργάσαντο, φόνον πολὺν ποιοῦντες τῶν παρεμπιπτόντων αὐτοῖς. χρονίσαντες δὲ τῇ χώρᾳ καὶ ταύτην λυμηνάμενοι, καὶ λαφύρων ἑαυτοὺς ἐμπλήσαντες καὶ λείας καὶ C αἰχμαλωσίας πολλῆς, ἀπίασι πρὸς τὸ Χάλεπ, παρά τινος αὐτομόλου Ἀμερτικῇ λεγομένου ὁδηγηθέντες ἐκεῖσε, δυσμενῶς τοῖς

cum illi nihil detrimenti acciperent, quoad coacti ad fluvium fugerunt, et ad pugnandum constitere vel inviti, et terga dare vi compulsi sunt. cumque superati essent, multi ex ipsis cecidere, quidam a barbaris vivi capti, reliqui in urbem Melitenem se incolumes receperunt; quos barbari contemnentes veluti debellatos et imbecilles, percurrunt usque ad Caesaream omnia diripientes et evertentes atque igne succenso cremantes. impetu quoque facto in magni ac celeberrimi Basilii templum omnia incendunt et sacra diripiunt; et irrumpentes ipsius sancti sepulchrum sanctis eius reliquiis nihil detrimenti inferre potuerunt: erat enim diligener praemunitum, et circum structa quaedam aedificia ita corroborata, ut ad demoliendum diuturno tempore indigerent. ostia vero quae foaminibus apposita fuerant, auro et margaritis elaborata pretiosisque lapidibus, adimunt; omnibusque sublatis ornamentis inde proficiscuntur, multis interfectis Caesariensibus temploque polluto. et inde reversi transeunt per angustas vias ad Ciliciam ducentes, ita ut nemo praesenseit ipsorum adventum. cumque repente comparentes Cilicas multo terrore complessent, multam eorum qui sibi occurrerent caedem fecerunt. diutiusque in ipsa provincia commorati cum eam vexassent, spoliis ac praeda et captivis multis potiti ad Chalep se recepere, a quodam trasfuga Amertice nomine eo perducti, qui Romanis infestus

Ῥωμαίοις διακειμένου, ἐπὶ τοῦ γέροντος μὲν Μιχαὴλ αὐτομολήσαντος καὶ τυχόντος μεγάλων δωρεῶν καὶ τιμῶν καὶ ἀξιώσεων, κατηγορηθέντος δὲ παρὰ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ τῷ Δούκᾳ ὡς μέλλοντος αὐτὸν μαχαίρᾳ διαχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο κατακριθέντος ἀϊδίῳ φυγῇ, πάλιν δέ γε τυχόντος ἀνακλήσεως καὶ ἀποστάντος κατὰ τῶν Τούρκων, τηνικαῦτα δὲ διὰ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων προσθεμένου τε τοῖς Τούρκοις καὶ τὴν χώραν διατιθέντος
D κάκιστα. γενόμενοι γοῦν ἓν οἵ τε Τοῦρκοι καὶ οἱ Χαλεπῖται, καὶ ὁμολογίαν δόντες ἀλλήλοις, τὴν ἐν Συρίᾳ Ἀντιόχειαν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν κακῶς διετίθεσαν, σφάζοντες πυρπολοῦντες ἀνδραποδίζοντες ληλατοῦντες αἰχμαλωτίζοντες καὶ πᾶν εἴ τι χείριστον διαπραττόμενοι. συνηθροίσθησαν γὰρ στρατεύματα ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀξιόλογα, Νικηφόρου ὄντος τοῦ Βοτανειάτου ἐν ταύτῃ δουκός, ἡ δὲ φειδωλία καὶ ἡ γλισχρότης ἄπρακτα πάλιν τὰ πάντα ἀπέδειξεν. οὐ γὰρ ὁλόκληρον τὸ ὀψώνιον ἀλλὰ μερικὸν αὐτοῖς καὶ μέτριον δοθὲν ναρκῆσαι τοὺς στρατιώτας ἐποίησε· λαβόντες γὰρ τὸ δοθὲν εἰς τὰ οἰκεῖα διεσκεδάσθησαν, καὶ πάλιν ἦσαν οἱ βάρβαροι τὴν χώραν
P 820 δῃούμενοι καὶ ἀδεῶς κατατρέχοντες. νεολαίαν δέ τινα βραχεῖαν ἄρτι τῶν οἰκημάτων, οἷς ἐνετρέφοντο, ἐκπεπηδηκυῖαν μικροῖς καὶ ἐλαχίστοις ἀθροίσαντες ἀναλώμασι τῷ τῆς Ἀντιοχείας ἡγεμόνι ἐνεχείρισαν· οἳ δρᾶσαι μέν τι προεθυμοῦντο ἀπὸ νεωτερικῆς θρασύτητος στρατηγούμενοι, ἀπειροπόλεμοι δὲ ὄντες καὶ ἄφιπποι, σχεδὸν καὶ ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ καὶ μηδὲ τὸν ἡμερήσιον ἄρτον ἔχοντες,

erat et imperante sene Michaele ad eum transfugerat, magnaque dona et honores ac praemia consecutus fuerat. sed apud imperatorem Constantinum Ducam accusatus quod ipsum gladio interfecturus esset, hac de causa perpetuo fuerat exsilio condemnatus. verum cum rursus revocatus adversus Turcos missus esset, tunc ob rerum quae ad victum necessariae sunt inopiam sese Turcis adiunxerat, et regionem pessime vexabat. coniuncti igitur Turci et Chalepitae inita inter se societate Antiocheam Syriae eiusque finitima loca male vexarunt, caedentes comburentes diripientes depraedantes captivos abducentes et pessima quaeque perpetrantes. nam et adversus ipsos coacti fuerant idonei exercitus Nicephoro Botaniate duce: sed avaritia et segnities rursus effecere ut omnis labor irritus esset, neque enim integer commeatus, sed mediocris quaedam pars illis tradita militibus torporis causa fuit; qui accepto quod sibi datum fuerat, in suam quisque patriam dissipati sunt. ac rursus barbari regionem incendere et sine metu percurrere. exiguas vero iuvenum copias, qui modo e suis domibus, ubi educati fuerant, prodierant, parvis ac minimis sumptibus coactas Antiochiae duci tradiderunt; qui aliquod quidem facinus perpetrare cupiebant, iuvenili audacia militantes, sed belli imperiti et sine equitatu ac fere inermes et nudi, cum ne quotidianum quidem victum haberent, intolerabilia multa

πολλὰ παθόντες ἀνήκεστα εἰς τὴν σφῶν ἀκλεῶς ἐπανέστρεψαν γῆν,
τοῦ δουκὸς Βοτανειάτου μετὰ τῶν οἰκείων ὑπασπιστῶν καί τινων
ξενικῶν δυνάμεων μετρίως αὐτοὺς ἀποσοβῆσαι ἰσχύσαντος. παρα-
λυθέντος δὲ ἐκείνου τὰ τῶν βαρβάρων ἐπὶ πλέον ἐθρασύνθη, σιτο- B
δείας ἐπὶ πλέον πιεζούσης τὰς πόλεις καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων
ἐνδείας.

Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐξ ἀνάγκης βασιλέως ἐδεήθη τὰ πράγματα
δυναμένου αὐτὰ ποσῶς καταστῆσαί τε καὶ ὁμαλίσαι ἐν οὕτως ἐναν-
τίοις καιροῖς, ἐπεψηφίζετο μὲν ἀξιολογώτατος ὁ Βοτανειάτης καὶ
ἄλλοι πολλοί, νικᾷ δὲ ὅμως ἡ θεία βουλή, διὸ καὶ ἀνάγεται ἐπὶ
ταῦτα ὁ βεστάρχης Ῥωμανὸς ὁ Κωνσταντῖνος τοῦ Διογένους υἱός.
ὃν δὲ τρόπον ἀνήχθη, ἔνθεν ἐρῶ. ἦν μὲν προβεβλημένος δοὺξ
Σαρδικῆς ὁ Διογένης, πατρίκιος δὲ τυγχάνων ἐζήτησε τὸν βασιλέα
Κωνσταντῖνον τὸν Δούκαν τιμηθῆναι βεστάρχης. ὁ δὲ βασιλεὺς C
ὑπειπὼν αὐτῷ "δεικνύων ἔργα ἀπαίτει μισθοὺς" κενὸν αὐτὸν καὶ
ἄπρακτον ἀπεπέμψατο, μὴ προσσχὼν τῇ αἰτήσει αὐτοῦ. ἐξελθὼν
οὖν ὁ Διογένης καὶ τὴν Σαρδικὴν καταλαβών, περιτυχὼν Πατζι-
νάκοις ἐξελθοῦσι καὶ λεηλατοῦσι τὴν χώραν τρόπαιον ἐστήσατο
κατ' αὐτῶν, καὶ τῶν ἑαλωκότων ζῶντας μὲν πολλούς, κεφαλὰς
δὲ τῶν ἀνῃρημένων τῷ βασιλεῖ πεπομφὼς ἐτιμήθη βεστάρχης,
γράψαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως ὡς οὐκ ἐμὸν δῶρον, ὦ Διόγενες,
τοῦτο, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας. διατρίβων δὲ
ἐκεῖσε ἠβουλήθη μὲν ἀνταραι τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ τὸ μελετώμενον D

passi in patriam suam sine gloria reversi sunt; quos dux Botaniates cum suis protectoribus et quibusdam externis copiis facile potuit repellere. verum cum ille abdicatus esset magistratu, barbari longe audaciores sunt effecti, commeatus inopia plurimum civitates opprimente, et aliarum rerum quae ad victum usui sunt indigentia.

Sed cum necessario res ipsae indigerent imperatore, qui eas posset constituere et in aequum statum adeo adversis temporibus redigere, censebatur maxime idoneus Botaniates et alii multi: attamen divinum vicit consilium, et iccirco ad haec perducitur bestarches Romanus Constantinus Diogenis filius. quo autem modo perductus fuerit, mox dicam. erat creatus dux Sardices Diogenes. cum autem patricius esset, petiit ab imperatore Constantino Duca hoc honore affici ut esset bestarches. imperator autem respondens "ostendens opera reposce mercedem," inanem ipsum re infecta dimisit, eius petitioni minime consentiens. egressus igitur Diogenes, cum ad Sardicem pervenisset incidissetque in Patzinacas, qui eruperant et regionem diripiebant, de ipsis tropaea erexit, et ex captis vivos quamplurimos, interfectorum vero capita imperatori misit. et iccirco bestarches ab imperatore creatus est; qui quidem ei scripsit "non meum donum o Diogenes hoc, sed tuae virtutis et fortitudinis." ibi autem commorans voluit contra imperato-

εἰς φῶς ἀγαγεῖν δεδιὼς ἦν. ὅμως ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς ἀπῆν καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἐχήρευον, κοινολογεῖταί τινι τῶν πιστικωτάτων τὸ πρᾶγμα, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς παρακειμένοις ἔθνεσιν ὁμιλήσας περὶ ταὐτοῦ πράγματος, φιλίως αὐτῷ διακειμένοις, ἦρξεν ἡμερῶν τινῶν, τῆς αὐτοῦ γενναιότητος πεῖραν ἔχουσι δαψιλῆ. καὶ μηνύεται παρά τινος Ἀρμενίου τὸ γένος, καὶ δὴ συλληφθεὶς δεσμώτης πρὸς τὴν βασιλίδα ἀπάγεται. ἐλεγχθεὶς δὲ καὶ καταθέμενος καὶ διὰ τοῦτο κατακριθεὶς θανάτου ὡς ἐπίβουλος ὑπερορίζεται καὶ τῆς πόλεως ἐκβάλλεται, πᾶσιν ἀνίαν ἐνθέμενος ὅσοι τῆς αὐτοῦ γεν-
P 821 ναιότητος καὶ ἀνδρίας ἐν πείρᾳ καθίσταντο. οἱ δ' ἀγνοοῦντες ἐκ τῶν εἰδότων ταῦτα παραλαμβάνοντες ὑπῆρχον ἐξ ἀνάγκης ἐρασταί. καὶ διὰ τοῦτο δι' εὐχῆς ἦν τοῖς ὅλοις ἀνώτερον τὸν ἄνδρα γενέσθαι κολαστηρίων καὶ χαρισθῆναι τῇ Ῥωμαίων τούτων ἀρχῇ. ἐπεὶ δὲ ὁ σκοπὸς ζήλου θείου ἦν καὶ οὐ φιλαυτίας, περιαλγῶς τῆς τῶν Χριστιανῶν πληθύος πασχούσης καὶ κακῶς κεραϊζομένης ὁσημέραι πρὸς τῶν Ἀγαρηνῶν, ἐνηργήθη λοιπὸν τοῖς εὐχομένοις τὰ τῆς εὐχῆς. παραστάντος γὰρ αὖθις αὐτοῦ τῷ βασιλικῷ βήματι περιέσχεν ἔλεος ἄσχετον τὴν Αὐγοῦσταν Εὐδοκίαν· ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ
B μετὰ τῶν ἄλλων καὶ θεαθῆναι ἀγαθός, ἐπιμήκης τε τὴν ἡλικίαν ὢν καὶ στέρνων καὶ νώτων ἐν καλῷ καθορώμενος, εὐόφθαλμός τε εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τοῦ πάθους αὐτόθεν παράκλησιν ἐκκαλούμενος, μήτ' ἀκριβὲς τὸ λευκὸν μήτε τὸ μέλαν ἀποσώζων, ἀλλ'

13 τοῦτον?

rem insurgere. sed inceptum in lucem proferre verebatur. attamen postquam abfuit imperator et imperium orbum erat, rem cum suo quodam fidelissimo communicat, et per ipsum cum quibusdam finitimis gentibus, quibus esset ipsius explorata virtus, collocutus quibusdam paribus imperavit. indicatur autem a quodam Armenio, et comprehensus ad urbem regiam perducitur, convictusque et capitis damnatus ut proditor in exsilium mittitur, urbe expellitur, non sine maximo dolore eorum omnium apud quos suae virtutis ac strenuitatis specimen dederat. qui vero ipsum ignorabant, famam ab aliis percipientes statim ipsius amore capiebantur. et iccirco omnes optabant virum supplicio liberari et Romanorum imperio donari. et quia divini zeli propositum, non autem proprii amoris erat, quippe cum Christianorum turba quotidie ab Agarenis miserabiliter vexata cruciaretur, deinceps optata eorum qui vota faciebant ad exitum perducta sunt. cum enim rursus ad regium suggestum adductus fuisset, Augusta Eudocia immensa misericordia commota est: erat enim vir praeter alia spectatu quoque dignus, statura procerus, pectore et humeris pulcherrimus, et pulchritudine oculorum ut si quis alius praestans, his omnibus levamen calamitatis eflagitans, neque prorsus album neque prorsus nigrum sed ex utroque aequaliter

οἷον συγκεκραμένα κατ' ἴσον ἀμφότερα. ὡς οὖν καὶ ἡ παρεστῶσα γερουσία συνέπαθεν, εὐθὺς ἐπηκολούθησεν ἡ συμπάθεια, καὶ περισωθεὶς τοῦ κινδύνου παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν βασιλικῆς ἀξιώσεως ἔτυχε. διὸ καὶ ἀπολυθεὶς παρὰ πάντων ἠσπάζετο. ἐξιὼν οὖν εἰς τὴν Καππαδοκῶν, ἐξ ἧς καὶ γέννησιν ἔσχηκε, πάλιν μεταπεμφθεὶς εἰς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελήλυθε, καὶ τοῖς γενεθλίοις τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ μάγιστρος τιμᾶται καὶ στρατηλάτης C προβέβληται παρὰ τῆς βασιλίδος προελθούσης βασιλικῶς μετὰ τῶν ἰδίων παίδων εἰς τὸν μέγιστον καὶ περίπυστον τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας σηκόν. δεδοικυίας δὲ τῆς βασιλίδος τήν τε σύγκλητον καὶ τὸν πατριάρχην καὶ τοὺς ὑπογράψαντας καὶ ὀμόσαντας, καὶ διὰ τοῦτο μὴ τολμώσης συζευχθῆναί τινι τῶν ἐπιφανῶν καὶ βασιλέα ἀναγορεῦσαι αὐτόν, ἔγνω δεῖν ὑπὲρ γυναῖκα μὴ φρονῆσαι, πανουργίᾳ δὲ καὶ δόλῳ τὸν πατριάρχην ὑπελθεῖν καὶ οὕτως αὐτῇ τὸ ἐφετὸν καταπράξασθαι καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ποσῶς ἀναχαιτίσαι ὁρμήν. κοινοῦται γοῦν τὸ πρᾶγμά τινι τῶν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος D ὡς ἐπιτηδείῳ πρὸς τοῦτο. ὁ δὲ ὑπισχνεῖται ἐκ παντὸς τρόπου συμπράξειν αὐτῇ πρὸς τὸ σπουδαζόμενον, ξυρὸς εἰς ἀκόνην, τὸ τοῦ λόγου, ὢν εἰς τὰ τοιαῦτα. ἀδελφὸς ἦν τῷ πατριάρχῃ Βάρδας ὄνομα, λαγνίστατός τε καὶ πρὸς ἡδονὰς ἐπτοημένος καὶ μηδὲν ἄλλο διὰ βίον ἔχων προτέρημα. πρόσεισι τῷ πατριάρχῃ ὁ τομίας, ἀπαγγέλλει αὐτῷ μυστικῶς τὰ τοῦ πράγματος, καὶ ὡς εἰ θελήσειε, μᾶλλον δὲ ἐπινεύσειε μόνον μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι ἐκ τῆς

mixtum colorem conservans. ut igitur etiam praesens senatus commotus est, statim misericordia iudicium subsecuta est. et a periculo servatus praeter omnem spem atque exspectationem regiam dignationem est consecutus; et iccirco absolutum omnes amplectebantur. egressus igitur in Cappadociam, unde oriundus erat, rursus ad regiam urbem accersitus sese recepit die natali salvatoris Christi, et magistri honore decoratus dux exercitus ab Augusta creatur, quae imperatoris more cum suis filiis processerat ad maximum et celeberrimum Sophiae templum. cum autem vereretur Augusta et senatum et patriarcham et eos qui iurati subscripserant, et iccirco non auderet cum illustriore aliquo matrimonio copulari ipsumque imperatorem declarare, statuit supra muliebrem animum nil sibi aggrediendum, sed potius dolo ac fraude circumveniendum patriarcham; et ita se voti compotem futuram et gentium impetum repressuram, quantum in se esset, existimabat. communicat igitur rem quodam cum eunucho ex gynaeceo ut ad id idoneo, qui omnino se ei rem e sententia confecturum pollicetur, utpote qui novacula ad cotem esset, ut dici solet, ad haec negotia: frater erat patriarchae, Bardas nomine, maxime lascivus vir, et voluptatibus ita addictus ut omnia in omni vita eis posthaberet. accedit exsectus ille ad patriarcham, eique arcano factum aperit, denuntiatque, si velit, immo

φρικτῆς ἐκείνης χειρογραφίας, ζευχθήσεται μὲν τῇ βασιλίδι ὁ τούτου αὐτάδελφος, παραυτίκα δὲ βασιλεὺς ἀναγορευθήσεται.
P 822 ὡς δὲ ἔσχεν ὅλον τὸν πατριάρχην καταπιόντα τὸ δέλεαρ καὶ ἤδη μόνον οὐχὶ τὴν συναρμογὴν ἐπισπεύδοντα, βουλεύεται πυθέσθαι περὶ τούτου καὶ τὴν σύγκλητον. ἕνα καθ' ἕνα γοῦν ὁ πατριάρχης παρ' ἑαυτὸν προσκαλεσάμενος τὸ ἀναγκαῖον τοῦ πράγματος κατεσκεύαζε, διασύρων τὸ ἔγγραφον ὡς ἔκνομόν τε καὶ ἄθεσμον καὶ διὰ ζηλοτυπίαν ἑνὸς ἀνδρὸς γεγονὸς καὶ μὴ πρὸς κοινὴν λυσιτέλειαν ἀφορῶν. ὅπερ ἔσται πάντως, εἰ ζευχθήσεται ἡ βασιλὶς ἀνδρὶ γενναίῳ τε καὶ θυμοειδεῖ· ἀναθηλήσουσι γὰρ τὰ Ῥωμαίων
B ἐσαῦθις, ἤδη μαρανθῆναι καὶ ἀποσβεσθῆναι ἐλπιζόμενα. ὡς δὲ ἔσχε πάντας συμψήφους, τοὺς μὲν πειθοῖ καὶ κολακείᾳ τοὺς δὲ καὶ χρημάτων παροχῇ καὶ μειλίγμασιν ἁδροτέροις, καὶ τῷ παραχθησομένῳ δέος οὐχ ὑπῆν, ἄγεται μὲν ὁ Διογένης νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια ἔνοπλος καὶ τῇ βασιλίδι προσζεύγνυται, ἀναγορεύεται δὲ παρευθὺς βασιλεὺς κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, τῆς ϛ' ἐπινεμήσεως, ἔτους ,ϛφοϛ', λαθὼν πάντας τοὺς τῆς βασιλίδος υἱούς. γίνεται δὲ παραυτίκα τάραχος παρὰ τῶν Βαράγγων πολύς, μὴ ἀνεχομένων αὐτὸν φημίσαι παρὰ τὰ κοινῇ δόξαντα. ἐπιφανεὶς δὲ ὁ ταύτης υἱὸς Μιχαὴλ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς γνώμῃ αὐτῶν
C τὸ γεγονὸς ἀπαγγέλλουσι γενέσθαι, καὶ αὐτίκα μετατραπέντες μεγάλαις καὶ διατόροις φωναῖς αὐτὸν καὶ αὐτοὶ ἀναγορεύουσιν. ὡς δ' οὖν ἐφάνη ἐκ τούτου, ὡς οὐ μάτην ἠλπίκασιν ἐπ' αὐτῷ οἱ

si tantum annuat, nihil pericli metuendum ex horribili illo chirographo: eius fratrem germanum cum imperatrice copulatum statim imperatorem declaratum iri. utque totum habuit sibi patriarcham veluti inescatum, iamque studiose matrimonium tantum non procurantem, consuluit ut hac ipsa de re senatus quoque sententiam percunctetur. singulis igitur ad se accersitis patriarcha rei necessitatem confirmabat, scriptum illud accusans ut iniquum et minus legitimum, ab unius viri zelotypia profectum, cui communis utilitas minus proposita fuisset; "cui prorsus" inquit "consuletur si cum generoso et forti viro copuletur regina Augusta: rursus enim res Romanorum efflorescent, quae iam eo redactae sunt ut atteri et penitus exstingui cito posse metus impendeat." ut vero illi omnes consensere, alii suasu et adulatione, alii pecuniae largitione et crebris muneribus, neque metus ullus suberat transigendae rei, adducitur Diogenes noctu in regiam armatus, et cum Augusta coniungitur, statimque imperator declaratur Ianuarii mensis prima die, indictione sexta, anno 6576, clam omnibus Augustae filiis. ac repente a Barangis exoritur multa perturbatio, quod non sustinerent id vulgari praeter omnium sententiam. verum cum Michael ipsius Augustae filius cum fratribus advenisset, de sua sententia factum id esse dixerunt, ac subito conversi magno et elato clamore ipsi quoque eum imperatorem declararunt. ut igitur re comprobatum est, haud temere complures propter

πολλοί. ἐκράτει γοῦν ἡ βασιλὶς σὺν τοῖς υἱέσι μῆνας ἑπτὰ καὶ μικρόν τι πρός.

Ῥωμανὸς δὲ ὁ Διογένης οὕτω τῶν σκήπτρων ἐπιτυχὼν οὐκ ἔλαττον τῶν ἐν ποσὶ πραγμάτων τῆς στρατιωτικῆς καὶ εὐταξίας ἐφρόντισε καὶ συστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα συνέδρους εἶχε τοὺς προγονούς, ἐφέδρους δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, καὶ τὸν τοῦ προβεβασιλευκότος ἀδελφὸν Ἰωάννην τὸν Καίσαρα, οἳ καὶ ἐμποδὼν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους γεγόνασι, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ κα- D
κῶς διέθεσαν πράγματα καὶ εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται ἔχοντα. ἤρξατο γὰρ τούς τε ἀλογωτέρους δεξιοῦσθαι καὶ τοῖς ἐχέφροσι καὶ πεπειραμένοις ὁμιλεῖν τῶν στρατιωτῶν, καὶ πολεμικῶν ἔργων ἀντέχεσθαι, πρεσβευτάς τε ἑτοιμάζειν, καὶ πανταχόθεν τοῖς ἐναντίοις ἐπιτειχίζειν τὴν πάροδον. διὰ ταῦτά τοι διὰ δύο μηνῶν παρολκὴν ἡ τῆς ἑῴας αὐτὸν δέχεται Προποντίς, καὶ ὁ ζῆλος τῆς ἐκδικίας ἐνίκησε τὴν ἐν τῇ βασιλίδι τρυφήν τε καὶ θυμηδίαν. ὃ καὶ πάντας κατέπληξεν, ἡ ταχεῖα δηλαδὴ ἑτοιμασία καὶ διάταξις καὶ παρασκευὴ πρὸς ἀνάγκης αὐτῷ γενομένη πολλῆς. τὰ μὲν κατὰ P 823
τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Κιλικίαν ταῖς προειρημέναις ἐκδρομαῖς ἀπειρηκότα ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις· ἐν δὲ τοῖς βορειοτέροις αὐτὸς ὁ σουλτάνος πανστρατιᾷ ἐξελήλυθε, δυνάμεις ἄγων ἀνυποίστους καὶ βαρείας, καὶ τοῖς ὁρίοις τῶν Ῥωμαίων τῷ καιρῷ τοῦ φθινοπώρου προσήνωτο, βουλόμενος παραχειμάσαι ἐκεῖσε καὶ ἀρχομένου τοῦ

10 ἴσ. λογιωτέρους margo P 14 ἴσ. φροντὶς margo P

ipsum bene sperarunt. itaque Augusta cum filiis suis menses septem et paulo amplius imperavit.

Romanus autem Diogenes ita adeptus imperium haud minorem praesentium rerum rationem habuit quam militaris rei bene componendae atque constituendae, etiam si quam maxime consiliarios habuit privignos, immo ut verius dicam, insidiatores, et Ioannem Caesarem superioris imperatoris fratrem, qui ei semper ab initio ad finem fuere impedimento et Romanorum res in pessimum statum deduxere, qui nunc cernitur. coepit autem et digniores amplecti, et cum prudentioribus ac peritioribus colloqui, et belli munera suscipere, et legatos parare, atque undique hostibus aditum intercludere. his de causis duobus exactis mensibus, Orientis cura ipsum cepit, et ultionis iustitiaeque zelus delicias et animi mollitiem, quae in urbe regia inerat, vicit; quod quidem omnes perculit, celer videlicet apparatus et ordo, quem maxime necessario requirebant res Antiochiae et Ciliciae excursionibus, quas superius diximus, defatigatae et in extrema adductae discrimina. ad partes autem magis Boreae subiectas ipse Sultanus cum omni exercitu irrupit, graves secum copias et quibus resisti nequiret adducens, et ad fines Romanorum autumno accesserat, ut ibi hiemaret, et ineunte vere ut

ἔαρος προσεχῶς προσβαλεῖν καὶ ἄρδην ἀνατρέψαι τὴν Ῥωμαίων καὶ καθελεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς στρατὸν ἐπαγόμενος οὐχ οἷον εἰκὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἀλλ' οἷον παρεῖχεν ὁ καιρὸς ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Βουλγάρων καὶ Καππαδοκῶν καὶ Οὔζων καὶ τῶν ἄλλως B παρατυχόντων ἐθνικῶν, πρὸς δὲ καὶ Φράγγων καὶ Βαράγγων, τῆς ὁδοῦ σπουδαίως ἐφήψατο. καὶ συνήχθησαν δὲ οἱ πάντες κελεύματι βασιλικῷ ἐν τῇ Φρυγίᾳ ἤτοι τῷ θέματι τῶν ἀνατολικῶν, ἔνθα καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ παράδοξον, τοὺς διαβοήτους προμάχους τῶν Ῥωμαίων τῶν πᾶσαν τὴν ἑῴαν καὶ τὴν ἑσπέραν καταδουλωσαμένων ἐξ ὀλίγων συγκειμένους ἀνδρῶν, καὶ τούτων συγκεκυφότων τῇ πενίᾳ καὶ κακουχίᾳ καὶ πανοπλίας ἐστερημένων, ἀντὶ μαχαιρῶν καὶ ἄλλων ὀργάνων πολεμικῶν, τὸ τῆς γραφῆς ἐρεῖν, ζιβύ- C νας καὶ δρέπανα οὐκ ἐν καιρῷ εἰρήνης ἐπαγομένους, ἵππου τε πολεμικοῦ καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς ἐνδεῶς ἔχοντας, ἅτε μὴ στρατευσαμένου βασιλέως ἐκ πολλοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀχρήστων καὶ ἀσυντελῶν καὶ τὸν ὀψωνικὸν αὐτῶν παραιρεθέντων καὶ τὸ ἀνέκαθεν σιτηρέσιον. δειλοὶ γὰρ καὶ ἀναλκίδες καὶ πρὸς οὐδὲν γενναῖον χρησιμεύοντες κατεφαίνοντο, καὶ αὐτὰς τὰς σημαίας σιωπηρῶς ἀποφθέγγεσθαι πιναρὰς ὁρωμένας ὥσπερ ἀπὸ λιγνύος ἐζοφωμένας καπνοῦ, καὶ ὀπαδοὺς ἐχούσας εὐαριθμήτους καὶ πενιχρούς. ταῦτα τοῖς παροῦσιν ὁρώμενα πολλὴν ἀθυμίαν προσῆγον καὶ ἐνεποίουν, ἀναλογιζομένοις ἐξ οἵων ποῖ κατηντήκασι τὰ

20 ἐζοφωμένου P

ex propinquo posset invadere et penitus Romanorum res evertere ac demoliri. imperator autem adducens exercitum, non qualem decebat Romanorum imperatorem, sed qualem praesens occasio praebuit ex Macedonibus et Bulgaris et Cappadocibus et Uzis et aliis, ut fors tulerat, nationibus, insuperque e Francis et Barangis, studiose iter arripuit, et coacti sunt imperatoris iussu omnes qui erant in Phrygia seu provincia Orientalium. ubi cernere poterat nescio quid incredibile, celebres illos antesignanos Romanorum, qui omnem et Orientem et Occidentem in servitutem redegerant, ex paucis viris collectos, iisque paupertate et vexatione demissis atque omni armorum genere spoliatis, pro gladiis et aliis bellicis armis, ut scriptura dicit, iacula et falces non tempore pacis adducentibus, et bellico equitatu alioque indigentibus apparatu, quippe cum imperator illuc cum exercitu iampridem profectus non esset, et hac de causa illis tanquam inutilibus adempta essent cibaria et qui praeberi consueverat commeatus: timidi enim et imbecilles et ad nullam rem strenuam usui censebantur; ita ut etiam ipsa signa silentio responderent, sordida conspecta, tanquam ab exstincto lumine obscurato fumo, et paucos habentia ministros eosque pauperes. haec iis qui aderant cernentibus causa erant ut multum desponderent animum et metuerent, cogitantes ex quo statu in quem redacti sint Romanorum

Ῥωμαίων στρατόπεδα, καὶ αὖθις τίνα τρόπον κἀκ ποίων χρημά- D των καὶ διὰ πόσου τοῦ χρόνου εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανελεύσονται, τῶν μὲν γηραιοτέρων καὶ πεπειραμένων ἀφίππων ὄντων καὶ ψιλῶν, τῆς δὲ νεαλοῦς στρατιᾶς ἀπειροπολέμου καθεστηκυίας καὶ τῶν πολεμικῶν οὐκ ἐθάδος ἀγώνων. καὶ αὖθις τὸ τῶν ἀντιτεταγμένων φιλοκινδυνότατον ἐν πολέμοις, ἐπίμονον καὶ ἔμπειρον καὶ ἐπιτήδειον. πάντοθεν οὖν ὁ βασιλεὺς ἐξαπορούμενος ὅμως διὰ τὴν κοινὴν λυσιτέλειαν ἔκρινεν ὡς ἐνῆν τοῖς ἐχθροῖς ἀντιπαρατάξασθαι καὶ τῆς πολλῆς αὐτοὺς ποσῶς ἀναχαιτίσαι καὶ ἀναστεῖλαι ὁρμῆς. τοὺς γὰρ ἐναντίους ἀγνοοῦντας τὰ οἴκοι τὸν βασιλέα πιέζοντά τε P 824 καὶ θλίβοντα ἡ ἀθρόα τούτου ὁρμή τε καὶ ἔφοδος μᾶλλον ἐξέπληξεν, οἰηθέντας, ὥσπερ καὶ ὕστερον μεμαθήκαμεν, ὅτι κινδύνων οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐδένα λόγον πεποίηται, ἀλλ' ἔαρος ὢν φοιτητὴς καινοποιήσει καὶ ἀνηβήσει τὰ Ῥωμαίων πράγματα καὶ ἀντισηκώσει τοῖς ἐχθροῖς τὰ ἐπίχειρα. ταῦτά τοι ὁ μὲν σουλτάνος ὀπισθόρμητος γέγονε, μοῖραν δέ τινα μεγάλην ἀποτεμόμενος, καὶ ταύτην διχῇ διελών, τὴν μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν τὴν ἄνω νοτιωτέραν ἐκπέμπει, τὴν δὲ βορειοτέραν παραγγέλλει γενέσθαι. ὁ δὲ βασι- B λεὺς ὡς ἐνῆν τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπιρρώσας ὅλῃ χειρί, καὶ ἀξιώμασι καὶ δώροις ἀναθαρρῆσαι πεποιηκώς, καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχας ἀρίστους ἑκάστῳ τάγματι ἐπιμελῶς προστησάμενος, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ στρατιὰν ἀξιόλογον κατεστήσατο, καὶ μετ' αὐτῆς ἐπὶ Πέρσας προθυμότερον ἤλαυνεν. ὡς δὲ τὸ βόρειον στρατόπεδον τὰς

exercitus, et rursus quanam ratione et quibus opibus et quanto tempore in antiquum statum vindicari possint, cum maiores natu et veterani milites et periti carerent equitatu et inermes essent, tirones autem imperiti neque bellicis certaminibus assueti. ad hoc adversarios quoque maxime strenuos et audaces ad subeunda belli pericula, et stabiles atque peritos et idoneos norant. ex omni igitur parte anceps et sollicitus imperator tamen communis utilitatis causa, statuit, quantum in se erat, contra hostes instrui, eorumque ex aliqua parte ingentem impetum comprimere. et adversarios quidem, ignaros quibus malis domi vexaretur ac premeretur imperator, repentinus ipsius conatus et adventus magis perterruit, ratos, ut postea didicimus, hominem hunc periculorum nullam rationem habiturum, sed verno tempore adventurum, auctoremque fore ut rursus Romana res efflorescat et paria hostibus rependat. quibus de causis Sultanus recessit. verum divisa haud exigua exercitus manu in duas partes, alteram in Asiam superiorem ad Istrum magis sitam emittit, alteram ad partes magis aquilonares. imperator autem suis, quantum licuit, confirmatis omni potestate et dignitate ac muneribus, et bono animo esse iussis, manipulorumque ductoribus et optimis praefectis unicuique legioni diligenter attributis, brevi tempore idoneum contraxit exercitum; et cum ipso in Persas alacrius proficiscebatur. ut vero Borealis exercitus imperatoris successibus

τοῦ βασιλέως προόδους παρέσχετο, ἔγνω λοιπὸν ὁ Διογένης τοῖς νοτίοις ἐπεισπεσεῖν, οἳ τὰ περὶ κοίλην Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν καταληΐζοντες ἦσαν. καὶ καταλιπὼν τὸ εὐθὺ Κολωνείας καὶ Σεβαστείας φέρεσθαι, τῷ τοῦ Λυκανδοῦ ἐπεχώρησε θέματι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θέρους· ἐν γὰρ τῷ φθινοπώρῳ C τοῖς Συριακοῖς παραβαλεῖν ἐμελέτα μέρεσιν, ὡς ἂν μὴ τῷ καύσωνι κακουχηθὲν τὸ στρατόπεδον δυσπραγήσῃ καὶ διαλωβηθῇ. ἐν τοσούτῳ δὲ οἱ Τοῦρκοι τὴν Νεοκαισάρειαν ἐξ ἀπροόπτου ἐπελθόντες καταστρέφουσι, καὶ πολλῶν σωμάτων καὶ χρημάτων ἐγένοντο κύριοι, βάρος ἐπαγόμενοι λαφυραγωγίας οὐκ ἐλάχιστον. ὃ καὶ εἰς ὦτα τοῦ βασιλέως πεσὸν πολλὴν αὐτῷ τὴν ἀνίαν ἐνέσταξε τὸ συμβάν, ὅτι καίτοι ἐκστρατευομένου οὐδὲν ἧττον οἱ πολέμιοι τὴν χώραν αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ κατεσθίουσιν. ἀμέλει τοι καὶ τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς δι' ἀτραπῶν δυσβάτων ἀπὸ ῥυτῆρος κατόπιν ἤλαυνε. πλησιάσας δὲ τῇ Σεβαστείᾳ τὴν μὲν στρατιω- D τικὴν ἀποσκευὴν καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν αὐτοῦ που ἀφίησι μετὰ τοῦ ἰδίου προγονοῦ Ἀνδρονίκου συνόντος αὐτῷ, ὃν αὐτὸς βασιλέα χειροτονήσας ὡς ἐνέχυρον εἶχεν ἢ συστράτηγον, εἴ πῃ πολλάκις παρήκων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου πολυτρόπως τῷ χρεὼν λειτουργήσειεν· αὐτὸς δὲ μετ' εὐζωνοτέρων ἐδίωκεν ὄπισθεν τῶν ἐχθρῶν διὰ πολλῶν καὶ ὑψηλοτάτων βουνῶν τῆς τε Τεφρικῆς καὶ τῆς Ἀργάου, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιτεθῆναι ἐκ τοῦ ἐγκαρσίου ἠπείγετο. ὅθεν καὶ ἀδόκητος αὐτοῖς ἐπεισπεσὼν καὶ τῇ φήμῃ τῆς αὐτοῦ παρουσίας

19 παρεῖκον?

favit, statuit deinceps Diogenes in partes australes eos invadere qui Coelesyriam et Ciliciam ipsamque Antiochiam praedabantur; relictaque via quae recta ducit Coloniam et Sebastiam, ad Lycandi regionem accessit, aestivo tempore: autumno enim cogitabat in Syriam invadere, ne forte aestu vexatus exercitus parum prospere res gereret et detrimento haud mediocri afficeretur. interea Turci Neocaesaream ex improviso adorti evertunt, et multorum virorum opumque potiti sunt, abducta maxime ingenti spoliorum praeda; quod cum ad aures imperatoris accidisset, multam illi casus hic animi sollicitudinem attulit, quod quamvis cum exercitu prodiisset, nihilominus hostes regionem suam se inspectante vexarent. tandem copias per semitas accessu difficiles veluti habenis a tergo retractis reduxit; cumque Sebastiae appropinquasset, militaria impedimenta et omnes pedites ibi reliquit cum privigno suo Andronico, qui secum aderat, quem delectum imperatorem ut pignus ipse habebat vel collegam, ut si quis repentinus casus exigeret, is res administraret. ipse vero cum expeditioribus a tergo persequebatur hostes per multos et celsissimos colles, et per Tephricem et Argaum in ipsos invadere ex obliquo festinabat. quare cum nec opinantes adortus esset, suique adventus fama omnes deterruisset, statim causa fuit ut

πάντας ἐκδειματώσας αὐτίκα νῶτα δεδωκέναι ποιεῖ καὶ πρὸς τὴν φυγὴν ὁρμῆσαι. φόνος μὲν οὖν αὐτῶν οὐκ ἐγένετο πολύς, προκατειργασμένων τῶν τοῦ βασιλέως ταῖς ἀνοδίαις, ζωγρίαι δὲ πολλοὶ ἑάλωσαν. P 825 τῆς δὲ ἰδίας ζωῆς οὐκ ἀπώναντο, μαχαίρας ἔργον γενόμενοι. ἡλικία μέντοι πᾶσα ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους ἐλευθερωθεῖσα τὸν βασιλέα καὶ γλώσσῃ καὶ στόματι ἐπεφήμισαν· θαυμαστὸν γὰρ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐναντίοις τὸ πραχθὲν κατεφαίνετο, πῶς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀκρατῶς κατ' αὐτῶν ἤλασε τρόπον εὐζώνου καὶ μονοζώνου στρατιώτου. τρισὶ δὲ μόναις ἡμέραις ἐν Σεβαστείᾳ διαναπαύσας τὸ στράτευμα τῆς πρὸς Συρίαν ἀγούσης ἥψατο, καὶ διὰ τῶν τῆς Κουκουσοῦ αὐλώνων εἰς Γερμανίκειαν καταστὰς εἰς τὸ θέμα τὸ καλούμενον εἰσβάλλει Τελούχ, πρότερον B ἀποτεμόμενος φάλαγγα οὐκ ὀλίγην μετὰ συνταγματάρχου, καὶ εἰς Μελιτηνὴν ἐκπέμψας ἐπὶ φυλακῇ τῆς ἑῴας καὶ ἀντιπτώσει τῶν ἐκεῖσε προσεδρευόντων ἐχθρῶν, ὧν ἦρχεν ἀνὴρ πανοῦργος καὶ μάχιμος ὀνόματι Ἀψινάλιος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς κρείττονας τοῦ οἰκείου στρατοῦ τουτῳῒ παραδέδωκε, καὶ Φράγγους αὐτούς, ἄνδρας αἱμοχαρεῖς καὶ πολεμικούς. μὴ χρησαμένου δὲ τοῦ προάγοντος φιλοτίμως τοῖς πράγμασι δέει τῆς ἀποτυχίας (ἦν γὰρ διαφέρων φρονήσει καὶ εὐλαβῶς ἔχων περὶ τοῦ μέλλοντος) μικροῦ διπλοῦς ὁ πόλεμος τῷ βασιλεῖ ἐπεγίνετο, στε- C ρισκομένῳ τοιαύτης δυνάμεως. πολλάκις γὰρ προκαλουμένων τῶν ἐχθρῶν ἐξιέναι τοῦ τῶν Μελιτηνῶν ἄστεος, ὡς εἶδον μηδ'.

illi in fugam versi terga darent. quorum caedes haud multa facta est, quippe cum ante defatigati essent milites imperatoris locis inviis: sed vivi capti sunt multi, quibus tamen vita minime profuit, quod gladio confecti sunt. omnis vero aetas ab homine usque ad iumenta in libertatem vindicata imperatorem uno ore celebrarunt, siquidem ipsis quoque hostibus factum illud admiratione dignum videbatur, quomodo Romanorum imperator contra se profectus esset ita ut impediri non potuerit, instar expediti et bellica virtute praestantis militis. cum vero tribus tantum diebus Sebastiae exercitum quietis causa continuisset, iter arripuit ea qua ad Syriam pergitur via; et per Cucusi angustias in Germaniciam profectus in regionem nomine Teluch invadit, divisa prius haud mediocri phalange cum legionis praefecto, quam ad Melitenem cum duce misit, ut Orientem custodiret et invasionibus commorantium ibi hostium resisteret, quibus praeerat versutus et bellicosus vir nomine Hapsinalius. iccirco imperator duci ipsi praestantissimos quosque exercitus tribuit, et Francos ipsos, homines caede gaudentes ac bellicosos. verum cum dux haud fortiter rebus usus esset metu ne vinceretur (erat enim prudentissimus et cautus et valde cavens futurum), fere duplex bellum invaserat imperatorem talibus copiis privatum. saepe enim provocantibus hostibus ut e Melitene egressi pugnarent,

ἐπαισθανομένων αὐτῶν ἀλλ' ἠρεμούντων καὶ οἷον ὑπνωττόντων, διὰ τόπων ἀδήλων βαδίσαντες ἀσυμφανῶς τοῦ βασιλικοῦ κατατολμῶσι στρατεύματος. ἐντυχόντες δὲ μοίρᾳ τινὶ ἐλαχίστῃ, δι' ἀγορὰν σιτίων ἐξιούσῃ, ὥρμησαν κατ' αὐτῆς. ἐκεῖνοι δὲ μὴ ὑποστάντες ἔφυγον ἀμεταστρεπτί. καὶ τάχα ἂν ἀπώλετο μέρος στρατιωτῶν οὐκ ἐλάχιστον οὐδ' εὐκαταφρόνητον, εἰ μὴ ταχὺς αὐτοῖς ἐπεβοήθησεν ὁ βασιλεὺς ἐπιφανείς, καὶ τῆς αὐτῶν ἐφόδου
D ἐξείλετο. εἴ τις τοίνυν τοῖς στρατηγοῖς ἐπιγράφει ὡς ἐπίπαν τὰ τῶν ἐκβάσεων, εἴτ' ἐπὶ τὸ κρεῖττον εἴτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον συνάγοιντο, οὐ διαμάρτοι τοῦ ὀρθοῦ καὶ τῆς ἀληθοῦς διαγνώσεως· καὶ καλῶς τοῖς παλαιοῖς ἐγνωμολόγηται, βέλτιον λέοντα ἄρχειν ἐλάφων ἤπερ λεόντων ἔλαφον. ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς οὕτω διασωθεὶς καὶ διασώσας τὸ στρατόπεδον πρὸ τῆς τοῦ Χάλεπ χώρας πανστρατιᾷ κατεσκήνωσε. πρὸ τοῦ καταβῆναι δὲ τοῦ ἵππου τούς τε Σκύθας καὶ τῶν Ῥωμαίων οὐκ ὀλίγους εἰς προνομὴν τῆς χώρας ἀφίησιν. ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ ἤχθη πλῆθος ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ ζῴων πολλῶν. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῆς πολεμίας ἰὼν τριταῖος ἀφικνεῖ-
P 826 ται εἰς Ἱεράπολιν. δόκησιν δὲ παρασχὸν ἐπιθεάσασθαι τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικὸν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν Ῥωμαίων οὐκ ἐθάρσησεν, ἀκροβολισμοῖς δέ τισι καὶ προπηδήσεσι τὸν πόλεμον ἀφωμοιώσαντο, οἵ τε Ἄραβες δηλαδὴ καὶ οἱ Τοῦρκοι καὶ ὁ τούτων ἔξαρχος Ἀμερτικής, εἰς γένος βασιλικὸν ἐν τῇ Περσίδι ἑαυτὸν ἀνάγων. κατασχὼν μὲν

1 ἐπαισθανόμενον — ἠρεμοῦντα — ὑπνώττοντα? 18 ἴσ. παρασχὼν ἐπιθήσεσθαι τῷ ἐκεῖσε στρατιωτικῷ margo P 20 ἴσ. ἀπώσαντο margo P

ubi ne sensisse quidem ipsos noverunt, sed quieti et somno deditos, per obscura loca progressi clam imperatoris exercitum audacter adoriuntur, et occurrentes maxime exiguae parti ad emenda cibaria egressae, in ipsam irruerunt. illi autem non sustinentes impetum, ita fugerunt ut nunquam sese converterent. et fortasse periisset haud mediocris militum pars neque contemnenda, nisi celeriter ipsis imperator, qui advenerat, tulisset opem et hostium impetum repressisset. si quis igitur ducibus adscribit rerum sive prosperos sive adversos eventus, is mihi e recta et vera sententia non videtur aberrare, et recte ab antiquis pronuntiatum est melius leonem cervis imperare quam leonibus cervum. sed imperator ita servatus, servato quoque exercitu, ad Chalep regionem cum omni exercitu castra posuit; et antequam de equo descenderet, et Scythas et Romanorum haud paucos praedatum agros misit. quod factum est, et adducti sunt viri multi et mulieres multaque iumenta. inde per hostilem terram progressus tertia die Hierapolin pervenit, cumque ostendisset velle se aggredi exercitum qui ibi morabatur, non ausi illi sunt cum Romanis congredi, sed levibus quibusdam praeliis et irruptionibus bellum repudiarunt et Arabes et Turci ipsorumque praefectus Amertices ad genus regium Persarum originem suam referens.

τὴν Ἱεράπολιν χώμασι καὶ τειχομαχίαις καὶ στρατιωτικαῖς ἐπεξελεύσεσι, τὸ ἐπείσακτον δὲ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων ἐπὶ συμφώνοις γυμνοὺς καὶ ἀόπλους διαφείς, μεσάζοντος ἐν πᾶσι τοῦ μαγίστρου Πέτρου τοῦ Λιβελλισίου, ἀνδρὸς τήν τε Ἀσσυρίων καὶ Ἑλλήνων παιδείαν ἄκρως ἐξησκημένου, θρέμματος καὶ γεννήματος B ὄντος τῆς Ἀντιοχείας πόλεως, καὶ τῶν τὰ πρῶτα διενεγκόντων ἑνός. ὁ δὲ ἀμηρᾶς τοῦ Χάλεπ ἤτοι Βερροίας, συνάψας τοῖς τε Ἄραψι καὶ τοῖς Τούρκοις καὶ δύναμιν ἁδρὰν συστησάμενος, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ καὶ μαχέσασθαι διεσκέψατο. τοῦ δὲ βασιλέως ἔνδον ὄντος τῆς ἑαλωκυίας πόλεως, πυργομαχοῦντος δὲ ἔτι ἐν μέρει κατὰ τὸ ὑπόλοιπον λείψανον τῆς πυργοκρατείας, παρατάξεις δύο διατειχίζουσαι τοὺς ἐναντίους εἰς φυλακὴν κατετάχθησαν. εἰσὶ δὲ περὶ τὴν Ἱεράπολιν ἱππήλατα πεδία μέγιστα, ἐν οἷς τινὲς τῶν Σαρακηνῶν διεφάνησαν ἱππαζόμενοι, καὶ πλὴν γηλόφων οὐδέν ἐστι τὸ ὑπερανεστηκὸς εἰς ὄρος μέγα. καυσώδης δὲ C ὁ τόπος, καὶ τὸ ὕδωρ χλιαρόν, μεταλαμβάνον τῆς τοῦ ἀέρος φλεγμονῆς τε καὶ καύσεως. οἱ δὲ πολέμιοι κατὰ μικρὸν ταῖς ἱσταμέναις πλησιάζοντες παρατάξεσιν αὖθις ἀνθυπέστρεφον· ἀπῆν γὰρ ἔτι ὁ ἀμηρᾶς Μαχμούτιος. ἀκροβολισμοὺς δὲ ποιησάμενοι παρελάσαι μέν τινας τῶν Ῥωμαίων κατηνάγκασαν, καὶ δὶς τοῦτο καὶ τρὶς πεποιήκασιν. ἐν ἑτέρᾳ δὲ συμβολῇ οὐκέτι τοὺς Ῥωμαίους μικρὸν ἐπεδίωξαν καὶ ἔστησαν, ἀλλὰ παρελάσαντες αὐτοὺς τῷ τάγματι τῶν στρατηλατῶν εἰς χεῖρας συνερράγησαν, καὶ παρελθόντες τὸ τῶν σχολῶν τάγμα πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, τοὺς δὲ

obsidens igitur Hierapolin aggeribus, et e muro propugnationibus multaque eruptione, adventitias exercitus copias nudas atque inermes dimisit ad foedus percutiendum, interponente se in omnibus magistro Petro Libellisio, viro Assyriorum et Graecorum doctrinae peritissimo, civitatis Antiochiae alumno et filio, et inter suos principatum obtinente. ameras vero Chalep, id est Berroeae, cum Arabibus Turcisque coniunctus, manus cum imperatore conserere ac dimicare statuit; cumque intra urbem captam esset imperator, et adhuc pro reliqua turris parte expugnanda dimicaret, adversus instructae binae acies, quae coercerent adversarios, ad custodiam dispositae sunt. sunt autem circum Hierapolin planities maximae, equorum cursui idoneae, in quibus apparuerunt quidam Saraceni adequitantes, et praeter colles nihil est quod ad montis altitudinem assurgat. est autem locus aestuosus et aqua tepida aëris inflammationis et aestus particeps. hostes autem, qui paulatim constitutis aciebus appropinquabant, rursus recesserunt: nam Machmutius ameras aberat. verum levibus quibusdam praeliis coegerunt aliquos ex Romanis cedere, quod bis terque ab ipsis factum est. altero vero congressu non amplius Romanos parum sunt persecuti aut sistere fecerunt, sed impressione facta in legionem ducum manus conseruerunt, et scholarum legionem praetereuntes, multis occisis, reliquos turpiter fugere

D λοιποὺς φυγεῖν αἰσχρῶς κατηνάγκασαν, ἐν δεξιᾷ καταλιπόντες τὸ τῶν σχολῶν σύνταγμα. ὅπερ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἧτταν ὁρῶν οὐδ' ὅλως μετεκινήθη τῆς στάσεως, ἀλλ' ὡς μηδενὸς καινοῦ γεγονότος ἀτρεμοῦν ἵστατο, ὡς ἂν εἰ ἐδεδοίκει μὴ φωραθείη ἐκεῖσε ἱστάμενον, καὶ παντὶ τρόπῳ λαθεῖν μηχανώμενον. ὑποστρέψαντες δὲ οἱ πολέμιοι ταχὺ καὶ τοῦτο κατηγωνίσαντο, ἀνῃρηκότες μὲν πολλούς, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς τὴν παρεμβολὴν κατακλείσαντες, καὶ τὰ σημεῖα τούτων στρατηγικῶς ἀφελόμενοι. πολλοὺς δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν τραχηλοκοπήσαντες εἰς ἔνδειγμα τοῖς Χαλεπίταις ἀπέστειλαν. θαυμάζειν δὲ ἄξιον ἦν ὅτι καταφορᾶς καὶ ἥττης
P 827 γεγενημένης Ῥωμαϊκῆς οὐδεὶς τῶν λοιπῶν λόχων τε καὶ λοχαγῶν εἰς ἄμυναν διηρέθιστο, ἀλλὰ πάντες ἔνδον καθήμενοι, ὡς διὰ φιλίας γῆς ἐνσκηνούμενοι, ἰδιοτροπεῖν ἐσπούδαζον, καὶ κίνησις ψυχῆς καὶ προθυμία καὶ ἀγωνία τούτοις τὸ παράπαν οὐδεμία ἦν. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἔνδον ὢν τῆς πόλεως, τοῦτο πυθόμενος ἠνιάθη μὲν οὐ μετρίως, ἐπανελθὼν δὲ συντόμως μετὰ τῶν συνόντων Καππαδοκῶν ἴασιν εὑρεῖν τῷ πταίσματι ἐμηχανᾶτο. ἡ γὰρ νὺξ ἐκείνη πάντας εἶχεν ἐν ἐλπίσιν οὐκ ἀγαθαῖς, καθότι καὶ τὸ ἐξ Ἀρμενίων πεζὸν περὶ τὴν τάφρον διανυκτερεῦον ἀποστασίαν ἐμελέτησεν. οὔπω δ' ἡμέρα προήει, καὶ οἱ πολέμιοι τὸν χάρακα
B περιέζωσαν. τὸ γὰρ συμβὰν ὁ τοῦ Χάλεπ ἄρχων ἀναμαθὼν μεθ' ὅλης ἧκεν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ὡς αὐτοβοεὶ αἱρήσων τὸν βασιλέα. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔνδον τῆς σκηνῆς διαγράφων τὸν πόλεμον περὶ τρίτην ὥραν ἀθρόον ἐξελήλυθεν ἔφιππος. εἰκοστὴν ἤνυε

coegerunt, a dextro ipso scholarum agmine relicto, quod cladem Romanorum videns nequaquam de statu suo recessit, immo quasi nihil novi accidisset ita immotum stabat, quasi vereretur ne illic stare deprehenderetur, et daret operam ut omnino lateret. sed hostes reversi cito hos quoque debellarunt, et multis interfectis, reliquis in castris conclusis, et signa illis militaria ademerunt, et plurimorum militum abscissa capita miserunt Chalepitis ostentationis causa. et illud maxima dignum est admiratione, quod hac accepta a Romanis clade nullus alius manipulus aut praefectus ad repellendos hostes fuerint impulsi. verum omnes sedentes, quasi in amica regione commorarentur, privatis commodis studebant; nullaque ipsorum animis aut sollicitudo aut alacritas prorsus inerat. sed imperator qui in urbe erat, audito casu, haud mediocri dolore affectus est, statimque cum Cappadocibus quos secum habebat reversus offensionem acceptam resarcire conabatur, illa siquidem nocte omnes de spe bona deciderant, quod etiam peditatus Armenius ad vallum pernoctans de rebellione cogitavit. nondumque dies advenerat, et hostes vallum cinxere. Chalep enim princeps cognito casu cum omnibus suis copiis accessit, ut illico imperatorem capturus. imperator autem intra tabernaculum ea quibus ad bellum opus foret describens tertia circiter hora noctis cum conferto equitatu erupit. agebatur tunc vige-

τηνικαῦτα ὁ Νοέμβριος μήν, τῆς ζ' ἰνδικτιῶνος. βουκκίνων ἢ σαλπίγγων ἢ ἄλλου τινὸς σημείου μὴ δοθέντος τρανῶς, τῶν δὲ σημαιῶν τοῦ στρατοῦ ἐξαρθεισῶν καὶ τῆς στρατιᾶς ἐξιούσης συντεταγμένης, ἤρξαντο οἱ παρὰ μέρος ἐν ἀθροίζεσθαι, οὗ τοὺς Ῥωμαίους εἶδον ἐπελαύνοντας, καὶ ὁ ἀγὼν ὅσος, καὶ ἡ τοῦ μέλλοντος ἔκβασις οἵα, ταῖς ψυχαῖς ἐναπέστακτο. τῶν δὲ κατὰ μέτωπον τὸ ἐνυάλιον ἀλαλαξάντων πολλοὺς τῶν ἐναντίων οἱ Ῥω- C
μαῖοι κατηγωνίσαντο καὶ διεχειρίσαντο. ἐξορμήσαντος δὲ καὶ τοῦ λοιποῦ πλήθους φυγὴ τούτων ἀνυπόστατος γίνεται. οἱ δὲ κατόπιν τούτων ἐλαύνοντες πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, οὐκ ὀλίγους δὲ ζωγρήσαντες ἔλαβον. τῆς δὲ διώξεως μὴ γινομένης μέχρι πολλοῦ, μεγάλης εὐκληρίας οἱ Ῥωμαῖοι διήμαρτον καὶ νίκης καλλίστης ἐξεστερήθησαν καὶ αὐχήματος μεγίστου ἐξηστόχησαν. τῶν γὰρ Ἀραβικῶν ἵππων ταχυδρομούντων μέν, μὴ εὐψυχούντων δὲ μηδ' ἐγκαρτερούντων τῷ δρόμῳ, οὐκ ἠθέλησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἐκείνων ἀτονίαν οἰκείαν εὐτονίαν ποιήσασθαι, ἐπιστρέψαντες δὲ τοὺς ῥυτῆρας ἐξ ἐπιτάγματος βασιλικοῦ ἀμβλεῖαν ἑαυτοῖς τὴν νίκην ἀπειργάσαντο, κορεσθέντες μόνῃ τῇ τῶν ἐναντίων ἀποτροπῇ, D
μεγάλην εὐτυχίαν καὶ τοῦτο τοῦ βασιλέως λογιζομένου, ὅτι τέως οἱ ἀνάλκιδες ἀνερρώσθησαν καὶ οἱ νεκροὶ ὡς εἰπεῖν ἀνεζώσθησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπανελθὼν εἰς τὸν χάρακα μετὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀποσόβησιν ἔγνω τὴν ἀκρόπολιν τῆς Ἱεραπόλεως ἐνοικῆσαι. καταστήσας οὖν τὸν Φαρεσμάνην ἐκεῖνον βέστην τὸν Ἀποκάπης, ἐξ

4 οἱ] οἱ πολέμιοι margo P   20 ἀνεζωώθησαν?

sima dies Novembris mensis, indictione septima, buccinarum aut turbarum nullo edito aperto signo. verum elatis vexillis, et composito procedente exercitu, hostes in unam partem cogi coeperunt, quo Romanos equitantes viderent, et certamen ac rei eventus quodammodo animo iam conceptus erat: nam cum ii qui in fronte erant clamorem sustulissent, plures adversarios Romani debellarunt et occiderunt, cumque reliqua quoque multitudo irruisset, ingens ipsorum fuga facta est. et qui a tergo eos insequebantur, multis occisis haud sane paucos vivos cepere. verum cum multum haud persecuti fuissent, ingenti ac prospero rerum successu defraudati sunt Romani, pulcherrimaque victoria et maxima gloria privati: cum enim Arabici equi celeriter currentes haud possent bono animo esse aut cursum tolerare, noluerunt Romani illorum imbecillitatem suum proprium robur efficere, sed imperatoris iussu retentis fraenis imperfectam sibi victoriam compararunt, contenti sola hostium fuga, magnam felicitatem reputante imperatore, quod tunc imbelles convaluissent et mortui, ut ita dixerim, revixissent. imperator autem in vallum reversus, post expulsos hostes, statuit arcem Hierapolis construendam. praefecto igitur Pharesmane illo Beste Apocape

Ἰβήρων τὸ γένος ἕλκοντα, χώραν δέδωκε τοῖς ἐναντίοις ἀνακαλέσασθαί τε τὴν ἧτταν καὶ ἀντίπαλον φέρεσθαι. καὶ ἕως μὲν ἐστρατοπεδευμένος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς διεδείκνυτο, κατὰ P 828 χώραν ἐδόκουν μένειν οἱ Ἄραβες· ὡς δ' ἀναστήσας τὴν στρατιὰν εὐθὺ τοῦ φρουρίου τοῦ Ἀζᾶς ἤλαυνεν, ἤρξαντο σποράδην ἐκ διαστήματος κατὰ τὸ εἰθισμένον αὐτοῖς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ περὶ τὴν οὐραγίαν πολλάκις ἐπιτιθέμενοι, τοὺς τὰ σιτία μετακομίζοντας κακοῦντες, ἐλύπουν τοὺς Ῥωμαίους ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς καὶ λόχου τὰς ἐπιθέσεις ἐν τῷ λεληθότι ποιούμενοι. καταφραξάμενος δὲ ἐν τοῖς ἑκηβόλοις καὶ πελτασταῖς ὁ βασιλεὺς τὸ στρατόπεδον, τεθωρακισμένος τῷ φρουρίῳ προσβάλλει Ἀζᾶς μεθ' ὅλης τῆς στρατιᾶς, εἰς ὑποδοχὴν μαθὼν εἶναι τὸν τόπον ἐπιτήδειον. ὡς δὲ προσεγγίσας αὐτῷ ἐρυμνότατον εἶδε καὶ ὀχυρώτατον, ἐπ' ἀκρωρείας B λόφου ἱστάμενον, τείχεσι διπλοῖς περιεζωσμένον καὶ πέτραις ὥσπερ γεγομφωμένον, λιθίνην τὴν ἄνοδον πρὸς τὴν πύλην ἀποφερόμενον, μικρόν τε ὕδωρ ἀπορρέον καὶ μὴ ἐξαρκοῦν πρὸς ὑποδοχὴν τοσούτου στρατοῦ, ἀναζεύξας εἰς τόπον ἐπήξατο τὴν παρεμβολὴν ἔνθα τὸ ὕδωρ ἀφθονώτερον ἔρρεεν. ἀναστὰς δὲ ἐκεῖθεν ὥρμησε πρὸς τὰ τῆς Αὐσονίτιδος ὅρια, καὶ πυρπολήσας χωρίον μέγιστον Κάτμα λεγόμενον, τῷ ἀμηρᾷ τοῦ Χάλεπ ἀφωρισμένον ἐκ παλαιοῦ, εἰς ἕτερον χωρίον κατέλυσε Ταρχωλὰ κατονομαζόμενον. κοπτομένου δὲ τοῦ χάρακος, καὶ τοῦ βασιλέως ἱσταμένου C κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος, Ἄραβες δύο λαθόντες κατόπιν τῆς ἀκρωρείας, καὶ τοὺς ἵππους ἀπὸ ῥυτήρων ἐλάσαντες, δύο τῶν πεζῶν

ex Iberis genus ducente, spatium dedit hostibus et damni resarciendi et victoriae de adversariis reportandae. et quoad Romanorum exercitus instructus ibi ostendebatur, Arabes quiescebant: ubi vero coacto exercitu coepit recta ad oppidum Azae contendere, coeperunt sparsi ex intervallo, suo more in ipsos invadere, et extremum agmen saepe adorti commeatus deferentes vexare, et laedere Romanos, quasi ex insidiis clam irruptionem facientes. constipato autem sagittariis et scutatis exercitu, imperator armatus cum toto exercitu ad oppidum Azae accedit, ratus locum ad se recipiendum idoneum. sed ubi ipsi appropinquans tutissimum vidit ac munitissimum in summo colle consistens, duplicique muro cinctum, et lapidibus quasi clavis quibusdam compactum, ascensum ad portam referens, et parum aquae inde effluens, quae non esset ad tantum excipiendum exercitum idonea, inde profectus, ubi copiosior aqua flueret, castra posuit. et inde quoque discedens invasit Ausonitides fines, incensoque agro maximo, nomine Catma, antiquitus principi Chalep assignato, in alium locum se recepit, Tarchola nomine. perruptoque vallo, et imperatore ad dextram partem incumbente, Arabes duo, qui latebant a tergo montis, concitatis equis pedites duos hastis

ταῖς λόγχαις ἀναιροῦσιν. ὁ βασιλεὺς δὲ τούτους θεασάμενος πρῶτος διανέστησε πρώτως τοὺς στρατιώτας εἰς δίωξιν. οἱ δὲ φθάσαντες ἐξαισίῳ δρόμῳ τῶν ἵππων εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον διεσώθησαν..... κατεῖχον δὲ τοῦτο Σαρακηνοὶ τὸν ἑαυτῶν στρατηγὸν ἐξελάσαντες. πλὴν ἀλλὰ καὶ πάλιν φεύγουσιν οἱ τοῦτο φυλάσσοντες, καὶ τῷ βασιλεῖ τὸ οἰκεῖον ἀνασώζεται πόλισμα. φρουρὰν οὖν ἐν αὐτῷ βαλὼν καὶ σιτήσεις ἀποχρώσας ἐναποθέμενος, πάντα τὰ τῷ καιρῷ πρόσφορα διετάξατο. ἐπ᾽ αὐτοῦ τοίνυν τοῦ βασιλέως ἤρξαντο Ῥωμαῖοι ἀντοφθαλμίζειν καὶ πρὸς D τὸ γενναιότατον ἀναφέρειν λόγον καὶ συνίστασθαι πρὸς ἀντίθεσιν, ἐπεὶ τά γε κατὰ τοὺς προσεχῶς βασιλεύσαντας, πλὴν ἐπιδείξεως μόνης καὶ πλήθους συναγωγῆς, ἐν οὐδενὶ καρτερῶς πρὸς μάχην συνέρραξαν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι τοῦ ἡγεμόνος ἐστὶν ὡς ἐπίπαν τὸ κατορθούμενον ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασι. κἀκεῖθεν μὴ δυνηθεὶς ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀντιόχειαν ἀπελθεῖν (προκατείργαστο γὰρ λιμῷ τε καὶ κακώσει πολλῇ), ὑπερβὰς αὐλῶνας καὶ κλεισούρας τινὰς ἀδιεξοδεύτους εἰς πόλιν τῆς Κιλικίας λεγομένην Ἀλεξανδρῶνα καταντᾷ, κἀκεῖσε τὸν χάρακα πήγνυσι, καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος ὑπερβὰς πανστρατιᾷ εἰσβάλλει τῇ Ῥωμαίων. ἐντυχόντες δ᾽ P 829 ἀθρόοι τόποις ψυχροῖς ἐξ ἄγαν ἀλεεινῶν καὶ θερμῶν πολλῆς μεταβολῆς ᾔσθοντο· διὸ καὶ ἄνθρωποι πολλοὶ ἀπέθανον καὶ ζῷα πολλὰ ἐναπέψυσαν. ἐξιόντος δὲ τοῦ βασιλέως εἴς τι χωρίον τῆς Ποδανδοῦ κλεισούρας, Γυτάριον κατονομαζόμενον,

interficiunt; quos conspicatus imperator primus statim milites ad persequendos eos incitavit. verum illi occupantes velocissimo equorum cursu in sua castra incolumes se recepere, (et illinc profecti recta ad Artach contenderunt) quod oppidum expulso proprio duce obtinebant Saraceni. verumtamen rursum fugiunt qui illud tutabantur, et imperatori suum reservatur oppidulum, in quo praesidio imposito et idoneo commeatu omnia tempori opportuna disposuit. ipso igitur imperante coeperunt Romani audacter hostes intueri et virtutis memores esse ac strenuitatis rationem habere et adversis consistere, quandoquidem superioribus imperatoribus, qui proxime regnaverant, una excepta ostentatione et coacta multitudine, nulla in re fortes se ad pugnam praebuerant; ita ut perspicuum sit ducis ipsius esse ut plurimum prosperum rerum successum. cum vero inde non potuisset imperator Antiochiam reverti (confecta enim erat fame multaque vexatione), superatis saltibus et quibusdam locorum angustiis minime perviis ad urbem Ciliciae Alexandronam nomine se recipit, ibique vallum constituit, et montem Taurum transgressus cum omni exercitu in Romanorum regionem invadit. cumque conferti in loca frigida devenissent ex admodum tepidis et calidis, ingentem sensere mutationem, et iccirco homines plures interibant, et complura animantia frigore confecta sunt. cum vero egressus esset imperator ad quendam locum angustiarum Podandi, nomine Gytarium,

ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τήν τε τοῦ Ἀμοίρου λαφυραγωγίαν καὶ φόνον ἀνδρῶν ἀμύθητον. κατεσκηνηκυίας δὲ τῆς παρεμβολῆς ἐν τῷ τοῦ Χαλκέως σταθμῷ, ὁ ἐν Μελιτηνῇ κρατῶν τοῦ στρατοῦ οὐδ᾽ ὅλως αὐτῷ προσβαλεῖν ἠθέλησεν, ἔχων καὶ ταῦτα τὴν στρατιὰν ἐν τῷ τοῦ Τζαμανδοῦ συνηθροισμένην πολίσματι. ἐφ᾽ οἷς ἀνιαθείς, μὴ δυνηθεὶς δὲ βοηθῆσαι τῷ πράγματι, τὰ κατὰ τὸν
B στρατὸν ὡς ἐνῆν δεξιῶς διαθέμενος, εἰς παραχειμασίαν τὸ πλεῖον αὐτῶν ἀποστείλας αὐτὸς ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἵετο, πρὸς τῷ τέλει τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς καταλαβὼν ἐν αὐτῷ. διαγαγὼν τοίνυν ἐν αὐτῷ χρόνον, καὶ τὰς πολιτικὰς διοικήσεις ὡς δυνατὸν διοικησάμενος, καὶ τιμὰς καὶ δεξιώσεις εἴς τινας τῶν συγκλητικῶν ποιησάμενος, καὶ τὰς ἐτησίους δωρεὰς διανειμάμενος, καὶ οὐδὲ τὰς πασχαλίους ἡμέρας περιμείνας, εἰς τὸν ἀντίπεραν τῆς πόλεως οἶκον τῶν Ἠρίων ἀπέπλευσεν. ἐπισυνέβη γάρ τι καὶ ἕτερον πρὸς ἐκστρατείαν ἀναγκαίως καλοῦν αὐτόν. ἀνὴρ γάρ τις Λατῖνος, Κρισπῖνος τὴν κλῆσιν, ἐξ Ἰταλίας τῷ βασιλεῖ προσελθὼν πρὸς
C τὴν ἑῴαν ἀπεστάλη, χειμάσων ἐκεῖθεν. δόξας δὲ μὴ τιμηθῆναι ἀξίως ὧν ἤλπιζεν ἀποστασίαν ἐσκόπησε, καὶ αὐτίκα τοὺς συναντῶντας φορολόγους τε καὶ λοιποὺς σκυλεύει καὶ διαρπάζει, φόνον δὲ Ῥωμαίων οὐδένα εἰργάσατο. πολλοὶ δὲ τούτῳ πρὸς μάχην συστάντες ἡττήθησαν. ἐν δὲ τῷ θέματι τῶν Ἀρμενιακῶν παραχειμάζων ὁ βεστάρχης Σαμουὴλ ὁ Ἀλουϊσιανὸς ὁ Βούλγαρος, ἀδελφὸς ὢν τῆς τοῦ βασιλέως γυναικός, ἣν ἔτι ἰδιωτεύων ἠγάγετο, μετὰ τῶν ἑσπερίων πέντε ταγμάτων προσβάλλει τῷ Κρι-

audivit Amorium direptum hominumque infinitam caedem. positis autem castris ad Chalcei diversorium, qui in Melitene duxerat exercitum, nequaquam ad ipsum voluit accedere, praesertim cum in oppido Tzamando coactum haberet exercitum. quibus de causis dolore affectus, quod rebus succurrere et opitulari nequiret, quae ad exercitum pertinerent, recte compositis, quantum sibi licuit, et maxima parte in hiberna missa, ipse Byzantium contendit ad mensis Ianuarii finem. ubi quoddam tempus commoratus, cum civitatis statum pro viribus administrasset, honoribus ac muneribus senatores quosdam prosecutus, distributis annuis donis neque exspectatis paschalibus diebus ad Eriorum domum e regione urbis sitam navigavit. evenit enim nescio quid aliud, quod necessario ipsum ad profectionem cum exercitu provocavit. vir quidam Latinus, Crispinus nomine, ex Italia cum ad imperatorem accessisset, ad Orientis partes, ut ibi hiemaret, missus est. qui ratus se non eo honore affectum pro dignitate quem speraverat, ad rebellionem spectavit, statimque occurrentes sibi tributorum exactores et reliquos spoliat ac diripit; Romanorum vero neminem interfecit, multique cum ipso praelio congressi victi sunt. sed in Armeniorum regione hibernans bestarches Samuel Aluisianus Bulgarus, imperatoris uxoris frater, quam privatus adhuc degens duxerat, cum quinque Occidentis legionibus re-

σπίνῳ ἐξ ἐφόδου κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, τοῦ πάσχα φημί. συναισθήσεως δὲ γενομένης τοῖς Φράγγοις φεύγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φόνος τούτων γίνεται πολὺς καὶ ζωγρεία ἀμύθητος. ὅμως δὴ οὖν φιλανθρώπως αὐτοῖς διατεθεὶς πάντας D ἀφῆκε, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τοὺς πληγέντας νοσοκομεῖσθαι παρέδωκεν. ἐν τῷ Δορυλαίῳ δὲ γενόμενος ὁ βασιλεὺς πρεσβείαν τοῦ Κρισπίνου ἐδέξατο, ὁμολογίαν τε τῆς δουλώσεως καὶ τὴν ἀπολογίαν τῆς ἀντιστασίας φέρουσαν, καὶ ἁπλῶς ἀμνηστίαν κακῶν τῶν παρ᾽ αὐτοῦ πεπραγμένων εἴτε ἑκόντος εἴτε καὶ ἄκοντος. οἷς ὑπήκουσε καὶ ὁ βασιλεύς, καὶ πάντα ὅσα ἐξῃτήσατο κατεπράξατο, τὸ τοῦ ἀνδρὸς γενναῖον καὶ πρὸς τοὺς πολέμους περίδοξον καταιδούμενος· καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀποστασίας καιρῷ Τούρκων ἐντυχὼν πληθύϊ πολλῇ μεγάλας ἀνδραγαθίας ἐκ χειρὸς ἀπειργάσατο. καὶ P 830 προϊόντι τῷ βασιλεῖ δουλοπρεπῶς ἀπαντᾷ, καὶ αὖθις ὡς εὔνους συνείπετο, ὀλίγους τινὰς στρατιώτας ἐπαγόμενος· εἴασε γὰρ τοὺς ἄλλους ἐν τῷ τοῦ Μαυροκάστρου πολίσματι, οὗ τὴν κατάσχεσιν ἐποιήσατο ἐν τῷ Ἀρμενιακῷ, ἐπὶ λόφου κειμένῳ ὑψηλοῦ. μετ᾽ ὀλίγον δὲ ὑπονοηθεὶς ὠμόν τι διαπράξασθαι εἰς τὴν οἰκείαν φυλὴν μὴ συναιρομένην αὐτῷ ἐν τοῖς βουλομένοις (καὶ γὰρ καὶ ἄπιστον καὶ ἄπληστον τὸ γένος τῶν Φράγγων, μᾶλλον δὲ καὶ ἀχάριστον, καὶ πολλοῖς πταίσμασι μεγάλας αἰτίας ἐπεγεῖρον καὶ ταραχὰς καὶ ἀποστασίας, αἷς ἐντρυφήματι γάννυται) ἀπεπέμφθη τοῦ στρατο- B πέδου, μὴ καθαρῶς μὲν ἐλεγχθείς, ἀλλ᾽ ἢ μόνον παρὰ Νεμίτζου τινὸς ἐπισήμου κατηγορηθείς. οἱ δὲ ἑταῖροι τούτου ἐπὶ τῷ γεγο-

pente Crispinum invadit ipsa die resurrectionis, Pascha inquam. quod cum persensissent Franci, fugiunt Romani, ipsorumque fit multa caedes, ac vivi capiuntur numero infiniti. attamen omnes humane tractatos dimisit, immo vero vulneratos curari permisit. cum imperator ad Doryleum pervenisset, a Crispino legationem accepit, qua deditionem fatebatur, et de defectione se ipsum excusabat, et omnino malorum quae sive volens sive invitus perpetrasset oblivionem petebat. quibus postulatis annuit imperator, et omnia quae ille petierat perfecit, viri nobilitatem et in bello gloriam veritus: etenim defectionis tempore, cum incidisset in maximam Turcorum manum, ingentia manu sua facinora ediderat. et progredienti imperatori instar servi obviam fit. subitoque ut amicus ac benevolus sequebatur, paucis secum quibusdam militibus adductis: alios enim in oppido Maurocastri reliquerat, quod occuparat in Armenia, in alto colle positum. sed paulo post, cum in suspicionem venisset, nescio quid crudele in propriam tribum perpetraturus, quod suae voluntati non obsequeretur (etenim perfidum et inexplebile Francorum genus est, immo etiam ingratum, et multis offensionibus magna crimina exsuscitat et perturbationes ac seditiones, quibus tanquam deliciis oblectatur), exercitus imperio abdicatus fuit, non sincere convictus, sed tantum a quodam Nemizzo illustri accusatus. soda-

νότι δεινοπαθήσαντες, ἄραντες ἐκ τοῦ φρουρίου, τὴν Μεσοποταμίαν καταλαμβάνουσι καὶ πολλὰ κακὰ τοῖς ἐκεῖσε εἰργάσαντο. ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς μετὰ πλήθους ἧκεν εἰς Καισάρειαν, Τούρκων πλῆθος πολὺ μαθὼν τὴν χώραν λεηλατοῦν, ἀπέστειλε μέρος τι τῆς στρατιᾶς κατ' αὐτῶν. μηδὲν ἀνύσας, ἀλλὰ φεῦγον ὑποδεξάμενος, συντεταμένως τῆς πρόσω φορᾶς εἴχετο. μήπω δὲ μήτε C τάφρου μήτε σκηνώσεως γενομένης, ἐφάνησαν οἱ πολέμιοι τὰ ἐρυμνότατα τῶν τόπων κατέχοντες καὶ τὰς λοφιάς. βοῆς δὲ γενομένης, μὴ ἐκδεδωκότος τοῦ βασιλέως ἑαυτὸν ἀναπαύσει, ἀλλὰ τὸ ἐνυάλιον σαλπίσαντος, προήεσαν κατὰ τάξιν αἱ φάλαγγες. ἀρθεισῶν δὲ τῶν σημαιῶν προέκοψαν μὲν τῶν ἐναντίων πολλοί· προλαβόντων δὲ τῶν ταγμάτων, ἓν μὲν τῶν Λυκαόνων λεγόμενον, ἕτερον δὲ τῶν ἑσπερίων ἀριθμῶν, καὶ τοῦ συνήθους θρασύτερον κατὰ τῶν ἐναντίων ἐλάσαντα πρὸς φυγὴν εὐθὺς ἀπιδεῖν κατηνάγκασαν. προβιβάζοντος δὲ τοῦ βασιλέως τὴν λοιπὴν στρατιάν, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν πολεμίων τοῖς φεύγουσι συνδιέφυγε. παριόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ μισθοφορικοῦ τῶν Σκυθῶν, D τῶν Οὔζων φημί, λόχος Τουρκικὸς οὐκ ὀλίγος τοῖς Ῥωμαίοις προσέπεσεν· οὓς δεξάμενοι οἱ περιλειφθέντες εἰς φυλακὴν στρατιῶται, πρὸ πάντων δ' οἱ Φράγγοι, καὶ ἀγχεμάχως συμπλακέντες καὶ ἱκανῶς ἀνθαμιλληθέντες ἐτρέψαντο, μηδενὸς τῶν ἱσταμένων ταγμάτων Ῥωμαϊκῶν τοῖς Φράγγοις μέχρι καὶ ἁπλῆς ὁρμῆς παραβοηθήσαντος. ἐν τούτῳ δ' ὑπέστρεψε καὶ ὁ βασιλεὺς τῆς

5 μηδὲν δ'?

les vero ipsius iniquo animo id passi ex oppido profecti in Mesopotamiam se recipiunt, multaque damna ibi commorantibus intulere. ubi vero imperator cum exercitu ad Caesaream pervenit, cognovitque ingentem Turcorum manum regionem depraedari, quandam exercitus partem adversus ipsos misit; quam infecta re fugientem excipiens, continenti itinere ulterius progredi aggressus est. cum nondum neque vallum neque tabernaculum constructum esset, hostes apparuere, qui tutissima loca occupabant et tumulos. edito autem clamore cum imperator sese quieti minime dedidisset, verum classicum cecinisset, processere ordine phalanges, sublatisque signis processere adversariorum plures. sed cum legiones occupassent, una Lycaonum tunc appellata, altera occidentalium copiarum solito audacior, adversus hostes irruere, eos ad fugam statim spectare coegerunt. et cum imperator reliquum exercitum ante produceret, reliquam quoque hostium multitudinem cum aliis fugientibus simul fugere compulit. accedentibus autem militibus et Scytharum mercenariis, Uzis inquam, haud exigua Turcorum cohors in Romanos invasit; quos excipientes relicti ad custodiam milites, et ante omnes Franci, comminusque congressi et abunde praeliati fuderunt, nulla ex Romanis legionibus, quae ibi positae erant, Francis vel simplici impetu opem ferente. interea quoque a persequendo redierat im-

διώξεως πρὸς ἑσπέραν· περὶ δείλην γὰρ συνέστη ὁ πόλεμος. τῇ
δ' ἐπαύριον δημοσίᾳ καθίσας τοὺς ἑαλωκότας τῶν πολεμίων τῇ
τελευταίᾳ ψήφῳ παρέδωκε, μηδενὸς τὸ παράπαν φεισάμενος,
μηδ' αὐτοῦ τοῦ ἡγεμόνος αὐτῶν, εἰ καὶ πολλῶν λύτρων ὤνιον
ἑαυτὸν ποιήσασθαι ἐπηγγέλλετο. τριημερεύσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν P 831
τῇ παρεμβολῇ, τῷ προτερήματι τούτῳ κόρον λαβών, πολλοῖς
ἄδειαν δέδωκε τῶν ἐναντίων ἀποφυγῆς, ὡς μηδὲ τῆς λείας ἀπο-
σχέσθαι. καὶ ἀναστὰς ἐκεῖθεν κατόπιν αὐτῶν ἐβάδιζε. στρα-
τοπεδευσάμενος δὲ ὡς ἀπὸ διαστήματος ἡμερῶν δύο τῆς Μελιτη-
νῆς, ἐβουλεύετο μοῖράν τινα τοῦ στρατοῦ μερισάμενος ἀφεῖναι
τοῖς ἐναντίοις ἐπιτείχισμα, αὐτὸς δὲ ἅμα παντὶ τῷ στρατῷ ὑπο-
στρέψαι πρὸς τὰ βασίλεια. ἀγεννοῦς δὲ τῆς βουλῆς δοξάσης καὶ
ἀσυμφόρου μεταθέμενος εὐθὺ τοῦ Εὐφράτου ἐβάδισεν· ἦσαν γὰρ
παρὰ τὰς ὄχθας αὐτοῦ ἐσκηνωμένοι οἱ πολέμιοι, οἳ καὶ αὐτίκα
πυθόμενοι τὴν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτῶν κίνησιν ἀνεχώρησαν. B
ὁ δὲ βασιλεὺς εὐθὺ Ῥωμανοπόλεως ἐλαύνων, κἀκεῖθεν πρὸς τὸ
Χλέατ διαγενέσθαι βουλόμενος, ἔν τινι τόπῳ κατασκηνοῖ, καὶ τὸν
Φιλάρετον (ἦν δὲ τοῦ τῶν Βραχαμίων γένους) στρατηγὸν ἀνα-
δείκνυσι· διελὼν γὰρ διχῇ τὸν στρατὸν τὸ ἰσχυρότερον αὐτῷ ἐπι-
δίδωσιν, ἀνδρὶ στρατηγικὴν μὲν αὐχοῦντι περιωπήν, αἰσχροῦ δὲ
βίου καὶ ἐπιρρήτου τυγχάνοντι, καὶ αἰσχίστως τὴν ἑαυτοῦ βιοτὴν
διανύοντι, καὶ μαχεσαμένῳ μὲν τοῖς Τούρκοις διαφόρως, ἐν τοῖς
μεγίστοις δὲ καταπολεμηθέντι καὶ διὰ τοῦτο καταφρονηθέντι, οὐ
μὴν δ' ἀπεχομένῳ τούτου, ἀλλ' ἐπιτρέχοντι τῇ ἡγεμονίᾳ διὰ C

perator ad vesperam: nam crepusculo noctis conflatum fuerat praelium. postridie vero publice pro tribunali sedens captos hostes extrema sententia damnavit, nemini prorsus parcens, ac ne ipsi quidem ipsorum duci, tametsi multo pretio se redempturum pollicebatur. triduum vero in castris moratus imperator, hoc prospero successu satiatus, pluribus hostibus aufugiendi liberam praebuit occasionem, ita ut ne a praeda quidem sese abstinuerint. et inde profectus a tergo ipsorum incedebat, et bidui spatio a Melitene castris positis statuebat partem quandam exercitus divisam relinquere, ut esset hostibus propugnaculum. quod consilium cum minime generosum visum esset et inutile, mutata sententia recta ad Euphratem contendit. ad cuius ripas tabernacula hostes posuerant, qui statim audito imperatoris contra se motu recesserunt. imperator autem recta ad Romanopolim contendens, et inde ad Chleat proficisci studens, quodam in loco castra ponit; et Philaretum (erat hic genere Brachamius) ducem cum summa potestate declarat: diviso enim bifariam exercitu fortiorem ipsi partem attribuit, homini militarem prudentiam gloriose profitenti, sed turpis ac dissolutae vitae, turpissimeque vitam suam transigenti, quique cum Turcis varie pugnarat, sed in maximi momenti rebus debellatus fuerat; et ideo contemptui habebatur; non tamen ab iis se continebat, sed imperium militare ob

φιλοκερδείας καὶ φιλοξενίας ὑπόθεσιν. τῶν δὲ βορειοτέρων μερῶν ὁ βασιλεὺς ἐπελάβετο δι' εὕρεσιν χιόνος καὶ ὑδάτων ψυχρῶν· ἀκρατῶς γὰρ εἶχε τούτων, τὸ σῶμα κατὰ πολὺ διαθερμαινόμενος. διελθὼν δὲ διὰ τραχεινῶν καὶ δυσβάτων τόπων εἴς τινα τόπον λεγόμενον Ἀνθίας κατήντησε· ποηφόρος δὲ ὁ τόπος καὶ σιτοφόρος, καὶ ψυχαγωγία οὐ μικρὰ τοῖς ἐν τούτῳ καταίρουσι, καὶ οἷον ὀμφαλὸς ἐκείνης τῆς γῆς. ἐκεῖθεν δὲ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, τὸν ἐπιχωρίως καλούμενον Μούνζαρον, ὑπερβὰς εἰς τὴν Κελτζηνὴν λεγομένην χώραν κατήντησε, τὸ δεύτερον διαβὰς τὸν Εὐ-
D φράτην ποταμὸν παραρρέοντα καὶ διαιροῦντα τό τε ὄρος καὶ τὴν Κελτζηνὴν ὥσπερ μεθόριον. οἱ δὲ μετὰ τοῦ Φιλαρέτου καταλειφθέντες στρατιῶται, ἐξ ἐπιφανείας τῶν ἐναντίων πτοίας πλησθέντες καὶ τὰς ψυχὰς κατασεισθέντες, κατόπιν τοῦ βασιλέως ἐβάδιζον, τοὺς τόπους ἀφέντες ὧν τὴν φυλακὴν ἐπετράπησαν, ἕως εἰς τοὺς εἰρημένους Ἀνθίας κατήντησαν. κἀνταῦθα δὲ τῶν πολεμίων φανέντων ἐξ οὐραγίας αἰσχρῶς τὴν φυγὴν καὶ πρὸ τοῦ ἀγωνίσματος εἵλοντο, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὴν Κελτζηνὴν κατέλαβον ἐκ ποδός. τῆς δέ γε τούτων ἀποσκευῆς οἱ ἐναντίοι γεγόνασι κύριοι. ταῦθ' οὕτως ἀγγελθέντα πολὺν ἐνῆκε τῷ βασιλεῖ τὸν ἐναγώνιον θόρυβον, ἐπί τε τῇ τῶν οἰκείων ἥττῃ καὶ τῇ τῶν
P 832 ἐναντίων νίκῃ οὐ φορητῶς σκυθρωπάσαντι. καὶ εἰ μὴ ἡ τοῦ βασιλέως φήμη αὐτοὺς περιδεεῖς κατειργάζετο καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ποσῶς διεκώλυεν, οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον σύμπασαν αὐτοὺς τὴν γῆν

avaritiam et peregrinae militiae stipendia exspectabat. imperator vero ad partes magis Boreae subiectas accessit, ut ibi nives et aquam frigidam, a quibus, quod esset corpore admodum calidus, sibi temperare nequibat, inveniret. progressusque per aspera quaedam et difficilia loca ad locum quendam Anthias nomine pervenit, herbarum et tritici fertilitate praestantem, quique haud mediocrem suppeditaret ibi commorantibus oblectationem, quippe cum illius terrae umbilicus esset. inde Taurum montem, indigenarum lingua Munzarum appellatum, transgressus in regionem nomine Celzenem se contulit, iterum transmisso Euphrate fluvio praeterfluente ac dividente, tanquam confinio, montem ipsum et Celzenem. milites vero cum Philareto relicti ob adventum hostium terrore completi animoque perculsi pone imperatorem locis relictis sequebantur, quorum ipsis custodia fuerat commissa, quoad ad ea loca quae diximus Anthias vocari pervenerunt; ubi cum hostes quoque a tergo apparuissent, turpi se fugae vel ante certamen commisere, et ad imperatorem in Celzenem se e vestigio contulere. ipsorumque impedimentis potiti sunt adversarii. haec ita renuntiata admodum perturbarunt imperatorem, qui tum suorum cladem tum hostium victoriam haud aequo ferebat animo; quos nisi imperatoris ipsius fama terrore complesset ipsorumque impetum aliqua ex parte compressisset, nihil ob-

ἐκείνην καταληΐσασθαι καὶ ἐξολοθρεῦσαι. ὀπισθόρμητοι δὲ γενόμενοι εὐθὺ τοῦ θέματος τῶν Καππαδοκῶν κατὰ τὸ εἰθισμένον ἀκρατῶς ἤλαυνον, καταληϊζόμενοι μὲν τὸ προστυχὸν ἐξ ἐφόδου, ἐφορμῶντες δὲ πανστρατιᾷ κατὰ τῆς τοῦ Ἰκονίου πολιτείας· ἦν γὰρ πλήθει τε ἀνδρῶν καὶ οἰκιῶν καὶ τῶν ἄλλων χρηστῶν καὶ ζηλωτῶν διαφέρουσα. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν Κελτζηνῇ τοὺς ἀποφυγόντας σποράδην ὑποδεξάμενος, ὡς ἂν μὴ ὑπὸ τῶν Ἀρμενίων ἐξ ἐρημίας ἀπόλωνται, κατόπιν τῶν ἐναντίων ὑποστρέφων ἐγένετο. B
καὶ κρίσιν δὲ μεταξὺ τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καθίσας οὐδενὶ μέρει τὴν νικῶσαν ἀπέδοτο, διαγνωσθέντος τούτου μόνου ἀκριβῶς, ὅτι πλὴν τοῦ βασιλέως οὐδέν ἐστι τὸ συνιστῶν τοῖς Ῥωμαίοις τὸν πόλεμον διά τε τὸ προκατειργάσθαι τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἡγεμόνας ἐθέλειν καὶ ἐπὶ μικραῖς καὶ ταῖς τυχούσαις εὐτυχίαις ἑαυτοῖς καὶ συγγενέσι μνᾶσθαι τὰ μέγιστα τῶν ἀξιωμάτων καὶ φιλοτιμιῶν, δι' ἃ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπροθύμους εἶναι πρὸς τὸ γενναῖόν τι καὶ ἀνδρικὸν διαπράξασθαι· ὃ παρόντος τοῦ βασιλέως οὐκ ἂν ἔχοι χώραν γενέσθαι, αὐτοῦ δι' ἑαυτοῦ ἐπιστατοῦντος τοῖς γινομένοις, καὶ πάντα καθορῶντος ὁσημέραι, καὶ τοὺς πονοῦντας ἀναλόγως ἀμειβομένου τῶν καμά- C
των. ὁ δὲ βασιλεὺς διά τε Κολωνείας καὶ τῶν Ἀρμενιακῶν θεμάτων μέχρι Σεβαστείας σὺν τῷ στρατεύματι διελήλυθεν. ἐκεῖσε δὲ μαθὼν ὡς οἱ Τοῦρκοι ἐπὶ Πισιδίαν καὶ Λυκαονίαν ἐλαύνοντες ὡς εἰς σκοπὸν ἀποτείνουσι τὸ Ἰκόνιον, ὥρμησε καὶ αὐτὸς κατ' οὐρὰν αὐτῶν ἐλαύνειν μέχρι τῆς λεγομένης Ἡρακλέους κωμοπόλεως, ἐν

stitisset quominus universam terram illam depopulati funditus evertissent. recedentes igitur recta in regionem Cappadocum solito more vehementer contendebant, ex itinere in quaecunque inciderant praedantes, et cum omni exercitu in Iconii rem publicam invadentes, quae et virorum multitudine et domorum atque aliarum rerum, quae usui sunt, copia praestabat. imperator autem in Celzene, cum eos qui dissipati fugerant excepisset, ne ab Armeniis, quod deserti essent, perirent, pone hostes redibat. cumque iudicium inter ducem et milites constituisset, nulli parti litem adiudicavit, cum hoc solum exploratum haberet, excepto imperatore nihil esse aliud quod Romanis conflare bellum possit, quod maxima pars exercitus ante defatigata sit, et quod duces velint vel ob exiguos prosperos successus maximos sibi et suis honores et praemia spondere, tum etiam quod alii minus alacres ad strenua et virilia facinora patranda reddantur; quod quidem praesente imperatore fieri nequit, cum ipse rebus praesens omniaque quotidie conspiciens laborantes pro rata laborum parte remuneraretur. imperator autem per coloniam et Armeniorum regionem usque ad Sebastem cum exercitu profectus est; ubi cum cognovisset Turcos ad Pisidiam et Lycaoniam adventare eo consilio ut Iconium peterent, ipse quoque extremum agmen eorum insecutus usque ad Herculis Comopolim, ita dictam, pervenit.

ἢ καὶ μαθὼν ἤδη καταστρεψαμένους αὐτοὺς τὸ Ἰκόνιον ἀπᾶραι, δεδιότας τὴν αὐτοῦ ἐπιδίωξιν, ἀπόμοιραν μέν τινα τῶν ταγμάτων ἐπὶ Κιλικίαν ἐξέπεμψεν ἑνωθησομένην Κατατουρίῳ τῷ τῆς Ἀντιοχείας δουκί, ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ πολλὰ ἐπιδειξαμένῳ τὰ τῆς ἀρετῆς προτερήματα πρότερον, δεξαμένῳ τε εἰς Μόψου ἑστίαν ἀπαντῆ-
D σαι τὸ τάχος (ἐκεῖσε γὰρ προσεδοκῶντο οἱ Τοῦρκοι διελθεῖν) κἀκεῖ προσμένειν αὐτοὺς καὶ παντὶ τρόπῳ λυμήνασθαι. διελθόντες τοίνυν διὰ τῶν τῆς Σελευκείας ὀρέων εἰς τὴν τῆς Ταρσοῦ πεδιάδα κατηκοντίσθησαν, ἔνθα παρὰ τῶν Ἀρμενίων συγκυρηθέντες πᾶσαν σχεδὸν τὴν λείαν ἀπέβαλον. οἱ δὲ πολέμιοι μαθόντες τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐν Μόψου ἑστίᾳ παρεμβολήν, μηδὲ μικρὸν χρονίσαντες, διαναπαύσαντες δὲ ἑαυτοὺς ἐν τῇ Βαλτολιβάδι ὡς ἐνόν, ᾤχοντο διὰ τῆς νυκτός, ὑπερβάντες τε τὸ Σαρβαδικὸν ὄρος καὶ εἰς τὰ τοῦ Χάλεπ σὺν σπουδῇ ἐπελάσαντες ὅρια, καὶ τὸν κίν-
P 833 δυνον μόλις ὑπαλύξαντες. ἀνία δὲ κατέσχε τὸν βασιλέα ἀπρακτησάντων τῶν ἐν Μόψου ἑστίᾳ· καταστὰς γὰρ καὶ αὐτὸς εὐθὺ τῆς ἐν Σελευκείᾳ Κλαυδιουπόλεως, ἐπεὶ περὶ τῆς τούτων ἐμεμαθήκει φυγῆς, ἀπογνοὺς ὀπισθόρμητος γέγονεν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ἐπειγόμενος ὡς ἤδη λοιπὸν καὶ τοῦ μετοπώρου ἐπιστάντος, καταλιπὼν ἕτερον λαὸν ὄπισθεν διὰ τὸ καὶ ἑτέρους Τούρκους καταληΐζεσθαι τὴν Ῥωμαϊκὴν γῆν, κατὰ φατρίας καὶ μοίρας διαιρουμένους καὶ κατατρέχοντας λωποδυτῶν τρόπον καὶ κλεπτῶν, καὶ τὸ προστυχὸν ἅπαν ἀφανίζοντας καὶ ληΐζοντας. δι' ἃ καὶ δυσχερὴς ἦν ἡ τού-

13 τε] δὲ P

ubi cum didicisset ipsos everso Iconio proficisci, veritos ne se ille persequeretur, partem quandam legionum in Ciliciam misit, quae cum Caturio Antiochiae duce coniungeretur, viro generoso, quique virtutis prius multa documenta dederat, ut ea accepta primo quoque tempore ad Mopsuestiam occurreret, quo Turci adventuri existimabantur, ibique eos exspectans omnibus modis offenderet. praetereuntes igitur per Seleuciae montes ad Tarsi planitiem iaculis confecti sunt; ubi ab Armeniis comprehensi omnem fere praedam amisere. at hostes cognitis Romanorum castris ad Mopsuestiam ne parum quidem commorati, cum se ipsos in Baltolibade pro viribus refecissent, noctu abierunt, et superato Sarbadico monte ad fines Chalep summo studio vix evitato periculo concessere. molestia afficiebatur imperator, quod ii qui Mopsuestiae erant otiosi degerent. cumque recta Claudiopolim in Seleuciam profectus ibi de ipsorum fuga didicisset, desperatis rebus reversus est Byzantium, adhibita celeritate, quod iam autumnus appeteret, relicto altero exercitu, eo quod alii quoque Turci per tribus et curias divisi Romanorum terram excursionibus depopularentur latronum ac praedonum more, omniaque in quaecunque inciderent demolirentur; quibus de

των κώλυσις, πάσαις ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρευόντων, τῶν στρατευμά-
των αὐτῶν καθ' αὑτὰ μεμονωμένων, μὴ δυναμένων ἀντιστῆναι B
αὐτοῖς, τοῦ δὲ βασιλέως αὖθις μὴ οἵου τε ὄντος μερίζεσθαι,
ἀλλ' ἐνὶ παρόντος τόπῳ. εἰσιόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλίδα,
ἐπ' οἴκου καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα γέγονεν, ἰνδικτιῶνος ὀγδόης
ἐνισταμένης τοῦ ͵ςφοη' ἔτους, ὅτε καὶ τὸ μέγιστον ἱερὸν ἐπυρπο-
λήθη τῶν Βλαχερνῶν ἕως ἐδάφους. ἐπεὶ δὲ τὸ ἔαρ ὑποφαίνεσθαι
ἤρξατο, ἐσκέψατο παρεῖναι τῇ βασιλίδι ὁ βασιλεύς. προκρίνας
δὲ Μανουὴλ πρωτοπρόεδρον τὸν Κομνηνόν, καὶ τοῦτον τιμήσας
τῷ τοῦ κουροπαλάτου ἀξιώματι, στρατηγὸν καὶ ἀρχηγὸν τοῦ
στρατεύματος ἀποδείκνυσι. τὸ δ' ἐντεῦθεν τὰ προσάντη καὶ
δυσχερῆ καὶ λυπηρὰ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων προσεκύρησεν. ἐξιὼν
οὖν ὁ προβεβλημένος εἰς τοῦτο, εἰ καὶ νέος τὴν ἡλικίαν ἐτύγχανεν, C
ἀλλά γε πεπλανημένον οὐδὲν ἢ μειρακιῶδες ἐνεργῶν κατεφαίνετο,
πολὺν δὲ τῶν εἰκότων λόγον ποιούμενος· τὰς γὰρ δυνάμεις συνη-
θροικὼς πασίρρωμος τῇ Καισαρείᾳ ἐπεδήμησεν, οὐ τῆς εὐνομίας
μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦ στρατοῦ φροντίζων προσηκόντως, καὶ τοὺς
ἀδικοῦντας τῶν στρατιωτῶν ἐκτίσεων προστίμοις κατάγχων. πο-
λέμοις δέ τισιν ἐντυχὼν νικητὴς κατεφάνη, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ
εὐδοξίαν ἤδη πλατύνειν διηγωνίζετο. πυνθανόμενος δὲ ταυτὶ ὁ
κρατῶν εὐθυμεῖν μὲν ἐῴκει, κρύψας ἐν ἑαυτῷ τὸν φθόνον· ὅμως D
δ' οὖν ἵνα τὴν τῆς Ἱεραπόλεως τάχα λύσῃ πολιορκίαν καὶ τὴν
σιτοδείαν παραμυθήσηται, μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην ἀποτεμόμενος

causis difficulter prohiberi poterant, si quidem omnibus viis insidiabantur, et exercitus ipsorum per se soli relicti non poterant resistere. imperatoris vero exercitus dividi nequibat, sed uni loco tantum intererat. cum vero regiam urbem ipse ingressus esset, reliquus quoque exercitus domum se recepit, indictione octava, anno 6578, quando etiam maximum Blachernarum templum incensum est usque ad solum. ubi vero ver appetiit, decrevit imperator ad regiam urbem accedere, delectumque Manuelem primum praefectum Comnenum, et eo honore decoratum ut curopalates esset, ducem et principem totius exercitus declarat. quae deinceps consequuntur, molesta ac difficilia et laboriosa Romanorum imperio accidere. egressus igitur is qui ad hoc munus delectus fuerat, etiamsi aetate iuvenis esset, attamen nullum facinus in quo erraverit aut quod iuvenili aetati condonaretur patravit, immo multa habita eorum quae decerent ratione coactis copiis totis viribus ad Caesaream profectus est, non aequitatem tantum sed etiam populum curans decenter, et peccantes milites debitis afficiens poenis; cumque in quaedam praelia incidisset, victor evasit. iamque suam gloriam dilatare contendebat. quae cum audiret imperator, laetari quidem videbatur, sed invidiam dissimulabat. attamen ut Hierapolis obsidionem cito solveret et commeatus inopiae succurreret, non minimam exercitus partem

τοῦ στρατοῦ κατὰ Συρίαν ἀπελθεῖν διωρίσατο, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἐκ τούτων ἰσχύος τὸν στρατηγὸν διεστέρησεν. εἰς δὲ Σεβάστειαν παραγενομένου μετὰ τῶν ὑπολελειμμένων δυνάμεων καὶ περὶ τὸ ἄστυ στρατοπεδεύσαντος, ἐπῆλθέ τις πληθὺς Τουρκική. ἐξῄει γοῦν κατ' αὐτῶν ὁ κουροπαλάτης. φαντασίαν δὲ φυγῆς παρεσχημένων τῶν πολεμίων ἐκ συνθήματος, ἐπεὶ διασκεδασθέντες οἱ Ῥωμαῖοι ἐδίωκον, ἐπιστροφὴν αἰφνίδιον ποιησάμενοι παλίντροπον τὴν νίκην εἰργάσαντο· διὸ καὶ πολλοὶ μὲν ἑάλω-
P 834 σαν, πλείους δὲ καὶ μαχαίρας ἔργον γεγόνασι. συναλίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ὁ κουροπαλάτης, καὶ τῆς παρεμβολῆς ἁπάσης παράστασις καὶ ἁρπαγὴ καὶ διασκύλευσις γέγονε. καὶ εἰ μὴ τὸ ἄστυ πλησίον ὂν τοὺς πλείους διέσωσεν, ἐκινδύνευσεν ἂν πανστρατιᾷ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἡλικία, ὅση πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐκστρατείαν συνέδραμε. τῆς φήμης δὲ καταλαβούσης τὸν βασιλέα πολλή τις ἀνία κατέσχεν αὐτόν. μήπω δὲ σχεδὸν ταύτης ἠκουσμένης ἑτέρα ἐπῆλθεν ὀξυτέρα καὶ τομωτέρα φήμη πολλῷ, τοὺς Τούρκους ἀπαγγέλλουσα τὴν ἐν Χώναις πολιτείαν καὶ αὐτὸν τὸν περιβόητον ἐν θαύμασι καὶ ἀναθήμασι τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν
B καταλαβεῖν ἐν μαχαίρᾳ, καὶ φόνου μὲν ἅπαντα τὰ ἐκεῖσε πληρῶσαι καὶ λύθρου, πολλὰς δὲ ὕβρεις τῷ ἱερῷ ἐμπαροινισθῆναι, ἱππῶνα τὸν πάνσεπτον ἐργασαμένους ναόν, καὶ τὸ δὴ σχετλιώτερον, μηδὲ τὰς τοῦ χάσματος σήραγγας, ἐν ᾧπερ οἱ παραρρέοντες ποταμοὶ ἐκεῖσε χωνευόμενοι διὰ τῆς τοῦ ἀρχιστρατήγου παλαιᾶς ἐπιδημίας καὶ θεοσημίας ὡς διὰ πρανοῦς ἀστατοῦν τὸ ῥεῦμα καὶ

in Syriam iussit abire. hac ratione ducem ea potentia quae inde proficiscebatur defraudavit; qui cum profectus esset cum relictis sibi copiis et ad urbem castra locasset, quaedam Turcorum manus, adversus quos egressus fuerat curopalates, accessit, cumque fugae ex composito speciem praebuissent hostes, ubi dissipati Romani eos persequebantur, repente conversi sibi victoriam compararunt, et iccirco multis captis plures quoque gladio confecti sunt. et cum aliis captus est et curopalates, et castra omnia expugnata capta ac direpta. ac nisi propinqua urbs plures servasset, funditus interiisset omnis Romana aetas, quae ad hoc bellum concurrerat. haec fama cum pervenisset ad imperatorem, ingenti eum dolore affecit; qua vix audita, altera quoque velocior et multo magis penetrans perlata est, quae nuntiaret Turcos rem publicam Chonensem et ipsum celeberrimum inter miracula et dona principis militiae templum armis occupasse, atque omnia illic caede et cruore completa, multasque contumelias a debacchantibus templo illatas, ipsumque maxime venerandum templum equorum stabulum effectum, et quod indignissimum erat, neque hiatus cloacas, ubi praeterfluentes fluvii eo derivati per principis exercitus antiquum adventum et divinum miraculum, tanquam per praeceps fluxum habent eiusmodi qui consistere ne-

λίαν εὐδρομοῦν ἔχουσι, τοὺς καταπεφευγότας διατηρῆσαι καὶ ὑπαλύξαι τὸν κίνδυνον ἰσχῦσαι, ἀλλ' ὅπερ οὐ γέγονέ ποτε, πλημμυρῆσαι τὸ ὕδωρ καὶ οἷον ἀναρροιβδῆσαι καὶ ἀνερρίξασθαι καὶ πάντας ἄρδην τοὺς καταπεφευγότας κατακλύσαι καὶ διὰ ξηρᾶς ὑποβρυχίους ποιήσασθαι. ταῦτα τοιγαροῦν ἐπιδιηγηθέντα πολλὴν C ἐνῆκαν τὴν ἀθυμίαν ἡμῖν, λογιζομένοις θεοσημίαν εἶναι τὸ γεγονὸς καὶ μῆνιν καὶ χόλον θεοῦ, ὡς μὴ μόνον τῶν πολεμίων ἀλλὰ τῶν στοιχείων ἀντιμαχομένων ἡμῖν. πρότερον γὰρ ἡ τοσαύτη τῶν ἐθνῶν ὁρμὴ καὶ ἔπαρσις καὶ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους τελούντων κατακοπὴ ὀργὴ μὲν τοῦ θεοῦ, κατὰ τῶν αἱρετικῶν δέ, οἳ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Μεσοποταμίαν μέχρι Λυκανδοῦ καὶ Μελιτηνῆς καὶ τὴν παρακειμένην οἰκοῦσιν Ἀρμενίαν, καὶ οἳ τὴν Ἰουδαϊκὴν τοῦ Νεστορίου καὶ τῶν Ἀκεφάλων θρησκεύουσιν αἵρεσιν· καὶ γὰρ πλήθουσιν αἵδε αἱ χῶραι τῆς τοιαύτης κακοδοξίας. ἐπὰν δὲ καὶ τῶν ὀρθοδόξων ἥψατο τὸ δεινόν, ἐν ἀμηχάνοις ἦσαν πάντες οἱ τὰ Ῥωμαίων θρησκεύοντες, πεπληρῶσθαι καὶ τὸ αὐτῶν μέτρον D οἷα καὶ τὸ τῶν Ἀμορραίων λογιζόμενοι, καὶ πιστεύοντες τηνικαῦτα ὡς ἄρα οὐ μόνον πίστις ἀπαιτεῖται ὀρθὴ ἀλλὰ καὶ βίος τῇ πίστει ἀνθιστάμενος. διὸ καὶ ἀμφότεροι, ὅ τε περὶ τὴν πίστιν σφαλλόμενος δηλαδὴ καὶ ὁ περὶ τὸν βίον ὑποσκάζων καὶ χωλεύων, ἐν ἴσῃ τιμωρίᾳ καθίστανται· ὁ γὰρ ποιήσας καὶ διδάξας ἐπαινεῖται καὶ μακαρίζεται. ταῦτα ἐνωτισάμενος ὁ βασιλεὺς προθυμίαν μὲν εἶχεν ὥστε αὐτίκα ἐξορμῆσαι καὶ τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ βοηθῆσαι,

quit, quique admodum celeriter currit, non potuisse eos qui illuc confugerant servare evitato periculo: immo, quod nunquam ante acciderat, ita abundasse aquam, et veluti absorptis fluminibus omnes penitus qui eo confugerant diluvio et inundatione oppressisse et sub terra demersisse. haec igitur ad alia nuntiata ingentem nobis animi dolorem et cruciatum attulere, reputantibus quod acciderat esse divinum portentum et iram atque indignationem dei, cum non hostes modo sed ipsa quoque elementa nobis repugnarent. prius enim tot nationum concursus et concitatio, et eorum qui sub Romanis degebant defectio, ira divina quidem evenere, sed contra haereticos, qui Iberiam et Mesopotamiam usque ad Licandum et Melitenem et finitimam incolunt Armeniam, Iudaicamque Nestorii et Acephalorum colunt haeresim. etenim plenae sunt hae regiones huiuscemodi pravae opinionis. sed ubi orthodoxos quoque invasit calamitas, omnes qui Romanorum cultui addicti essent quo se verterent nesciebant, reputantes et ipsorum mensuram perinde atque olim Amorraeorum impletam esse, et tunc credentes non tantum rectam fidem requiri sed et vitam fidei respondentem; quare utrique, et in fide videlicet errantes et in vita offendentes atque claudicantes, pari supplicio affecti sunt; qui enim fecit et docuit, hic beatus censetur. his auditis imperator summo studio et animi alacritate quamprimum egredi et

ἀπείργετο δὲ τοῖς τε συμβούλοις καὶ τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ πλήθους τῶν ἐναντίων. ἦσαν δὲ ὅ τε Παλαιολόγος Νικηφόρος ὁ ὑπέρτιμος, P 835 καὶ τῶν φιλοσόφων ὕπατος Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλός, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ Καῖσαρ ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος σύναιμος· οἳ ὅσον μὲν ἐπ' αὐτοῖς, οὐδὲ ζῆν ἠροῦντο αὐτόν (βαρὺς γὰρ ἦν αὐτοῖς καὶ βλεπόμενος λίαν αὐτῷ ἀπεχθανομένοις ὡς ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ θυμοειδεῖ, καὶ τοὺς ἐφέδρους τῆς βασιλείας ἔχοντι, τοὺς παῖδάς φημι τοῦ Δουκός), ὅμως δ' οὖν ἐκ τοῦ προφανοῦς ᾐδοῦντο συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ ἀσύμφορα. μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἦλθε καὶ ὁ κουροπαλάτης Μανουήλ, ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ τὸν κατασχόντα αὐτὸν Τοῦρκον οὐκ ἄκοντα, ἀλλ' ἑκόντα τὴν ὑπὸ τὸν βασιλέα δουλείαν αἱρετισάμενον. δυσμενῶς δ' ἔχοντος τοῦ σουλτάνου πρὸς αὐτὸν διά τινα συμβάντα αἰτιάματα, στρατιὰν κατ' B αὐτοῦ μετά τινος στρατάρχου ἐξαπέστειλε, παντὶ τρόπῳ ἑλεῖν αὐτὸν μηχανώμενος, οὗ τῷ φόβῳ κατασεισθεὶς τῷ βασιλεῖ καταπέφευγε, καὶ πρόεδρος παραυτίκα τετίμηται. ἦν δὲ τὸ μὲν φαινόμενον νέος, πυγμαῖος δὲ σχεδὸν τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν ὄψιν Σκύθης καὶ ἄχαρις. διεῖπε δὲ αὐτὸν ὁ βασιλεύς, συμβαλέσθαι αὐτῷ κατὰ τῶν Τούρκων ἐλπίζων, καὶ τῇ προκειμένῃ στρατιᾷ. κατάλογον δὲ τῶν στρατιωτῶν ποιησάμενος, ἄρτι τοῦ ἔαρος ὑπανοίγοντος διαπεραιωθεὶς εἰς τὰ τῶν Ἡρίων παλάτια κατάγεται περὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ὀρθοδοξίας, τῇ πρὸ αὐτῆς ἡμέρᾳ τὴν ἐτησίαν χώραν τῷ τε στρατῷ καὶ τῇ συγκλήτῳ διανειμάμενος, οὐ

23 ἴσ. δωρεὰν aut ῥόγαν margo P

suae regioni opem ferre cupiebat. sed a consiliariis et ignoratione multitudinis hostium prohibebatur. hi erant Nicephorus Palaeologus, vir honestissimo loco natus, et philosophorum princeps Constantinus Psellus, atque in primis Caesar illius qui antea imperaverat cognatus, qui quantum in ipsis erat, ne vivere quidem eum cupiebant, quod sibi gravis esset, et valde eum oderant ut virum generosum ac fortem, quique regni adsessores haberet ducis filios; attamen aperte verebantur ipsi inutilia consulere. aliquot post diebus venit item Manuel curopalates, secum adducens Turcum illum a quo detentus fuerat, non invitum, sed sponte se in servitutem imperatoris dedicantem. nam cum Sultanus erga ipsum inimico animo esset ob quasdam causas, exercitum adversus eum cum quodam duce miserat, id moliens ut eum quovis modo caperet; cuius metu ille commotus ad imperatorem confugit. statimque eo honore affectus est ut praeses esset. erat autem specie iuvenis, statura vero fere pygmaeus et facie Scytha et ingratus. deligit autem ipsum imperator, sperans fore ut cum Turcis et adversario exercitu ille pugnaret. habitoque delectu militum, appetente vere traiiciens exercitum ad Eriorum palatia perducitur ipsa die orthodoxiae, cum pridie exercitui et senatui largitionem annuam fecisset, non eam totam auro, sed

διὰ χρυσίου πᾶσαν, ἀλλὰ τὸ ἐνδέον σηρικοῖς ὑφάσμασιν ἀναπλη- C
ρωσάμενος. διαπεραιουμένου δ' αὐτοῦ περιστερά τις οὐ πάνυ
λευκή, πρὸς τὸ μέλαν δὲ πλεῖστον αὐτῆς ὑποφαίνουσα, ποθὲν
ἱπταμένη τὴν φέρουσαν τὸν βασιλέα τριήρη περιεποτᾶτο, ἕως εἰς
αὐτὸν ἐκεῖνον καθεσθεῖσα χερσὶ ταῖς αὐτοῦ προσερρύη. κἀκεῖνος
ταύτην τῇ βασιλίδι ἀνέπεμψεν ἐν τοῖς ἀνακτόροις παρὰ τὸ εἰωθὸς
ἀπομεινάσῃ διά τινας θρύψεις γυναικείας καὶ ἀκκισμούς. ἔδοξεν
οὖν ἡ περιστερὰ σύμβολον οὐ χρηστῆς ἀποβάσεως αὐτῷ τε τῷ
λαβόντι καὶ πρὸς ἣν ἔσταλτο. ἀλλ' ἐκείνη περιττῶς σχοῦσα τῆς
θρύψεως, μεταμεληθεῖσα πρὸς τὸν βασιλέα ἀφίκετο, τὸν συν-
τακτήριον ἀποδώσουσα καὶ αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐκστρατείαν προπέμ-
ψουσα. ἐκεῖθεν οὖν ἀπάρας ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐν Νεακώμου οὐδὲ D
ἐν ὑπατίας χωρίοις τισὶ βασιλικοῖς προσωρμίσατο, ἀλλ' ἐν Ἑλε-
νουπόλει, ἣν οἱ ἐγχώριοι ἀγροικικώτερον κικλήσκουσιν Ἐλεεινού-
πολιν· ὃ καὶ αὐτὸ οἰωνὸς οὐ χρηστὸς ἔδοξε. συνέβη δὲ καί τι
ἕτερον· τὸ γὰρ συνέχον τὴν βασιλικὴν σκηνὴν μέγιστον ξύλον
κατεαγὲν πεσεῖν αὐτὴν αἰφνηδὸν παρεσκεύασεν. ὅμως δ' οὖν
οὐδὲ πρὸς ἓν τούτων ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀβελτηρία καὶ ὡς οἷον εἰ-
πεῖν καχεξία καὶ τὸ ἐν τῇ δοκούσῃ πίστει ἄπιστον καὶ ἀσύμβλητον
διαβλέψαι ἠθέλησε, τοῦ χρεὼν ἐμποδίζοντος πανταχοῦ, καὶ μηδ'
αὐτῷ παρεχομένου συναίσθησιν πρὸς ὃν ἀποσκήπτειν ἔμελλον.
προῄει τοίνυν ὁ βασιλεύς, καὶ τῆς ἑῴας προσωτέρω προήρχετο, P 836
ἕως τῇ τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχίᾳ προσέβαλε, φειδωλίᾳ παρὰ τὸ

quod deesset, sericis velis supplevit. cum vero ipse traiiceret, columba quaedam non admodum alba sed maxima ex parte nigra alicunde volans, circum triremem quae vehebat imperatorem, volitabat quoad ad ipsum illum deveniens in eius manus defluxit; quam ille imperatrici misit in palatium praeter morem commoranti ob quasdam muliebres delicias et simulationes. et visa est igitur columba symbolum haud boni eventus tum ipsi qui ceperat, tum illi ad quam missa fuit. verum Augusta cum praeter modum se deliciis satiasset, tandem poenitentia ducta ad imperatorem venit, ut precibus adhibitis eum ad exercitum educendum praemitteret. illinc igitur profectus imperator non Neocomi neque in locis quibusdam regiis classem in statione habuit, sed Elenopoli, quam indigenae rustice Eleinopolim appellant, quod ipsum quoque augurium haud optimum visum est. accidit etiam nescio quid aliud: nam maxima navis, quae continebat regium tabernaculum, confracta statim illud corruere fecit. verumtamen ne ad unum quidem horum hominum stultitia et, ut ita dixerim, depravatio animi et importuna atque inutilis non credendi pertinacia respicere voluit, fato impediente et ei sensum omnem auferente in quem ea omnia deventura erant. progressus est igitur imperator, et ulterius in Orientis regionem procedebat, quoad in praefecturam Orientis pervenit, in omnes, praeter id quod par erat,

εἰκὸς πρὸς πάντας συνεχόμενος. συνεὶς δέ, ὡς ἔοικε, τὸ συνεχὲς τῶν προγεγονότων σημείων εἰς αὐτὸν ἀποσκῆψον, οὐκ ἐν σκηνῇ οὐδὲ ἐν πεδίοις ἀλλ' ἐν γηλόφοις καὶ δωματίοις ἐποιεῖτο τὴν κατασκήνωσιν. ἔνθα δή τι καὶ συνέβη οὐκ ἔλαττον εἰς κακοδαιμονίας οἰώνισμα· πῦρ γάρ ποθεν ἐνεχθὲν τοὺς δόμους ἐν οἷς ὁ βασιλεὺς ἐσκήνωτο κατενεμήσατο, ἐν οἷς συγκατεκαύθησαν ἵπποι τε καὶ ἐφεστρίδες βασιλικαὶ καὶ χαλινὰ τῶν ἄλλων πολὺ διαφέροντα, B καὶ τοῦ πυρὸς διόλου γεγόνασι παρανάλωμα. οἱ δ' ἵπποι ἡμίφλεκτοι καθορώμενοι τῷ στρατοπέδῳ ἐλεεινὸν διεφαίνοντο θέαμα. τὸν δὲ Σαγγάριον διαπεραιωθείς, παρ' ᾧ ταῦτα γέγονε, διὰ τῆς Ζόμπου λεγομένης γεφύρας τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀθροίζειν ἤρξατο, σκεδασθείσας διὰ τὴν τῶν βαρβάρων ἐπίθεσιν. καταλέξας δ' οὖν ἐκ τούτων ὅσον ἠβούλετο, τὸ λοιπὸν ἀπεπέμψατο στρατιωτῶν τε καὶ λοχαγῶν, τοὺς μέν, τοὺς στρατιώτας, ὡς προκατειργασμένους ταῖς προβεβηκυίαις ἥτταις, τοὺς δὲ λοχαγοὺς αὐτὸς δειλιῶν ἀπάγεσθαι σὺν αὐτῷ ὡς τῷ μέρει τῶν ἐφέδρων C προσανέχοντας. εἴθε μὲν οὖν αὐτὸ εἰς πάντας ἐπέπρακτο, καὶ εἰ μὴ δυνατὸν ἦν τὸν θεῖον ὅρον παρελθεῖν καὶ τὸ κεκραμένον ποτήριον ἐκφυγεῖν· τέως δ' οὖν ἀσφαλῶς πράξας ἐφάνη ἄν. τὸν Βοτανειάτην δὲ Νικηφόρον καὶ τοιούτους τινὰς ὡς ὑπόπτους διωσάμενος, τοὺς δόλου καὶ κακοηθείας μεστοὺς συνεπήγετο, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. αὐτὸς δὲ οὕτως ἰὼν τῶν καταληψόντων αὐτὸν κακῶν ἀνεπαίσθητος, ἐπεραιώθη τὸν Ἅλυν λεγόμενον πο-

mire parcus. intelligensque, ut verisimile est, crebra illa praemonstrata signa ad se pertinere, non in tabernaculo neque in planis locis, sed in tumulis et domunculis habitabat, ubi etiam aliud quoddam non minus infortunium portendens accidit prodigium. ignis enim nescio unde delatus domos in quibus commorabatur imperator incendit; ubi combusti fuere equi et regiae vestes equorum, et fraena aliis longe praestantia prorsus ab igne consumpta sunt. equi vero semicombusti ab exercitu conspecti miserandum spectaculum praebuere. cum vero Sangarium, ubi haec accidere, per pontem qui Zompi dicitur transiisset, suas copias in unum cogere coepit, ob barbarorum irruptionem dissipatas. cum igitur ex iis quantum voluit coëgisset, reliquos milites ac duces manipulorum dimisit, milites quidem ut superioribus cladibus confectos, manipulorum vero ductores secum adducere veritus ut parti insidiatorum adhaerentes. utinamque idem in omnes fecisset, et si divinus terminus transiri non poterat, et commistum poculum evitari. nam ita suae incolumitati consulere visus fuisset. verum Nicephoro Botaniata et huiuscemodi quibusdam viris eiectis, eos qui omnibus dolis et pravis moribus instructi essent secum adducere festinabat, ut insequens declarabit oratio. ipse autem sic pergens, neque imminentia sibi mala praesentiens, Halym fluvium transiit, quamvis commoratus in quodam op-

ταμόν, εἰ καὶ αὐτὸς ὑπομείνας εἴς τι νεοπαγὲς φρούριον, πρὸς αὐτοῦ τὴν οἰκοδομίαν λαχόν, ἐσκηνώσατο. μετὰ ταῦτα δὲ περαιωθεὶς τὴν διαίρεσιν εἰς οἰκείας κτήσεις συνδιεγράψατο. τὴν δὲ Και- D σάρειαν παρελθὼν εἰς τὴν λεγομένην κατήντησε Κρύαν πηγήν· ἦν γὰρ ὁ τόπος πρὸς ὑποδοχὴν στρατοῦ εὔθετος, πᾶσι βρίθων τοῖς χρησίμοις, ἀστυκώμαις καὶ ἀγροπόλεσι, διὰ τῆς συμμιγοῦς πορι-μότητος γνωριζόμενος. κειρομένης δὲ τῆς χώρας καὶ ἐρημουμένης παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἀπηνέστερον προσηνέχθη τισὶ τῶν ἐκ τοῦ τάγματος τῶν Νεμίτζων. ἀλλ' οἵ γε δηχθέντες ἀποστατοῦσι. γνωσθέντος δὲ τούτου, ἵππου ἐπιβὰς ὁ βασιλεὺς καὶ στρατιωτικὸν συγκαλεσάμενος τοὺς ἰδιοξένους κατέπληξε καὶ αὖθις ὑποσπόνδους καὶ μὴ βουλομένους κατέστησεν, ἐν τούτοις μόνοις τὸ πρόστιμον ὁρίσας, ἐν τῷ ἐσχάτους τετάχθαι ἀντὶ τῆς πρώτης ἐγγύτητος καὶ σωματοφυλακίας. ἐκεῖθεν χωρεῖ εἰς Σεβάστειαν, τὴν Ἰβηρίαν P 837 καταλαβεῖν ἐπειγόμενος, ὅτε καὶ τῶν σὺν τῷ κουροπαλάτῃ Μανουὴλ τῷ Κομνηνῷ πεσόντων θεατὴς τῶν πτωμάτων ἐγένετο. κἀκεῖθεν σχολῇ καὶ βάδην ἰὼν καταλαμβάνει τὴν Θεοδοσιούπολιν, πρῴην μὲν ἀμεληθεῖσαν, ἐξ ὅτου δὲ ἐπολιορκήθη τὸ Ἄρτζε, ἀνοικοδομηθεῖσαν καὶ κατοχυρωθεῖσαν, ἐντεῦθεν διμήνου τροφὴν ἑκάστῳ φέρειν ἐπικηρυκευσάμενος ὡς δι' ἀοικήτου καὶ ἠρημωμένης χώρας βαδίζειν μέλλουσι. πάντων δὲ τὸ προσταγὲν ποιησαμένων, τὸ μισθοφορικὸν τῶν Οὔζων καὶ τοὺς Φράγγους σὺν Ῥουσελίῳ ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ πολεμικῷ διαφίησι κατὰ τοῦ Χλίατ εἰς προνο-

pido nuper constructo, cuius aedificia ab ipso curata sunt, ibi tabernaculum posuit. deinde cum traiecisset, divisionem propriarum possessionum descripsit, et Caesaream praetergressus ad fontem nomine Cryam pervenit, qui quidem locus ad excipiendum exercitum idoneus erat, omnibus abundans quae usui essent, oppidanis et paganis, quia frequenter eo ventitabant, notus. cum autem vexaretur regio et a militibus desolaretur, infestiorem se praebuit quibusdam ex legione Nemitzorum, qui reprehensi et laesi rebellant. hac re cognita cum equum conscendisset imperator et milites convocasset, proprios hospites deterruit rursusque impositis condicionibus vel invitos sibi subegit, hanc unam poenam definiens, ut in extrema parte exercitus ponerentur, qui erant in prima et proximi corporis custodes. illinc ad Sebastiam proficiscitur, contendens in Iberiam pervenire, ubi etiam eorum qui cum Manuele Curopalate Comneno ceciderant spectator fuit. et inde sensim ac paulatim progressus ad Theodosiopolim se confert, ante quidem neglectam, sed ex quo expugnatum fuit Artze, instauratam et communitam. inde iussit singulos duorum mensium cibaria secum ferre, tanquam per incultam et solitariam regionem iter habituros. cum omnes imperata fecissent, mercenarios Uzos et Francos cum Ruselio, viro forti ac bellicoso, ad Chliat praedatum misit, quod prius etiam fecerat. ille a tergo

B μήν. τοῦτο δὲ καὶ πρότερον ἐποιήσατο. ἐκεῖνος δὲ κατόπιν ἐλαύνων εἰς τὸ Ματζικιὲρτ παρεγένετο, πόλιν Ῥωμαϊκὴν μέν, χειρωθεῖσαν δὲ τῷ σουλτάνῳ πρὸ τοῦ καὶ Τούρκους ἐγκαθημένους ἔχουσαν. καταφρονήσας δὲ τούτων ὡς ὀλιγοστῶν, ἑτέραν μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην ἀποτεμόμενος τοῦ στρατοῦ Ἰωσὴφ μαγίστρῳ τῷ Ταρχανειώτῃ παραδίδωσι, προσεπιδοὺς καὶ στῖφος πεζῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον, μᾶλλον δὲ τῶν ἱπποτῶν τὸ ἔκκριτόν τε καὶ μαχιμώτατον κἂν τοῖς πολεμίοις προκινδυνεῦον ἀεὶ καὶ προμαχόμενον. ἄρας δὲ ὁ Ταρχανειώτης ἄπεισιν εἰς τὸ Χλίατ, βοηθήσων τοῖς
C Οὔζοις καὶ τοῖς Φράγγοις καὶ παντὶ τῷ μισθοφορικῷ· ἠκηκόει γὰρ ὁ βασιλεὺς πλῆθος μυρίανδρον κατ᾽ αὐτῶν φέρεσθαι. διεῖλε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν στρατόν, ἐλπίζων αὐτὸς ταχὺ τὸ Ματζικιὲρτ παραστήσεσθαι, ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ ἐπιδημῆσαι τοῖς ἐν τῷ Χλιάτ, εἰ δέ τις ἀνάγκη κατεπείξει, ταχέως αὐτοὺς παρακαλέσασθαι, πλησίον ἐσκηνωμένων τῶν στρατευμάτων· ἤκουε γὰρ τὸν σουλτάνον ἐπείγεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ. καί γε ἦν οὐκ ἀνεύλογος ἡ διαίρεσις τῶν στρατευμάτων, καὶ λογισμῶν οὐκ ἀποστρατηγικωτάτων, εἰ μὴ πεπρωμένη, μᾶλλον δὲ θεῖος χόλος ἢ λόγος ἡμῖν
D ἀπορρητότερος τὴν ἔκβασιν εἰς τοὐναντίον περιέτρεψε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἔργου καὶ τῇ αὐθημερινῇ τῶν στρατευμάτων ἑνώσει καὶ τὸν σουλτάνον ἀκηρυκτὶ τοῖς Τούρκοις ἐπέστησε καὶ τὰ δοκηθέντα τελεσθῆναι διακεκώλυκε. παραλαβὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς τὸ Ματζικιὲρτ καταπλαγέντων καὶ ὀρρωδησάντων τῶν Τούρκων τὴν αὐτοῦ ἐπέλευσιν, καὶ πίστιν αἰτησαμένων καὶ λαβοντων, οὗ καὶ

insequens ad Matziciert pervenit, urbem Romanam, sed a Sultano subactam et ante a Turcis obsessam. aspernatus autem hos ut paucos, aliam manum haud exiguam ab exercitu abscissam Iosepho magistro Tarchaniotae tradit, addita etiam haud contemnenda cohorte peditum, immo etiam equitum selectorum, qui maxime bellicosi erant et inter hostes semper principes pericula adibant primique pugnabant. profectus autem Tarchaniotes ad Chliat opem laturus Uzis et Francis et omni mercenario exercitui. audierat enim imperator multitudinem numero infinitam adversus ipsos venire, et diviserat exercitum, sperans se statim Matziciert in suam potestatem redacturum, quod etiam accidit, et ad eos qui erant in Chliat adventurum. quodsi qua necessitas urgeret, confestim ipsos revocaturum, cum exercitus prope castra posuissent. audiebant enim Sultanum studiose adversus se contendere. et quidem certe non carebat ratione rerum divisio et consiliorum, neque aliena erat a peritissimo duce, nisi fatum, immo vero divina ira seu ratio a nobis maxime remota, eventum rerum in contrariam partem pervertisset, et ad exitum rei et coniunctionem exercitus eadem die etiam Sultanum sine praecone Turcis adiunxisset, et prohibuisset decreta ad exitum perduci. nam cum occupasset imperator Matziciert perculsis Turcis eiusque veritis adventum, iique fidem quam petierant accepissent, ubi

συνέβη ῥινοτμηθῆναι Ῥωμαῖόν τινα ὀνάριον Τουρκικὸν ὑφελόμενον, εὐορκίας χάριν ἧς ὀμωμόκει τούτοις ὁ βασιλεύς, τὴν θεοτόκον καὶ τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς ἁγίους πάντας μεσίτας προβαλόμενος. ἐν ὅσῳ δὲ ταυτὶ τῷ βασιλεῖ διετάττετο, τοῖς εἰς τὴν χρείαν ἐξιοῦσι στρατιώταις Ῥωμαίοις πληθὺς Τουρκικὴ ἐπιτίθεται. οἰηθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ἡγεμόνα τοῦ σουλτάνου μετά τινος P 338
ἀφῖχθαι δυνάμεως καὶ διακλονεῖν τοὺς σποράδας τοῦ βασιλικοῦ στρατοῦ, ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτὸν Νικηφόρον μάγιστρον τὸν Βρυέννιον μετὰ τῆς ἀρκούσης δυνάμεως, ὃς καὶ συμβαλὼν αὐτῷ οὐκ ἐνέδωκε μέν, ἐτραυματίσθησαν δὲ πολλοὶ τῶν σὺν αὐτῷ, οὐκ ὀλίγοι δὲ τούτων καὶ ἔπεσον. ῥωμαλεωτέρων δὲ φανέντων ἐκ τῆς συγκρούσεως τῶν πρῴην ἐθάδων. θρασύτερον γὰρ προσρηγνύμενοι ἀγχεμάχοις ὅπλοις ἀντικαθίσταντο. ὅθεν καὶ φόβῳ κατασεισθεὶς δύναμιν ἐζήτει παρὰ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ καταγνοὺς αὐτοῦ δειλίαν (ἠγνόει γὰρ τὸ ἀληθὲς) ἐκκλησίαν συστησάμενος ἐδημηγόρησε τὰ περὶ πολέμου, ἐν δὲ τῷ μέσῳ καὶ τραχυτέρων ἥψατο B
λόγων. καὶ ἐν τοσούτῳ ὁ ἱερεὺς ἐπεφώνησε τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν. εἶχε δὲ τὸ εὐαγγέλιον, ἵνα τἆλλα παρῶ, "εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ ὑμέτερον τηρήσουσιν," ἕως τοῦ "δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ·" ὃ καὶ ἐπισημηνάμενοι οἱ συνετώτεροι ἔδοξαν ἀψευδὲς τοῦτο καὶ θεοπρόπιον. ζέοντος δὲ τοῦ πολέμου ἀπέστειλεν ὁ βα-

1 ὀνάριον Τουρκικὸν ὑφελόμενος P post ὁ βασιλεύς. transposuit Goarus

etiam accidit ut quidam Romanus iurisiurandi gratia naribus privaretur, quod iuraverat ipsis imperator, quod ille asellum Turcicum rapuerat, dei genitricem et Christum et omnes sanctos intercessores invocans. in quibus dum imperator occupatur, in milites Romanos, qui praedatum egressi fuerant, Turcica manus invadit. ratus igitur imperator ducem Sultani cum quibusdam copiis advenisse, ut dispersos regii exercitus coerceret, adversus ipsum misit cum idonea manu magistrum Nicephorum Bryennium, qui cum ipso congressus haud cessit: verum multi cum ipso vulnerati sunt, et haud pauci ex ipsis occiderunt. et cum validius ex incursu paulo ante assueti pugnarent, audacius incumbentes armis, comminus resistebant. quare metu commotus copias ab imperatore petiit. ille autem condemnata illius timiditate (ignorabat enim rei veritatem) coacta concione habuit orationem de iis quae ad bellum pertinebant. in media quoque oratione gravioribus verbis uti exorsus est, et interea sacerdos lectionem evangelii exclamavit, quae ita se habebat, ut alia omittam, "si me persequuti sunt, et vos persequentur; si verbum meum servaverunt, et vestrum servabunt," usque ad illud "arbitrabitur obsequium se praestare deo." quod cum etiam prudentiores annotassent, existimarunt hoc verbum oraculum. fervente autem bello

σιλεὺς καὶ Νικηφόρον μάγιστρον καὶ δοῦκα Θεοδοσιουπόλεως τὸν
Βασιλάκιον μετὰ τῶν ἰθαγενῶν στρατιωτῶν. προστεθέντος οὖν
C τῷ Βρυεννίῳ μέχρι τινὸς ἀκροβολισμοῦ ἰσοπαλὴς καὶ ἀμφήριστος
ἦν ἡ μάχη. συνθεμένων δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀκολουθεῖν ὄπισθεν
τῶν στρατηγῶν πρωταγωνιστεῖν καθυπέσχετο, καὶ εὐθὺς ἐξορμή-
σας νῶτα δεδωκότων τῶν ἐναντίων ἐδίωκε. τοῦ δὲ Βρυεννίου
τοὺς ῥυτῆρας ἀνασχεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἐγκελευσαμένου, μόνος
διώκων ὁ Βασιλάκιος ἀνοίᾳ τοῦ πραχθέντος, ἐπεὶ τῷ χάρακι τῶν
ἐναντίων προσέμιξε, περιπαρέντος αὐτῷ τοῦ ἵππου προσέσχε τῇ
γῇ, βάρος τῶν ὅπλων ἐπιφερόμενος. διὸ καὶ περιχυθέντες οἱ
πολέμιοι αἱροῦσιν αὐτὸν ζωγρίαν, καὶ πρὸς τὸν σουλτάνον ἀπά-
γουσι δέσμιον· ᾧ καὶ εἰς ὄψιν παραστὰς οὔτε ὡς δοῦλος ἤδη
γεγονὼς οὔτε ὡς αἰχμάλωτος ἀπαχθεὶς τῷ σουλτάνῳ καθυπετάγη.
D ἀλλ' οὔτε ὁ σουλτάνος εἴτε ὡς δούλῳ εἴτε ὡς αἰχμαλώτῳ προσηνέ-
χθη αὐτῷ, συνεχῶς δὲ παριστῶν περὶ τοῦ βασιλέως τε ἐπηρώτα
καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἰσχὺν ἐναπεδείκνυε καὶ εἰς ὀρρωδίαν καὶ πτοίαν
ἐνέβαλλεν. ὁ δὲ πάντα ἐπαινῶν καὶ μεγαλύνων τὰ αὐτοῦ, τὸ
ἀντιπαρατάξασθαι βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀσύμφορον αὐτῷ συνεβού-
λευεν. ἀλλ' οὕτω μὲν οὗτος· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγκασθεὶς ἐξῄει
μετὰ τῆς λοιπῆς πληθύος εἰς τὴν τῶν πραγμάτων θέαν. μέχρι
δ' ἑσπέρας ἐπί τινων λόφων ἑστώς, ἐπείπερ οὐκ τὸ ἀντικαθιστά-
μενον, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ αὐτίκα περιχυθέντες
P 839 οἱ Τοῦρκοι τόξων βολαῖς καὶ παριππεύσεσι φόβον οὐ μικρὸν τῇ

21 ἴσ. οὐκ ἦν τὸ margo P

misit imperator etiam Nicephorum magistrum et Ducam Theodosiopolis Basilacium cum indigenis militibus, quo Bryennio adiuncto usque ad quoddam leve praelium aequalis et anceps pugna fuit. cum autem milites imperatores ac duces sequi statuissent, primas partes pugnae sustinere pollicitus est, statimque impetu facto hostes, qui terga dederant, persequebatur. cum vero Bryennius suis fraena detinere iussisset, solus Basilacius persequens ignoratione facti, ubi ad vallum hostium accessit, confixo ipsius equo ad terram decidit, armorum pondere oppressus, et iccirco circumfusi hostes ipsum vivum capiunt, vinctumque ad Sultanum abducunt. in cuius conspectum adductus, neque ut servus iam effectus neque ut captivus abductus, Sultano se subiecit. sed neque Sultanus ipso ut servo aut captivo usus est, sed crebro accersens de imperatore eum percontabatur, suamque ipsi potentiam ostentabat, ut ei metum terroremque iniiceret; qui omnia ipsius laudans et extollens, praeliari adversus Romanorum imperatorem ipsi inutile consulebat. sed hic quidem in his versabatur. imperator autem coactus cum reliquo exercitu egressus est ad rerum spectaculum; et usque ad vesperam in quibusdam tumulis consistens, ubi qui resisteret et sese opponeret, neminem vidit, in castra reversus est. statimque circumfusi Turci arcuum sagittis et equitatu haud mediocrem exercitui terrorem iniecere,

στρατιᾷ ἐνεποίησαν, ἐντὸς τοῦ χάρακος βιαζόμενοι. νὺξ ἦν ἀσέληνος ὅτε ταῦτα ἐγίνετο, καὶ διάκρισις ὀθνείων καὶ γνωστῶν, φευγόντων καὶ διωκόντων οὐκ ἦν. διὰ πάσης δὲ νυκτὸς περιηχοῦντες ἦσαν ὑλαγμοῖς ἀσήμοις τὸ στρατόπεδον, ὡς ἅπαντα διανυκτερεῦσαι ἠνεῳγμένοις καὶ ἀγρύπνοις τοῖς ὄμμασι. πρωΐας δὲ γενομένης μοῖρά τις Οὐζική, ἔξαρχον ἔχουσα Ταμῆν τινὰ οὕτως ὀνομαζόμενον ὑπὸ Τορνικίῳ τῷ Κοτέρτζῃ ταττόμενον, τοῖς ἐναντίοις προσερρύη· ὅπερ οὐκ εἰς μικρὰν ἀγωνίαν τοὺς Ῥωμαίους ἐνέβαλεν, ὑποπτεύοντας καὶ τὸ λοιπὸν ἔθνος ὡς πολέμιον. τινὲς δὲ τῶν πεζῶν ἐξιόντες Τούρκων ἀνεῖλον πολλοὺς βέλεσιν ἑκηβόλοις καὶ ἀγχεμάχοις ἀμυντηρίοις ὅπλοις, καὶ τῆς παρεμβολῆς ἐκστῆναι B παρέπεισαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ταχυδρόμους ἀποστείλας εἰς τὸ Χλίατ τοὺς ἐκεῖσε ἡγεμόνας ἐκάλει μετὰ τῶν ὑπ᾿ αὐτοὺς δυνάμεων, παραυτίκα θέλων ἀγχεμάχῳ πολέμῳ διακρῖναι τὰ πράγματα. καὶ ἀναμένων τὴν ἐξ αὐτῶν βοήθειαν τὸν καιρὸν τηνάλλως ἔτριβεν· ἦσαν γὰρ οἱ τῶν ἄλλων μάλιστα τὴν πυρρίχιον ἐκμεμελετηκότες ὄρχησιν. ὡς δ᾿ ἀπεγνώκει τὴν ἀπὸ τούτων βοήθειαν, κώλυμά τι εἶναι ὑποπτεύσας ἐσκέπτετο μετὰ τῶν συνόντων εἰς τὴν ὑστεραίαν διαγωνίσασθαι. ἠγνόει δὲ ἄρα ὡς ὁ Ταρχανειώτης παραπείσας καὶ τὸν Ῥουσέλιον συνελθεῖν τῷ βασιλεῖ προθυμούμενον, μαθὼν C τὴν τοῦ σουλτάνου ἄφιξιν καὶ τὴν αὐτοῦ κατὰ τοῦ βασιλέως ἐπέλευσιν, ἄρας τοὺς ἀμφ᾿ αὐτὸν ἅπαντας διὰ τῆς Μεσοποταμίας φυγὰς ἀγεννῶς εἰς τὰ Ῥωμαίων ἐνέβαλε, μηδένα λόγον τοῦ δεσπότου, μήτε μὴν τοῦ εἰκότος ὁ δείλαιος ποιησάμενος. ὁ γοῦν βα-

intra vallum impellentes. nox erat illunis cum haec gerebantur, neque fugientes et persequentes utrum externi an noti essent et amici discerni poterant, verum tota nocte obscuris ululatibus circumsonabat exercitus, ita ut omnes apertis ac vigilantibus oculis pernoctarent. cumque iam illuxisset, pars quaedam Uzorum duce quodam nomine Tame, et exercitus cui Tornicius Cotertzes praeerat, ad hostes confluxit; quod haud mediocrem sollicitudinem Romanis attulit, suspicantibus reliquas nationes sibi inimicas. quidam vero pedites egressi Turcos occidere telis quae eminus iaciuntur, et armis quibus comminus pugnatur, et coegerunt e castris exire. imperator autem missis ad Chliat antecursoribus, duces qui illic erant ad se accersivit cum copiis quas habebant, statim cupiens de summa rerum praelio decertare; quorum exspectans auxilium frustra tempus conterebat: erant enim ii qui Pyrrichiam saltationem maxime meditati fuerant. ut vero de eorum auxilio desperavit, suspicatus aliqua re eos impediri, cum familiaribus statuebat postridie manum conserere. ignorabat videlicet Tarchaniotem quoque sibi adiuncto Ruselio, qui ad imperatorem se alacri animo conferebat, cognito Sultani adversus imperatorem adventu cum omnibus suis per Mesopotamiam haud gloriose fugientem in Romanorum regionem invasisse, nulla neque domini sui neque honesti habita ratione. imperator igitur, ut consti-

σιλεὺς κατὰ τὸ συγκείμενον, τὴν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευὴν ἐς τὴν αὔριον ἐξαρτύσας, τὰ κατ' αὐτὸν διετάττετο, ἔτι τῆς βασιλείου σκηνῆς ἐντὸς καθιστάμενος, ὁπότε καὶ τὸ ἐκ τῶν συνόντων Σκυθῶν, τῶν Οὔζων φημί, δέος ἀφαιρούμενος ὅρκῳ συνήθει τῆς αὐτῆς θρησκείας αὐτὸν κατησφαλίσατο. ἐν ὅσῳ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπράττετο καὶ οἱ στρατιῶται κατὰ τάξεις καὶ λόχους ἐπὶ τῶν ἵππων
D ἐφίσταντο ἔνοπλοι, πρέσβεις ἧκον ἐκ τοῦ σουλτάνου τὴν εἰρήνην ἀμφοτέροις ἐπικηρυκευόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδέξατο μὲν αὐτοὺς καὶ λόγων αὐτοῖς καὶ νόμων τῶν πρεσβυτέρων μετέδωκεν, οὐ πάνυ δὲ τούτους φιλανθρώπως ἐδέξατο. ὅμως δ' οὖν συνεπινεύσας καὶ σταυρὸν αὐτοῖς ἐπιδέδωκεν, ἵνα τῇ ἐπιδείξει ἀβλαβεῖς πρὸς αὐτὸν ὑποστρέψωσι, κομίζοντες ἀγγελίας ἃς ἂν ἐκ τοῦ σουλτάνου πύθοιντο. δεδήλωκε γὰρ τῷ ἀνελπίστῳ τοῦ μηνύματος ἐπαρθείς, ἵν' ὁ σουλτάνος καταλιπὼν τὸν τόπον τῆς ἰδίας παρεμβολῆς πορρωτέρω στρατοπεδεύσηται, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ὃς
P 840 τὸν σουλτάνον εἶχε πρότερον ἐπικαταπήξῃ τὸν χάρακα, τηνικαῦτα πρὸς συμβιβάσεις αὐτῷ χωρήσας. ἔλαθε δὲ τὴν νίκην ὑπὸ ὑψηλοφροσύνης τοῖς ἐναντίοις καταπροέμενος, καθὼς οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα διακριβοῦντες συμβάλλουσι, τὸ νικητικώτατον σύμβολον ἀποστείλας αὐτῷ τὸν σταυρόν. οὔπω τέλος ἔσχεν οὐδ' ἀναμονὴν ἡ τῶν πρέσβεων ἄφιξις, καί τινες τῶν ἐγγυτάτων τῷ βασιλεῖ πείθουσιν αὐτὸν ἀποβαλέσθαι τὴν εἰρήνην ὡς ψευδομένην τὸ ἔργον καὶ ἀπατῶσαν μᾶλλον ἢ τὸ συμφέρον ἐθέλουσαν· δεδιέναι γὰρ

tuerat, instructo ad praelium in posterum diem exercitu suas res componebat, adhuc intra regium tabernaculum consistens, quando a Scythis, Uzis inquam, qui cum ipso erant, metu liberatus, consueto iureiurando ipsum confirmavit. interea dum haec fierent et milites et ordines ac manipuli armati in equis consisterent, a Sultano legati venere, qui pacem utrisque annuntiarent; quos quidem imperator excepit, et colloquium ipsis secundum legationis ius impertitus est, non tamen eos benigne et humane tractavit. verumtamen cum consensisset, crucem illis tradidit, qua ostendenda reverterentur incolumes et illaesi, a Sultano responsa referentes. speravit enim insperato nuntio elatus, fore ut Sultanus relicto proprio castrorum loco ulterius progressus castra poneret, et ipse eodem in loco ubi prius Sultanus fuisset vallum construeret, et tunc ad consentiendum sibi et pacis foedus percutiendum accederet; neque animadvertit se prae animi elatione victoriam hostibus concedere, quemadmodum ii qui talia accurate examinant coniicere consuevere, cum misisset ipsi telum quod maxime ad victoriam pertinet et illius est symbolum, crucem videlicet. nondum finem habuit, neque legatorum exspectatus fuerat adventus, et quidam ex iis qui maxime familiares erant imperatori, ei persuadent ut pacem negligat, quasi rem quae mendacii haud expers deceptura sit potius quam utilitatis aliquid

ὑπέλαβον τὸν σουλτάνον διὰ τὸ μὴ ἀξιόλογον ἔχειν δύναμιν, περιμένειν δὲ τοὺς κατόπιν ἀφικομένους καὶ τῷ προσχήματι τῆς εἰρήνης μετεωρίζειν τὸν χρόνον. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν σουλτάνον, κατὰ B σφᾶς αὐτοὺς ἐπανελθόντων τῶν πρέσβεων, τὰ περὶ τῆς εἰρήνης ὡμίλουν καὶ ταύτην ὁλοσχερῶς ἐπραγματεύοντο· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκηρυκτὶ σαλπίσας τὸ ἐνυάλιον τὸν μῦθον παραλόγως ἐκρότησε. καταλαβοῦσα δ' ἡ φήμη τοὺς ἐναντίους ἐξέπληξε. τέως δ' οὖν καθοπλισάμενοι καὶ αὐτοὶ τὸ ἄχρηστον πλῆθος εἰς τοὐπίσω προσήλαυνον, αὐτοὶ δὲ κατόπιν ἐδίδουν φαντασίαν πολεμικῆς παρατάξεως, τὸ δὲ πλεῖον φυγή τις κατεῖχεν αὐτοὺς συντεταγμένας ἰδόντας τῶν Ῥωμαίων τὰς φάλαγγας ἐν τάξει καὶ κόσμῳ πολεμικῆς παρατάξεως. καὶ οἱ μὲν προήεσαν εἰς τοὐπίσω, ὁ δὲ βασιλεὺς C πανστρατιᾷ κατόπιν αὐτῶν ἐπεδίωκεν, ἕως ἄρα καιρὸς δείλης ὀψίας κατέλαβεν. ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀντιτεταγμένους οὐκ εἶχε καὶ ἀντιπολεμοῦντας, τὴν δὲ παρεμβολὴν ἐψιλωμένην στρατιωτῶν καὶ πεζοφυλάκων ἐγίνωσκε διὰ τὸ μηδ' εὐπορεῖν ἱκανοῦ πλήθους ὥστε καὶ παρατάξεις ἐν ταύτῃ καταλιπεῖν, ἤδη προεξαντληθέντων, ὡς προδιείληπται, ἔγνω μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐπιτεῖναι τὴν δίωξιν, ἵνα μὴ ταύτῃ ἀφυλάκτως οἱ Τοῦρκοι ἐπίθωνται, καὶ ἅμα διασκοπῶν, εἰ ἐπὶ πλέον ἐκμακρυνθείη, καταλήψεται αὐτὸν ἡ νύξ, καὶ τηνικαῦτα οἱ Τοῦρκοι παλίντροπον θήσουσι τὴν φυγὴν D ἑκηβόλοι τυγχάνοντες. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὴν βασιλικὴν σημαίαν ἐπιστρέψας νόστου ἐπιμνησθῆναι παρήγγειλεν. οἱ δὲ πόρρω τὰς

6 τὸν πόλεμον?

allatura: timere enim suspicabantur Sultanum, quod non idoneas copias haberet, sed exspectare eos qui a tergo insequerentur, et obtentu pacis tempus differre. illi igitur qui cum Sultano erant per se reversis legatis de pace colloquebantur, eamque omnino integram fieri studebant. imperator autem non indicto per praeconem bello, cum classicum cecinisset, temere clamorem sustulit. quae fama cum ad hostes pervenisset, eos maxime perculit. illi igitur instructa et armata inutili multitudine ulterius progrediebantur. a tergo vero aciei ad praelium instructae speciem praebebant. sed magis illi ad fugiendum concitabantur, quod viderent Romanorum phalanges instructas ad praelium ordine progredi. et illi quidem retro processerant. imperator autem cum omni exercitu a tergo ipsos persecutus est, quoad noctis crepusculum advenit. cum imperator adversarios non habuisset, neque qui sibi oppositi repugnarent, offendissetque vacua a militibus castra et a custodibus, quod idoneo numero minus abundaret, ut posset ibi praesidia relinquere, statuit haud amplius esse persequendum, ne se incompositum Turcae aggrederentur, simul considerans, si amplius cunctaretur, sibi superventuram noctem, et tunc Turcos eminus iacientes e fuga redituros. his de causis converso regio signo praecepit milites redire. verum ii qui procul

φάλαγγας ἔχοντες στρατιῶται, τὰς σημαίας ἰδόντες ὀπισθορμήτους, ἧτταν εἶναι τὸ πρᾶγμα βασιλικὴν ὑπετόπασαν. μᾶλλον δέ τις τῶν ἐφεδρευόντων αὐτῷ, Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Καίσαρος μὲν υἱὸς τῶν δὲ βασιλέων ἐξάδελφος, προβεβουλευμένην ἔχων τὴν ἐπιβουλὴν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸν τοιοῦτον λόγον διέσπειρε, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν στρατιώτας ἀναλαβὼν ταχὺς τῇ παρεμβολῇ ἐφοίτησεν. ὃ καὶ οἱ λοιποὶ μιμησάμενοι εἷς καθεὶς ἀμαχητὶ τὴν φυγὴν ἠσπά-
P 841 σαντο. ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὸ παράλογον ἔστη τὴν τῶν οἰκείων φυγήν, ὡς ἔθος, ἀνακαλούμενος. ἦν δὲ ὁ ἐπακούων οὐδείς. τῶν δ' ἐναντίων οἱ ἐπὶ λόφων ἱστάμενοι, τὸ παράλογον ἰδόντες ἐξαίφνης τῶν Ῥωμαίων ἀτύχημα, τῷ σουλτάνῳ σπουδῇ ἀπαγγέλλουσι τὸ ὁρώμενον καὶ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτοῦ κατεπείγουσι, φεύγοντι καὶ αὐτῷ ἤδη καὶ μακρὰν τῆς οἰκείας γενομένῳ ἐπαύλεως. εὐθὺς οὖν ἐπανελθόντι αὐτῷ μάχη τις ἀθρόα τῷ βασιλεῖ προσρήγνυται. κελεύσας δὲ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν μὴ ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακόν τι παθεῖν, ἀλλ' ἄνδρας φανῆναι ἀγαθούς, ἠμύνατο μὲν ἐρρωμένως μέχρι πολλοῦ. ἐν τούτῳ δὲ τῆς τῶν ἄλλων φυγῆς περιαντλησάσης
B ἔξω τὸν χάρακα λόγος σαφὴς οὐκ ἠκούετο, ἄλλοτε ἄλλων ἄλλο ἀφηγουμένων, τῶν μὲν τροπὴν τῶν δὲ νίκην ἀπαγγελλόντων, καὶ καταλεγόντων ἄσημά τε καὶ ἀδιάγνωστα, ἕως καὶ τῶν Καππαδοκῶν ἤρξαντό τινες καὶ αὐτοὶ αὐτοῦ ἀποφοιτᾶν κατὰ φατρίας καὶ συμμορίας. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων σὺν αὐτοῖς ἵπποις ὑπέστρεφον, μὴ ἰδεῖν τὸν βασιλέα διενιστάμενοι. καὶ ἦν σεισμὸς οἷον καὶ ὀδυρμὸς καὶ φόβος ἀκίχητος, καὶ οἱ Τοῦρκοι

phalanges habebant, conspicati signa retro conversa cladem ab imperatore acceptam suspicati sunt. immo vero quidam ex iis qui ei aderant, Andronicus Caesaris filius imperatoris patruelis, ante meditatus insidias, ipse per se talem famam disseminavit, et cum militibus quos habebat cito ad castra se contulit; quem reliqui quoque imitati ad unum omnes fugere. imperator autem conspicatus id quod temere fieret, suorum fugam, ut mos est, eos revocans, sistebat: verum nemo obediens erat. adversarii vero in tumulis consistentes, cum vidissent id quod nulla ratione fieret, repente Romanorum infortunium Sultano studiose renuntiant: et ad redeundum concitant, quippe iam et ipse fugiens a suis castris procul aberat. statim igitur cum imperatore acre praelium initur. cumque suos iussisset minime cedere neque molliter aliquid facere, sed strenuos et fortes viros se praebere, aliquamdiu fortiter restitit. sed cum interim alii extra vallum fugerent, explorata fama minus audiebatur, quippe cum alii aliud nuntiarent, hi cladem, illi victoriam, et obscura atque incerta dissererent; quoad etiam ex Cappadocibus aliqui per tribus et curias abire coeperunt, et multi ex regiis equisonibus cum ipsis equis revertebantur, ne viderent imperatorem contendentes. eratque veluti motus et luctus metusque incredibilis, Turcis undique

πανταχόθεν ἐπιρρέοντες. ὅθεν καὶ ἕκαστος ὡς εἶχεν ὁρμῆς, ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο. ἐπιδιώκοντες δὲ οἱ ἐναντίοι οὓς μὲν ἀνῄρουν οὓς δὲ ζωγρίας εἷλον, ἑτέρους δὲ συνεπάτουν. καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα λίαν ἐπώδυνον καὶ πάντα θρῆνον ὑπερβάλλον καὶ κοπετόν. τὸν δὲ βασιλέα περιστοιχίσαντες οἱ πολέμιοι οὐκ εὐχείρωτον εἶχον C αὐτὸν εὐθύς, ἀλλ' ἅτε στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν εἰδήμων καὶ κινδύνοις προσομιλήσας πολλοῖς καρτερῶς ἠμύνατο, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τέλος ἐπλήγη φασγάνῳ τὴν χεῖρα, τοῦ τε ἵππου κατακοντισθέντος ἐκ ποδὸς ἱστάμενος διεμάχετο. καμὼν δ' ὅμως πρὸς ἑσπέραν ἁλώσιμος (φεῦ τοῦ πάθους) καὶ αἰχμάλωτος ὁ περιώνυμος βασιλεὺς Ῥωμαίων γίνεται. καὶ τῇ μὲν νυκτὶ ἐκείνῃ ἐπ' ἴσης τοῖς πολλοῖς ἐπὶ γῆς ἀτίμως καὶ περιωδύνως κατέδραθε, μυρίοις περικλυζόμενος λυπηρῶν κύμασι. τῇ δ' ἐπαύριον ἀγγελθείσης τῷ σουλτάνῳ καὶ τῆς τοῦ βασιλέως ἁλώσεως, χαρά τις D ἄπληστος καὶ ἀπιστία κατέσχεν αὐτόν, οἰόμενον, ὥσπερ καὶ ἦν, μετὰ νίκην τοσούτου καὶ τηλικούτου στρατοῦ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα ἁλώσιμον λαβεῖν καὶ ὑποχείριον· ἀνθρωπίνως δὲ ὅμως τὸ γεγονὸς λογισάμενος καὶ τὴν νίκην μετριοφρόνως ἐνεγκών, καὶ τὸ γεγονὸς εὐτύχημα συστολὴν μᾶλλον καὶ ψυχῆς ἀγαθῆς ἔνδειξιν καὶ τρόπων καλοκαγαθίας μεστῶν θέμενος, θεῷ τὸ πᾶν ἀνετίθει ὡς μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἰσχὺν ἀποτελέσας τὸ τρόπαιον. διὰ τοῦτο καὶ προσαχθέντος τῷ σουλτάνῳ ἀξάντου βασιλέως Ῥωμαίων

22 Ἄσαν τοῦ margo P

confluentibus. quare singuli perinde ac poterant sibi salutem quaerebant. persequentes vero hostes alios occidere, alios vivos capere, alios pedibus conculcare. eratque res admodum miseratione digna, omnemque lamentationem exsuperans atque omnem dolorem. cum vero imperatorem circumstetissent hostes, non statim ipsum cepere, quippe qui rei militaris peritus ac bellicosus multaque pericula expertus strenue se defendebat, multisque occisis ad extremum ipse in manu gladio percussus est, et equo iaculo transfixo pedes pugnabat. verumtamen defatigatus ad vesperam capitur, et captus, o incredibilem calamitatem, clarissimus Romanorum imperator nocte illa, aeque atque multi alii, humi iacens, sine ullo honore, multa cum miseratione dormivit, infinitis oppressus infortuniorum fluctibus. postridie vero cum Sultano renuntiatus fuisset captus imperator, inexplebili quadam laetitia perfusus est, neque adduci poterat ut crederet factum, rem secum perpendens quanta esset, post victum talem ac tantum exercitum ipsum quoque imperatorem captivum et sibi subiectum accipere. humane tamen factum reputans, victoriamque aequo animo ferens, et prosperum successum potius occasionem ad sese colligendum et boni animi indicium ac morum omni probitate praeditorum ratus, deo id totum acceptum referebat, quod maius quam pro suis viribus tropaeum erexisset. iccirco perducto ad Asan Sultanum

P 842 ἐν εὐτελεῖ καὶ στρατιωτικῇ ἀμπεχόνῃ, διαπορῶν ἦν καὶ περὶ τού-
του μαρτυρίαν ζητῶν. ὡς δ' ἐπληροφορήθη παρὰ τῶν πρέσβεων
καὶ τοῦ Βασιλακίου πεσόντος μὲν παρὰ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, οἰκτρὸν
δέ τι καὶ γοερὸν ἀνοιμώξαντος, εὐθὺς ὥσπερ ἐμμανὴς ἀνέθορε
τοῦ θρόνου καὶ ὀρθὸς ἔστη. πεσόντα γοῦν ὅμως πρὸ τῶν ποδῶν
αὐτοῦ πατήσας ὥσπερ ἔθος, καὶ ἀναστήσας καὶ περιπτυξάμενος,
"μὴ δέδιθι" ἔφησεν, "ὦ βασιλεῦ, ἀλλ' εὔελπις ἔσο πρὸ πάντων,
ὡς οὐδενὶ προσομιλήσεις κινδύνῳ σωματικῷ, τιμηθήσῃ δ' ἀξίως
τῆς τοῦ κράτους ὑπεροχῆς. ἄφρων γὰρ ἐκεῖνος ἐμοὶ λογίζεται ὁ
μὴ τὰς προόπτους τύχας ἐξ ἀντεπιφορᾶς λογιζόμενός τε καὶ εὐλα-
B βούμενος." ἐπιτάξας οὖν αὐτῷ σκηνὴν ἀποταχθῆναι καὶ θερα-
πείαν ἁρμόζουσαν, σύνδειπνον αὐτὸν τηνικαῦτα καὶ ὁμοδίαιτον
ἀπειργάσατο, μὴ παρὰ μέρος καθίσας, ἀλλὰ σύνθρονον ἐν εὐθύ-
τητι τῆς ἐκκρίτου τάξεως καὶ ὁμόδοξον κατὰ τιμὴν ποιησάμενος,
δὶς τῆς ἡμέρας συνερχόμενος αὐτῷ καὶ συλλαλῶν καὶ παρακλή-
σεσιν ἀνακτώμενος, μέχρις ἡμερῶν ὀκτὼ τῶν ὁμοίων ἐκοινώνει
αὐτῷ λόγων καὶ ἁλῶν, μηδ' ἄχρι καὶ βραχυτάτου λόγου πρὸς
τοῦτον πεπαρῳνηκώς, περὶ τινῶν δὲ δοκούντων σφαλμάτων ἐν τῇ
ἐλάσει τῆς στρατιᾶς ὑπομνήσας. διερωτήσαντος δὲ μιᾷ τῶν ἡμε-
ρῶν τοῦ σουλτάνου τὸν βασιλέα "τί ἂν ἔδρασας, εἰ ἔσχες ἐμὲ
C ὑποχείριον;" ἀνυποκρίτως καὶ ἀθωπεύτως ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο
"ὅτι πολλαῖς ταῖς πληγαῖς κατεδαπάνησα ἄν σου τὸ σῶμα, γίνω-
σκε." "ἀλλ' ἐγὼ" φησὶν ὁ σουλτάνος "οὐ μιμήσομαί σου τὸ

Romanorum imperatore, vili ac militari veste induto, de ipso dubitabat testimoniumque exigebat. ut autem certior a legatis factus est et a Basilacio, qui ad eius pedes acciderat miserabiliter flens, statim quasi furore correptus de throno desiliit, rectusque stans ipsum ad pedes suos lapsum secundum morem conculcavit. cumque exsurgere iussum complexus esset, "ne timeas" ait, "imperator, sed bona spe sis ante omnia, quia nullum corporis periculum sustinebis, verum pro imperii dignitate apud me in honore eris: ille enim mihi imprudens videtur, qui non e contrario adversae fortunae ratiocinetur ac provideat incommoda ac vereatur." cum igitur iussisset ipsi constitui tabernaculum, imperassetque curari diligenter, ut par erat, suum commensalem ac socium tunc esse voluit, non deorsum eum sedere iubens, sed ad eandem mensam ut eximii ordinis collegam, et pari honore afficiens. bis die cum ipso congrediens et colloquens et hortatu suo recreans, usque ad octo dies eadem verba et sal cum ipso communicabat, in nullo quidem vel minimo verbo ei insultans, sed de quibusdam erroribus, qui sibi ab eo in ducendo exercitu commissi viderentur, admonens. cum vero die quadam Sultanus interrogasset imperatorem, "quid mihi fecisses, si me in tua potestate habuisses?" simpliciter ac sine adulatione respondit imperator "scito quod multis plagis tuum corpus confecissem." "at ego" inquit Sultanus "tuam severitatem aut crudelitatem non imitabor. ve-

αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον. πλὴν ἀκούω ὅτι καὶ ὁ ὑμέτερος Χριστὸς εἰρήνην ὑμῖν νομοθετεῖ καὶ ἀμνηστίαν κακῶν, καὶ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντικαθίσταται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν." μετὰ τοῦτο γοῦν σπονδὰς ποιησάμενοι καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διηνεκεῖς, καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενοι, καὶ τὰ δίκαια ἑκάστης ἐπικρατείας ἃ ἦν ἐξ ἀρχῆς θέμενοι, φιλίως τε ἀλλήλους προσμίγνυσθαι, μηκέτι δὲ λεηλασίαν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας παρ' οὑτινοσοῦν τῶν Τούρκων γίνεσθαι, ὑποστραφῆναί τε πάν- D
τας τοὺς ὅσοι ποτὲ κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐστάλησαν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἅπασαν, καὶ μάλιστα τὸ προέχον τῶν Ῥωμαίων καὶ ἔκκριτον, δεξίωσιν ἁδρὰν τοῦ βασιλέως προσομολογήσαντος τῷ σουλτάνῳ. ἐσφάγησαν δὲ τηνικαῦτα Λέων ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ ὁ μάγιστρος Εὐστάθιος καὶ πρωτασηκρῆτις, ἑάλω δὲ καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Βασίλειος ὁ Μαλέσης. μετὰ δὲ τὸ ταῦτα οὕτω πραχθῆναί τε καὶ συμφωνηθῆναι ἀπέλυσεν ὁ σουλτάνος τὸν βασιλέα σὺν πολλῇ περιπλοκῇ καὶ συντακτηρίῳ τιμῇ, προσεπιδοὺς καὶ τῶν οἰκείων πρέσβεις. κατείχετο δὲ τὰ Ματζικιὲρ ὑπὸ Ῥωμαίων. ὡς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπολυθεὶς ἐπανῆλθε δι' ἄλλης ὁδοῦ, P 843
ἀφέντες ἐκεῖνοι νυκτὸς ἔφυγον, περιτυχόντες δὲ πολεμίοις ἐκινδύνευσαν. ὁ δὲ βασιλεὺς κατηντηκὼς εἰς Θεοδοσιούπολιν μετὰ Τουρκικῆς σουλτανικῆς στολῆς ὑπεδέχθη φιλοτίμως. ἡμέρας δέ τινας διεκαρτέρησε τὴν χεῖρα θεραπευόμενος καὶ ἑαυτὸν ἀνακτώμενος, καὶ πάλιν μεθαρμόζων πρὸς τὸ Ῥωμαϊκώτερον, ὡς ἐνῆν, ἑαυτόν. ἄρας δ' ἐκεῖθεν διῄει τὰς Ἰβηρικὰς κώμας· συνῆσαν

rumtamen audio vestrum vobis Christum pacem praecipere et oblivionem malorum, superbisque resistentem humilibus gratiam dare." deinde igitur inito foedere, et facta pace perpetua, habitaque filiorum ratione et eorum quae ad utriusque imperii iura spectarent, pristina foedera confirmarunt, ut mutua esset amicitia, neque amplius ab ullo Turcorum res imperii Romani diripi permitteretur, verum omnes quicunque adversus Romanos missi fuerant reverterentur, et omnes captivi, maxime principes et eximii Romanorum, liberarentur, promittente Sultano se benigne imperatorem semper tractaturum. interfecti sunt eo tempore Leo, qui supplicibus praeerat libellis, et magister Eustathius et primus a secretis. captus est item Basilius protovestiarius Maleses. postquam haec ita gesta sunt et ita inter eos convenit, dimisit Sultanus imperatorem multum amplexatus, multoque cum honore iubens a suis legatis eum deduci. tenebatur autem Matzicier a Romanis. ut autem imperator dimissus alia via reversus est, illi relicto oppido noctu effugerunt, cumque in hostes incidissent, adiere pericula. imperator autem ubi ad Theodosiopolim pervenit cum Turcica Sultanica veste, liberaliter exceptus fuit. ibique dies aliquot commoratus est, dum manum curaret seque ipsum pro viribus reficiens melius haberet. indeque profectus per-

δ' αὐτῷ καὶ οἱ ἐκ τοῦ σουλτάνου πρέσβεις. κἀκεῖθεν προσελαύνει μέχρι Κολωνείας αὐτῆς. γενομένου δὲ ἐν τῷ Μελισσοπετρίῳ, B Παῦλος πρόεδρος ὁ τῆς Ἐδέσσης κατεπάνω νύκτωρ αὐτὸν καταλιπὼν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀπέδρασε, προμαθὼν τὰ ἐκεῖσε καττυόμενα· Ἰωάννης γὰρ ὁ Καῖσαρ καὶ οἱ τούτου υἱεῖς, καὶ τῆς συγκλήτου ὅσοι τὰ αὐτοῦ ἐφρόνουν, τὴν μὲν βασιλίδα ὑπερόριον τίθενται εἰς τὸ παρ' αὐτῆς συστὰν φροντιστήριον, Πιπεροὺς οὕτω καλούμενον, ἀποκείραντες καὶ μὴ βουλομένην, τὸν δὲ Μιχαὴλ μόναρχον ἀναγορεύσαντες αὐτοκράτορα ἔγραψαν ἁπανταχοῦ ἐπανιόντα τὸν βασιλέα μὴ ὑποδέξασθαι μήτε ὡς βασιλέα τιμῆσαι. ἤρξατο δὲ τῆς ἀποκηρύξεως πρῶτος ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος ὁ Ψελλός, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔν τινι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων μεγαλαυχεῖ. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ἡ βασιλὶς αὐτὴ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ C ἦν, ὥστε μὴ προσδέξασθαι τὸν Διογένην ἐπανιόντα. ἀπτέρῳ δὲ τάχει μαθὼν τοῦτο καὶ ὁ Διογένης, καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι κοινῶς ἀποκεκήρυκται, φρούριόν τι κατασχὼν Δόκειαν ὀνομαζόμενον ἐκεῖσε ἐστρατοπεδεύσατο. ὁ δὲ Καῖσαρ τὰ τῆς βασιλείας, ὡς ἐδόκει, ἄριστα κρατυνάμενος, τὸν πρόεδρον Κωνσταντῖνον τὸν βραχύτερον τῶν υἱέων μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς κατὰ τοῦ Διογένους ἀφίησιν, ὃς καὶ ἑνωθεὶς αὐτῷ ἐν τῇ Δοκείᾳ ἀπεδειλία τὸν πόλεμον. ὁρῶν δὲ ὁ Διογένης ὑπερτεροῦντα τοῦ Κωνσταντίνου ἑαυτόν, ἄρας ἐκεῖθεν ἀφικνεῖται εἰς Καππαδοκίαν. ἐν τοσούτῳ δὲ πλῆθος Φράγγων τῷ Κωνσταντίνῳ προσγίνεται, καὶ Κρισπῖνος

agrabat Iberios vicos una cum Sultani, qui secum aderant, legatis, et inde usque ad ipsam Coloniam processit. cumque ad Melissopetrium pervenisset, Paulus praeses superioris Edessae noctu ipso relicto ad Cpolim fugit, perceptis iis quae ibi composita fuerant. nam Ioannes Caesar et eius filii, et ex senatoribus quicunque eius partes sequebantur, reginam in exsilium mittunt in monasterium ab ipsa conditum Piperudum nomine, vel invitam tondentes, et Michaele declarato imperatore in omnes partes scripsere, reversum imperatorem non esse excipiendum neque ut imperatorem colendum. princeps et auctor fuit declarationis philosophorum eximius Psellus, quemadmodum ipse quoque in quodam scripto gloriatur. fertur item regina eiusdem particeps consilii fuisse, ne reversum Diogenem reciperet. sed immatura celeritate his cognitis Diogenes et certior factus communiter se per praeconem imperio abdicatum, occupavit quoddam oppidum nomine Doceam, ibique castra posuit. Caesar autem ut sibi videbatur imperio optime potitus, praesidem Constantinum filiorum natu minimum cum frequentibus copiis adversus Diogenem immittit; qui etiam coniunctus cum ipso Doceae bellum metuebat. at Diogenes superiorem se Constantino cernens profectus inde pervenit in Cappadociam. interea multitudo Francorum ad Constantinum confluit, et Crispinus ipse cum cognatis, quem rever-

αὐτὸς μετὰ τῶν ὁμογενῶν, ὃν ἀνιὼν ὁ Διογένης ἐν Ἀβύδῳ περιώρισε πρότερον. Θεόδωρον οὖν τὸν Ἀλυάτην ἄνδρα γενναῖον καὶ ἐπιφανῆ, μεγέθει τε καὶ θέᾳ θαυμασιώτατον, στέλλει κατ' αὐτῶν. ἐρρωμένως δ' ἀντιπαραταξαμένων τῶν περὶ Κωνσταντῖνον, ἡττῶνται οἱ περὶ τὸν Ἀλυάτην, ἁλίσκεται δὲ καὶ αὐτός, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται σκηνικοῖς σιδηρίοις. περιώδυνος δὲ ὁ Διογένης ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι γεγονὼς εἰς τὴν Καππαδοκῶν ἐνέβαλε, πανταχόθεν τὸ στράτευμα προσκαλούμενος. αὐτὸς δὲ διῆγεν ἐν τῷ Τυροποιῷ· φρούριον δὲ οὕτως καλούμενον ὀχυρὸν λίαν καὶ ἀπόκρημνον. προσκαλεσάμενος οὖν ὁ Κωνσταντῖνος καὶ τὸν Ἀντιοχείας δοῦκα τὸν Λαχατούριον σύμμαχον κατὰ τοῦ Διογένους οὐκ ἔσχεν ὑπακούοντα· προσέθετο γὰρ τῷ Διογένει. καὶ τοῦτον παραλαβὼν παραγίνεται εἰς Κιλικίαν, ἔνθα καὶ προσεκαρτέρει τὴν ἀπὸ τοῦ σουλτάνου ἀναμένων βοήθειαν, ὁμοῦ μὲν καὶ διὰ τὸν χειμῶνα διάγων ἐκεῖσε, ἀλλ' ἀλεεινοτέραν τὴν Κιλικίαν ἐπιστάμενος, καὶ πάλιν πρὸς συλλογὴν στρατοῦ ἑαυτὸν ἀπησχόλει. ὁ δέ γε Κωνσταντῖνος μετὰ τὸ τὸν Διογένην ὑποχωρῆσαι ὑπέστρεψεν εἰς τὸ Βυζάντιον. ἀντ' ἐκείνου δὲ στέλλεται κατὰ τοῦ Διογένους ὁ πρόεδρος Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Καίσαρος υἱός. διανείμας δὲ τοῖς στρατιώταις σιτηρέσια διὰ τῆς κλεισούρας τοῦ Ποδανδοῦ ἀφικνεῖται εἰς Κιλικίαν, ἔνθα συναντᾷ αὐτῷ ὁ Λαχατούριος, ὃν καὶ πρὸς βραχὺ μαχεσάμενον αἱροῦσιν οἱ τοῦ Ἀνδρονίκου. τῶν δὲ ἄλλων συμφυγόντων εἰς Ἄδαναν, ἔνθα καὶ ὁ Διογένης διέτριβε, πολιορκίᾳ τὴν πόλιν διέλαβεν ὁ Ἀνδρόνικος. συν-

D P 844 B

11 et 21 Καχατούριον margo P

sus Diogenes prius in Abydum relegarat. Theodorum igitur Alyatem, virum generosum et illustrem, magnitudine ac specie maxime admirabilem, adversus ipsos mittit. cumque fortiter se in acie opposuissent ii qui cum Constantino erant, vincuntur milites Alyatis, et ipse capitur, captoque oculi effodiuntur ferro quo tentoria defiguntur. Diogenes autem ob ea quae acciderant summopere dolens in Cappadociam ingressus est, undique accersens exercitum. ipse vero commorabatur in Tyropoeo. erat hoc oppidum admodum munitum et valde praeruptum. igitur Constantinus accersitum Antiochiae ducem Chachaturium adversus Diogenem sibi socium haud obedientem dicto habuit, quod ad Diogenem se contulerat, quo secum ille ducto in Ciliciam proficiscitur. ubi etiam auxilium a Sultano exspectans commorabatur, simul et propter hiemem ibi degens, tepidiorem noscens Ciliciam; et rursus in cogendo exercitu occupabatur. at Constantinus, postquam Diogenes recessit, Byzantium reversus est. in eius locum mittitur adversus Diogenem praeses Andronicus Caesaris filius. diviso autem militibus commeatu per clausuram Podandi pervenit in Ciliciam, ubi ipsi occurrit Chachaturius, quem cum brevi pugnasset, occidunt milites Andronici; cumque alii in Adanam fuga se recepissent, ubi etiam Diogenes morabatur, obsidione urbem

θηκῶν δὲ γενομένων ἐφ' ᾧ τὸν Διογένην ἀποθέσθαι μὲν τὴν βασιλείαν, τὴν τρίχα δὲ καρέντα διάγειν ἰδιωτικῶς, ἔξεισι τοῦ κάστρου μελανειμονῶν καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀποκλαιόμενος. νόστου δὲ εὐθὺς μιμνήσκεται ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ τὸν Διογένην μεθ' ἑαυ-
C τοῦ ἐφελκόμενος μελανειμονοῦντα, ἐν εὐτελεῖ ὑποζυγίῳ ὀχούμενον, δι' ἐκείνων τῶν κωμῶν καὶ τῶν χωρῶν αἷς τὸ πρὶν ἰσόθεος ἐγνωρίζετο. μέχρι δὲ τοῦ Κοτυαείου τὴν ὁδοιπορίαν ὀδυνηρῶς ποιησάμενος (ἦν γὰρ νοσηλευόμενος ἀπὸ κοιλιακῆς διαθέσεως ἐκ κωνείου προποθέντος αὐτῷ ἐξ ἐπιβουλῆς ἐπιγενομένης) ἐκεῖσε δὲ κατεσχέθη, ἄχρις ἂν ἐκ βασιλέως τὸ ποιητέον αὐτῷ ὁρισθῇ. ἀλλ' ἧκεν ἡμέραις ὕστερον ἡ κατὰ τοῦ μάτην δυστυχοῦντος ἀπόφασις διοριζομένη τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ διορυγῆναι. οὓς καὶ παραυτίκα ἐξορύττεται, τῶν ἀρχιερέων τῶν ἐπὶ τῷ δοῦναι λόγον ἀπαθείας ἐσταλμένων μηδ' ὅλως ἐπαρηξάντων αὐτῷ· οἵτινες ἦσαν
D ὅ τε Χαλκηδόνος, ὁ Ἡρακλείας καὶ ὁ Κολωνείας Θεόφιλος, οὓς καὶ τῶν ὅρκων ὑπεμίμνησκε καὶ τῶν ἐκ τοῦ θείου νεμέσεων. οἱ δὲ καίπερ βοηθῆσαι προαιρούμενοι ἀσθενῶς εἶχον καὶ ἀδυνάτως, ἀνδρῶν ὠμηστῶν καὶ ἀπηνῶν ἀναρπασάντων αὐτόν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορυξάντων ἀνηλεῶς καὶ ἀφιλανθρώπως. προαχθεὶς ἐν εὐτελεῖ τῷ ὑποζυγίῳ μέχρι τῆς Προποντίδος ὥσπερ πτῶμα σεσηπός, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων ἐξορωρυγμένους, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον ἐξῳδηκός, σκωλήκων βρύον καὶ δυσωδίας, ἡμέρας ὀλίγας ἐπιβιοὺς ἐπωδύνως, καὶ πρὸ τῆς τε-

expugnavit Andronicus. percussoque foedere, ut Diogenes deposito imperio capillisque detonsis privatus degeret, e castro exit nigra veste indutus suasque deflens calamitates. statim autem reditus mentionem facit Andronicus, et secum attrahens Diogenem pullatum vilique mulo vectum per illos vicos iter habebat et regiones, a quibus prius ut deo aequalis vir cognitus fuerat. cum vero usque ad Cotyaeum iter luctuose fecisset (laborabat enim ventris morbo ex cicuta, quae ipsi per insidias prius propinata fuerat) ibi detentus est, quoad ab imperatore definiretur quidnam ipsi faciendum esset. sed paucis post diebus venit sententia imperatoris contra eum, qui frustra miser erat, quae quidem ipsi oculos effodiendos censebat; statimque ei oculi effossi sunt, cum nihil ei opis attulissent archiepiscopi, qui missi fuerant ad reddendam rationem cur nihil ei esset patiendum. erant hi Chalcedonis archiepiscopus et Heracleae, et Coloniae Theophilus, quibus etiam in memoriam redegit iusiurandum et iustam dei indignationem. ipsi vero quamvis opitulari instituissent, aegre id facere et cum difficultate haud poterant, cum crudeles et impii homines ipsi correpto oculos sine ulla commiseratione effodissent ac sine ulla humanitate. perductus autem vili iumento usque ad Propontidem, veluti putridum cadaver, cui oculi essent effossi, caput et os inflatum, vermibus plenum et foetore, cum paucis diebus supervixisset, miserabiliter et ante obitum male olens excessit e vita, in

λευτῆς ὀδωδώς, ἀπολείπει τὸν βίον, τῇ νήσῳ Πρώτῃ τὸν χοῦν ἀποθέμενος, ἔνθα νέον ἐκεῖνος ἐδείματο φροντιστήριον, κηδευθεὶς P 845 πολυτελῶς παρὰ τῆς ὁμευνέτιδος καὶ βασιλίδος Εὐδοκίας, μνήμην καταλιπὼν πειρασμῶν καὶ δυστυχημάτων ὑπερβαινόντων ἀκρόασιν. ἐπὶ δὲ τοῖς τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κακοῖς οὐδὲν βλάσφημον ἢ ἀπόφημον ἐφθέγξατο, εὐχαριστῶν δὲ διετέλει, φέρων εὐμαρῶς τὰ προσπίπτοντα. λέγεται δὲ τὰ κατ' αὐτοῦ πραχθέντα γνώμης ἄτερ γενέσθαι τοῦ βασιλέως Μιχαήλ, ὡς ὕστερον αὐτὸς ἐνωμότως διισχυρίζετο, τοῦ Καίσαρος ὑπὸ σκότῳ καὶ ἀφανείᾳ ταῦτα τελεσιουργοῦντος καὶ διαπραττομένου. οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἐπισκοπὴν Ναζιανζοῦ εἰς μητροπολικὸν διεβίβασε δίκαιον. ἐβασίλευσε δὲ ἄχρι τῆς αἰχμαλωσίας αὐτοῦ ἔτη τρία καὶ μῆνας B ὀκτώ.

Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Μιχαὴλ ἐπιεικής τε ἐδόκει καὶ γέρων ἐν νέοις διὰ τὸ παρειμένον καὶ ἀναπεπτωκὸς καὶ ἁπαλόν. προσελάβετο δὲ διὰ τοῦτο Ἰωάννην τὸν Σίδης μητροπολίτην εἰς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν, εὐνοῦχον μὲν τὴν φύσιν, δραστήριον δὲ καὶ ἀμφιδέξιον, πρωτοπρόεδρον τῶν πρωτοσυγκέλλων τυγχάνοντα, ἄνδρα πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς σεμνυνόμενον· ὅθεν τὸ τοῦ βασιλέως ἔκλυτον καὶ περὶ τὸ διοικεῖν τὰ κοινὰ ὡς εἰπεῖν θῆλυ καὶ ἀναπεπτωκὸς καὶ ἀδέξιον ὁ τούτου τρόπος καὶ ἡ περὶ ταῦτα ἐντρέχεια καὶ σπουδὴ ἐπεκόσμει τε καὶ κατήρτυε. παρεμίγη δὲ τῷ σίτῳ τούτῳ καὶ ζιζάνιον. ἦν γάρ τις C

Prota insula cinerem deponens, ubi novum ille monasterium aedificarat, ab uxore sua et Augusta sumptuose curatus ac sepultus, relicta miseriarum et calamitatum, quas sustinuit, et infortuniorum exsuperantium omnia quaecunque antea audita fuerint memoria. in talibus autem ac tot malis nullum maledictum protulit, neque aliquid nefarii locutus est, sed deo gratias agere perseverabat et casus aequo animo ferre. dicuntur autem quae contra ipsum facta sunt insciente et invito imperatore Michaele facta, ut postea ipse iureiurando adhibito asseverabat, Caesare haec clam et occulte administrante ac perficiente. hic imperator episcopatum Nazianzi ad iura metropolitana perduxit. imperavit usque ad id tempus quo captus est, annos tres, menses octo.

Michael autem hac ratione adeptus imperium, et moderatus vir videbatur et senex inter iuvenes propter imbecillitatem et demissionem ac mollitiem, et iccirco adiunxerat sibi Ioannem Sidae metropolitam ad rem publicam gubernandam, eunuchum natura, sed strenuum et solertem, primum praesidem protosyncellorum, virum omnibus bonis ornatum; ex quo imperatoris vitium, quod dissolutae vitae attribuebatur et mollitiei, ut ita dixerim, muliebri ad gubernandam rem publicam, et inertiam huius mores et ad haec dexteritas et studium adornabat et corrigebat. verum cum hoc tritico etiam zizanium mixtum fuerat. erat

εὐνοῦχός Νικηφόρος ὄνομα, ὃν ὑποκορίζοντες Νικηφορίτζην ὠνόμαζον, ἐκ Βουκελλαρίων ἕλκων τὸ γένος, δεινὸς ἐπινοῆσαι συγχύσεις καὶ ῥάψαι πράγματα καὶ τρικυμίας ἐγεῖραι ἐν γαλήνῃ καὶ ἀκαταστασίας καὶ καταστάσει ἐπενεγκεῖν, ὡς εἰς τάξιν σεκρεταρίου τῷ πατρὶ τοῦ Μιχαὴλ ὑπηρετησάμενος, ἐπεὶ σκαιὸς καὶ διαβολεὺς ἐφάνη καὶ σοφιστὴς τῶν κακῶν κερδαλέος, καὶ τῷ βασιλεῖ κατὰ τῆς βασιλίδος μοιχείας ἔγκλημα ὑποψιθυρίσας, φθόνῳ τοῦ συνεξυπηρετουμένου. δοὺξ δὲ Ἀντιοχείας ἀναδειχθεὶς καὶ ἅπαξ καὶ
D δεύτερον μυρίων ὀχλήσεων καὶ ταραχῶν τῇ Συρίᾳ γέγονεν αἴτιος. ὅμως δ' οὖν κατηγορηθείς, συλληφθεὶς ἐκεῖσε, τῇ τοῦ αἵματος φρουρᾷ παραδίδοται· καὶ ἦν ἔμφρουρος ἐπὶ χρόνον τινὰ ὁ πρὶν περίδοξος γνωριζόμενος. ἀναρρυσθεὶς δὲ τῇ τοῦ Διογένους ἀναγορεύσει καὶ εἰς νῆσόν τινα ἐξορισθείς, ὑποσχέσει χρημάτων δικαστὴς Ἑλλάδος καὶ Ἑλλησπόντου προβέβληται, καὶ τὰ κατ' ἐκείνην ἦν διοικῶν. τοῦτον ἐπὶ κακῷ τῶν Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ μεταπεμψάμενος εἰς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν κατεστή-
P 846 σατο, λογοθέτην αὐτὸν προβαλόμενος. καὶ γίνεται ὁ βασιλεὺς ἁλώσιμος ταῖς αὐτοῦ τερατείαις καὶ μαγγανείαις οἷα μὴ εὐμοιρῶν φρονήματος ἀνδρείου καὶ σταθηροῦ· διὸ καὶ ἐξωθεῖται μὲν ὁ Σίδης, πάντα δὲ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται, ἀθύρμασι τοῦ Μιχαὴλ καὶ παιδιαῖς παιδαριώδεσι προσκειμένου, τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων Κωνσταντίνου τοῦ Ψελλοῦ πρὸς ἅπαν ἔργον ἀδέ-

3 ἐγεῖραι καὶ ἀκαταστασίας ἐν γαλήνῃ καὶ κατ. P

enim eunuchus quidam nomine Nicephorus, quem diminuentes Nicephoritzem appellabant, a Bucellariis oriundus, peritus et doctus in excogitandis perturbationibus et consuendis dolis atque excitandis tempestatibus et procellis tranquillo tempore; qui cum patri Michaelis minister fuisset a secretis, ubi compertus est manifesto seditiosus et calumniator et malorum egregius commentator, quique imperatori adversus imperatricem adulterii crimen insusurraverat, invidia simul ei opitulante, dux autem Antiochiae declaratus semel atque iterum infinitarum perturbationum et seditionum Syriae auctor fuerat, attamen accusatus et comprehensus illic in custodiam traditus fuerat, ubi aliquamdiu detinebatur, prius ibi illustris cognitus. effugiens vero quo tempore Diogenes fuit declaratus, et in quandam insulam relegatus, pecuniarum pollicitatione iudex Graeciae et Peloponnesi delectus est, et res ad eam pertinentes moderabatur. hunc Romanorum malo Michael accersitum rei publicae administrationi praefecit, logothetam ipsum declarans. capiturque imperator illius praestigiis et machinationibus, utpote qui virilis mentis et stabilis expers esset. et iccirco expellitur Sidae praefectus, omniaque ipse ad se unum revocat, Michaele interim nugis et ludis puerilibus perpetuo vacante, cum philosophorum praestantissimus Constantinus Psellus ipsum imperatorem ad omne opus inutilem et minus idoneum

ξιον αὐτὸν καὶ ἄπρακτον ἀπεργασαμένου. παραγκωνίζεται δὲ καὶ τὸν τοῦ βασιλεύοντος θεῖον Ἰωάννην τὸν Καίσαρα, καὶ τῷ ἀνεψιῷ καὶ βασιλεῖ ὕποπτον ἀπεργάζεται. καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς οἰκειοτάτους ὡς πολεμιωτάτους συκοφαντεῖ, καὶ πάντων ἀποξενοῖ τὴν τοῦ βασιλέως διάθεσιν, ὅλον τε τὸν μειρακίσκον ὑποποιεῖται B ἄνακτα. κἀκεῖνο πᾶσι βασιλικὸν ἐνομίζετο πρόσταγμα, ὃ τῷ μηχανορράφῳ τούτῳ ἐδόκει. ἐντεῦθεν κατηγορίαι καὶ ἀπαιτήσεις ἀθῴων καὶ ἀκατακρίτων ἀνδρῶν καὶ τίσεις ἀχρεωστήτων, καὶ κρίσις τῷ δημοσίῳ τὸ πλέον, οὐ τῷ δικαίῳ βραβεύουσα, ἀφ᾽ ὧν δημεύσεις καθολικαί τε καὶ μερικαί, κατηγορίαι συχναί, καὶ πίστις εὐθὺς ἀπαραλόγιστος, καὶ τῶν πασχόντων θρῆνος ἐλεεινός, καὶ τῶν γυμνουμένων κωκυτὸς ἀφόρητος καὶ πολύδακρυς. ἀλλὰ τούτων οὕτω γυμνουμένων θεήλατός τις ὀργὴ τὴν ἑῴαν κατείληφε. τῶν γὰρ πρὸς Διογένην εἰρηνικῶν συμφώνων ἀργῶν μεινάντων καὶ ἀπράκτων, θυμῷ συνεχόμενοι οἱ Τοῦρκοι ἐφ᾽ οἷς, ὃν αὐτοὶ C ὡς ἐχθρὸν εἰληφότες καὶ ὑποχείριον πάσης κομιδῆς καὶ τιμῆς ἠξιώκασι καὶ τῇ ἰδίᾳ ἐπικρατείᾳ αὖθις ἀποκατέστησαν, οἱ οἰκεῖοι μανιωδῶς ὡς ἐχθρῷ προσενεχθέντες ἀσπόνδῳ, ἃ παρ᾽ αὐτοῖς ἐχρῆν αὐτὸν παθεῖν, οἱ γνωστοὶ καὶ συγγενεῖς καὶ τοῖς τῆς εἰρήνης νόμοις ἀγόμενοι διαπεπράχασι καὶ οἰκτίστῳ καὶ ἐπωδύνῳ θανάτῳ παραδεδώκασιν (ὑπήλγουν γὰρ αὐτῷ καὶ οἱ ἀλλότριοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν δεινῶν καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς ἀπαρηγόρητον), ἄραν-

13 ἴσ. γινομένων margo P

reddidisset. sed et imperatoris patruum Ioannem Caesarem submovit et fratris filio ipsique imperatori suspectum effecit. et omnes prorsus maxime familiares ut inimicissimos calumniatur, omnesque imperatoris benevolentia privat, ac totum adolescentulum sibi regem subiicit. atque illud omnibus pro imperatoris edicto habebatur quodcunque huic machinatori videretur. hinc accusationes et frequentes delationes eorum qui indicta causa damnarentur, et poenae minime debitae, et iudicium saepius ad voluntatem vulgi quam iuste prolatum. unde bonorum publicationes tum universorum tum singulorum, crebrae accusationes et fides statim temeraria, eorum qui patiebantur miserabilis lamentatio, et spoliatorum luctus intolerabilis et multae lacrimae. verum his ita spoliatis divinitus quaedam immissa ira Orientem invasit. nam cum pacis foedus erga Diogenem violaretur atque irritum esset, ira perciti Turci, propterea quod quem ipsi ut inimicum captum et in suam potestatem redactum omni cura et honore dignati fuerant propriumque ei imperium restituerant, sui erga ipsum furiose ut inimicum minime conciliatum se gesserant, et quae ab ipsis illum pati oportuerat, amici et cognati in pace praesertim degentes in illum perpetraverant et miserabili ac luctuosa morte affecerant (nam externi quoque ob multitudinem calamitatum ipsius et infortunium vix consolabile summopere dolebant), e Per-

τες ἐκ Περσίδις παμπληθές, ὡς μηδενὸς ὄντος τοῦ κωλύοντος,
D τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστρατεύουσι θέμασι, καὶ ταῦτα κατελυμήναντο,
οὐ σποράδες ἐπιφοιτῶντες ὡς τὸ πρίν, καὶ φυγάδες αὐτόχρημα,
μᾶλλον δὲ ὡς δεσπόται τῶν προστυχόντων κατακυριεύοντες. ταῦτα
διενωτιζόμενος ὁ βασιλεύων, συναγείρων στρατόπεδον ἱκανόν,
στρατηγὸν αὐτοῦ ἐφίστησι τὸν Κομνηνὸν Ἰσαάκιον. συνίστησι
δ᾽ αὐτῷ καὶ Ῥουσέλιον τὸν Λατῖνον μετὰ Φραγγικοῦ συντάγματος,
εἰς τετρακοσίους Φράγγους ἀναβαίνοντος. ἐν τῷ Ἰκονίῳ δὲ τοῦ
στρατοπέδου γενομένου παντός, φιλονεικίας συμβάσης τινὸς ἀπο-
στατεῖ τηνικαῦτα ὁ Ῥουσέλιος προφανῶς, καὶ τοὺς Φράγγους
παραλαβὼν ἑτέραν ἐτράπετο, καὶ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ ἐπι-
P 847 τρέπει θελήματι. ἀνελθὼν δὲ εἰς Μελιτηνήν, Τούρκοις περι-
τυχὼν ἀριστεύει, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπεισπεσών. τὸ δὲ λοιπὸν
στράτευμα τῇ Καισαρέων παραβάλλει. σκεψάμενος δὲ καὶ ὁ
Κομνηνὸς τοῖς ἐναντίοις προσβαλεῖν ἐξ ἐφόδου, προήει μὲν [ὡς]
διὰ τῆς νυκτός, ὡς ἀπαρασκεύοις ἂν ἐπιπέσοι αὐτοῖς, τὸ δ᾽ ἐναν-
τίον πάσχει τῆς οἰκείας βουλῆς· ἐμπαρασκεύοις γὰρ καὶ ἡτοιμα-
σμένοις ἐντυγχάνει αὐτοῖς. συρρήγνυσι δὲ τούτοις καὶ μὴ βουλό-
μενος, καὶ ἡττᾶται εὐθύς, καὶ αἰχμάλωτος αὐτίκα γίνεται. ἁλί-
σκεται δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ χάρακι ἅπαντα, πολλῶν μὲν Ῥωμαίων
πεσόντων, ζωγρίᾳ δὲ ληφθέντων τινῶν, πλειόνων δὲ τὴν σωτη-
B ρίαν εὑραμένων φυγῇ. τῆς δὲ φήμης τὸν βασιλέα καταλαβούσης
ἔδοξε μέν τι σκυθρωπὸν παθεῖν, οὐ μὴν δὲ παντάπασι τῶν πολι-
τικῶν ἀδικημάτων καὶ τῶν κοσμικῶν ἀπέσχετο ταῖς τοῦ Νικηφό-

side cum omnibus copiis profecti nullo obvio impedimento in Romanas regiones invadunt, easque vexarunt, non dispersi accedentes ut prius, et exsules statim, sed potius ut domini eorum in quae inciderant. haec audiens imperator coacto idoneo exercitu ducem ei praeficit Isaacium Comnenum, eique collegam tradit Ruselium Latinum cum Francica legione quadringentorum Francorum numero. cumque Iconium pervenisset omnis exercitus, exorta quadam contentione Ruselius aperte rebellans, secum Francos adducens, in aliam partem iter arripuit, data suis venia quo vellent abeundi. cum vero ad Melitenem pervenisset, in Turcos repente invadens superior evadit, et reliquam exercitus partem ad Caesaream appellit. Comnenus quoque meditatus in hostes repente impetum facere progrediebatur nocte, quasi imparatos ipsos aggressurus: sed aliter atque opinatus fuerat ei accidit. incidit enim in ipsos compositos et paratos, et invitus cum ipsis congressus superatur et illico capitur. omnia quoque quae intra vallum erant, corripiuntur, multis interfectis Romanis, vivis quibusdam captis: plures autem sibi fuga salutem quaesivere. cumque fama ad imperatorem pervenisset, visus est tristior et dolore affectus. non tamen omnino ab inferenda civibus iniuria neque a nefariis rebus sese abstinuit, quod Nicephori monitis pa-

ρου ὑποθημοσύναις· μὴ ἔχων γὰρ φύσιν διαγνωστικὴν καὶ ἕξιν διακριτικὴν καὶ ἐγρηγορυῖαν, πᾶν τὸ προσταττόμενον παρὰ τοῦ Νικηφόρου ἐποίει ὥσπερ ἀνδράποδον. ἔκτοτε οὖν ἀδείας λαβόμενοι οἱ τὴν ἑῴαν κατατρέχοντες Ἀγαρηνοὶ οὐκ ἐπαύοντο καθ' ἑκάστην κεραΐζοντες καὶ ταύτην καταλυμαινόμενοι. ἀλλαξαμένου δὲ τοῦ Ἰσαακίου τὴν αἰχμαλωσίαν χρημάτων πολλῶν καὶ βαλαντίου ἁδροῦ, αὖθις στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης προχειρίζεται, ὃς διαπεραιωθεὶς καὶ μέχρι τοῦ Δορυλαίου προϊὼν C ἄρας ἐκεῖθεν πορρωτέρω πεπόρευται, καὶ μέχρι τῆς γεφύρας τοῦ Ζόμπου κατέλαβε. πρὸ δὲ τοῦ περαιωθῆναι τὸν Σαγγάριον ἀφικνεῖται ὁ Ῥουσέλης ἐκ τοῦ Ἀρμενιακοῦ σπουδῇ πολλῇ καὶ στρατοπεδείαν ἐκεῖσε πήγνυσι. πέμψας δ' ὁ Καῖσαρ ὡς καθὰ προσκρούσαντι καὶ ἐξαμαρτόντι, εἰ γνωσιμαχήσοι καὶ τὸν οἰκεῖον ἐπιγνοίη δεσπότην, συμπάθειαν καὶ ἀμνηστίαν κακῶν ἐπηγγέλλετο. φρυαξαμένου δὲ τοῦ βαρβάρου οἷα ἐπὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ καὶ τῷ πολέμῳ θαρροῦντος καὶ τῷ πλήθει τῶν σὺν αὐτῷ ἐρειδομένου, ἄπρακτος ἡ πρεσβεία ἐδείχθη καὶ κενή· διὸ καὶ πολέμῳ κριθῆναι D τὸ πᾶν ἔδοξε. διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ συστράτηγος αὐτοῦ Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης μετὰ τῆς λοιπῆς πληθύος αὐτίκα πρὸς πόλεμον τῷ Ῥουσελίῳ προσέβαλε. μὴ ἐνεγκόντων δὲ τῶν Ῥωμαίων τὴν τῶν Φράγγων ἐπίθεσιν, φυγὴ γίνεται παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ ἁλώσιμος ὁ Καῖσαρ τῷ Ῥουσελίῳ καθίσταται καὶ ἄλλοι πολλοί, τοῦ Βοτανειάτου μόνου φυγόντος σὺν ὀλίγοις τισίν. ἐγεγόνει τοίνυν ὁ Ῥουσέλιος ἐκ τούτου μέγας καὶ δια-

reret. cum enim eo esset ingenio ut discernere non posset facile, neque ea mente esset ut vigilaret, omne quod imperabatur a Nicephoro faciebat quasi mancipium. ex eo tempore igitur licentiam nacti Agareni Orientis regionem percurrentes non desistebant eam vexare atque vastare. cum autem Isaacius multis sese pecuniis redemisset et pleno marsupio, statim summus dux Ioannes Caesar declaratur; qui cum transisset usque ad Dorylaeum, profectus inde ulterius progressus est, et usque ad Zompi pontem pervenit. sed antequam Sangarium transiret, advenit Ruselius ex Armeniaco multo studio, et ibi castra locat. cumque misisset Caesar legatos tanquam ad eum qui offendisset atque peccasset, si mutato consilio se proprium dominum agnosceret, veniam et malorum oblivionem promisit. fremente vero barbaro veluti eo qui propriis manibus et bello fidebat et suorum multitudine nitebatur, legatio re infecta et inanis rediit. iccirco praelio de summa rerum decertandum statuit. igitur Caesar cum fluvium transisset, et collega ipsius Nicephorus Botaniates cum reliquo exercitu, statim praelio cum Ruselio congressus est. non sustinentibus autem Romanis Francorum impetum, omnis exercitus in fugam vertitur, et a Ruselio Caesar capitur aliique multi; solus Botaniates cum paucis quibusdam fugit. ex eo tempore

βόητος τῷ μεγέθει τοῦ κατορθώματος. χωρῶν δὲ κατευθὺ τοῦ Βυζαντίου τὸν Καίσαρα εἶχε σιδηρόδετον καὶ πολλοῖς ἀνιαροῖς ἐπαντλούμενον καὶ λυπηρῶν κύμασιν ἀλλεπαλλήλοις βαλλόμενον.
P 848 ὡς δὲ προσηγγέλθη καὶ τοῦτο τὸ οἰκειακὸν ἀτύχημα τῷ βασιλεῖ καὶ ἡ τοῦ Φράγγου ἐπιδημία τοὺς πάντας ἐξέπληξε, πολλή τις ἀθυμία καὶ μέριμνα κατεῖχεν αὐτόν τε καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας. τὴν ἐξ ἐκείνου οὖν ὁδοιπορίαν διηνεκῶς ὁ Ῥουσέλιος ἐπαγόμενος μεθ᾽ ἑαυτοῦ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Μαλέσην Βασίλειον, ἄρτι τῆς σὺν τῷ Διογένει αἰχμαλωσίας ἀπολυθέντα, κατασκηνοῖ ἐν Χρυσοπόλει, καὶ ταῖς ἐκεῖσε οἰκίαις ἐνῆκε τὸ πῦρ, καὶ πολλὴν ἀνήγειρε τοῖς ἐποίκοις τὴν βοὴν καὶ τὸν κωκυτόν. καταμαλάξαι δὲ σπεύδων ὁ βασιλεὺς τὴν τοῦ βαρβάρου θρασύτητα ἀξίωμά τε
B ὑπισχνεῖται δοῦναι αὐτῷ κουροπαλάτου, προσεπιπέμπει δὲ καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα. μεταπέμπεται δὲ καὶ Τούρκους κατ᾽ αὐτοῦ λαθραίως, πολλαῖς ὑποσχέσεσι πείθων τὸν Ῥουσέλιον καταγωνίσασθαι. ὁρῶν δὲ οὗτος ἑαυτὸν ἀσθενῆ πρὸς τοσαύτην πληθύν, ἀπολύσας τῶν δεσμῶν τὸν Καίσαρα ἀναγορεύει βασιλέα, εὐφημίαις μεγαλοπρεπέσι καὶ διατόροις τὸ κράτος αὐτῷ συγκαταστησάμενος. μήπω δὲ τῆς φήμης ἁπλωθείσης μηδὲ πλατυνθείσης τῆς τοῦ Καίσαρος ἀναρρήσεως, καὶ διὰ τοῦτο μήτε στρατιωτῶν προσχωρησάντων, ἐξαίφνης περὶ τὸ ὄρος τὸν Σόφωνα πληθὺς
C Τουρκικὴ παραφαίνεται, πέντε ἢ καὶ ἓξ χιλιάσιν εἰκαζομένη. καὶ αὐτίκα ὁ Ῥουσέλιος ἐξήρτυε τὰ πρὸς πόλεμον. ἀνέστελλον δὲ τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ὅ τε Καῖσαρ καί τινες τῶν ἐξοχωτέρων, ὡς ἂν δια-

magnus Ruselius et celebris evasit prosperi successus magnitudine, rectaque Byzantium contendens Caesarem vinctum habebat, multis afflictum malis et fluctibus calamitatum subinde succedentium exagitatum. ubi autem hoc quoque domesticum infortunium imperatori nuntiatum fuit et Franci adventus omnes deterruit, ingens sollicitudo et cura animos omnium occupavit et ipsius imperatoris. Ruselius igitur inde profectus, secum adductis Caesare et Basilio Malese, qui nuper a captivitate cum Diogene liberatus fuerat, in Chrysopoli tabernaculum collocat, et aedificia quae illic erant igne incendit. quo facto ingentem excitavit clamorem et luctum indigenarum. imperator autem mollire studens barbari audaciam, pollicetur ei curopalatae honorem, et insuper ad eum mittit uxorem et liberos. sed clam contra ipsum Turcos accersit, multis pollicitationibus persuadens ut Ruselium debellent. videns autem iste se imbecillem adversus eiuscemodi multitudinem, Caesarem e vinculis liberatum imperatorem declarat, laudibus magnificis et claris celebrans, eique imperium tribuit. nondum autem divulgata fama neque dilatata Caesaris declaratione, et iccirco neque milites concurrerant, statim ad montem Sophonem manus Turcica apparet, quae videbatur quinque aut sex milium. atque e vestigio Ruselius se ad praelium comparavit. verum illius impetum coercebant et Caesar et quidam ex prae-

γνοῖεν πρότερον τὴν πληθὺν ὁπόση τις εἴη τῶν φανέντων. μὴ ἐνεγκών, ἀλλ' ἀδοξίαν ἄκραν ἡγούμενος εἰ πρὸς ἓξ ἢ δέκα χιλιάδας ἀμφιγνωμονεῖ ὁ Ῥουσέλιος, σὺν πολλῇ ῥύμῃ τοῖς ἐναντίοις ἐπῆλθε μετὰ τῶν Φράγγων. ἔπεσον οὖν τῶν Τούρκων πολλοί, μηδενὸς τῶν Φράγγων κενὸν τὸ δόρυ ἐσχηκότος, οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. τῆς διώξεως δὲ ἐπὶ πολὺ γενομένης παρὰ τὸ εἰθισμένον αὐτοῦ, καὶ ταῦτα δι' ὀρέων ἀβάτων καὶ δυσδιεξιτήτων, ἔλαθε τοὺς πλείους τῶν σὺν αὐτῷ ἀπολιπὼν ὀπίσω, αὐτὸς δὲ μετὰ D βραχέων τινῶν ὑπολειφθεὶς καὶ τοῦ Καίσαρος ἐν ἵπποις κεκμηκόσι τῷ συνεχεῖ τῆς διώξεως καὶ ἐπιτεταμένῳ. οὕτω δὲ ἔχοντι ἀνεφάνη πλῆθος ἕτερον Τούρκων ἄπειρον, εἰς ἑκατὸν χιλιάδας ποσοῦσθαι στοχαζόμενον. περιστοιχισθεὶς οὖν πάντοθεν καὶ ἄκων αὐτοῖς προσρήγνυται μετ' ὀλίγων πάνυ τῶν περὶ αὐτόν. ἀντέσχον μὲν οὖν οἱ Τοῦρκοι, ἔπεσον μέντοι καὶ τότε πολλοί. ὅμως κυκλωθέντες ὑπὸ τοσούτου πλήθους ἑκηβόλοις τοῖς βέλεσιν, ἀποβαλόντες τοὺς ἵππους καὶ πεζοὶ ὑπολειφθέντες σύμπαντες οὕτως ἐνέδωκαν. πίπτουσι δ' ὅμως πολλοί, καὶ Τοῦρκοι δὲ δεκάκις τοσοῦτοι. ἁλίσκεται δὲ ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ῥουσέλιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. οἱ δὲ τῶν Φράγγων ὑπολειφθέντες εἰς τὸ τῆς Μεταβολῆς φρούριον P 849 συμφυγόντες μετὰ τῆς τοῦ Ῥουσελίου γυναικὸς δι' ἐπιμελείας ἐποιοῦντο τὴν τούτου φυλακὴν καὶ συντήρησιν. οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν μὲν Ῥουσέλιον ποδοκάκῃ ἀσφαλισάμενοι, τὸν Καίσαρα ἄνετον

9 κεκμηκότος P

stantioribus, ut prius dignoscerent quanta esset hostium vis. sed ille haud sustinens, quin potius loco summae ignominiae ducens, si adversus sex aut decem milia pugnam Ruselius cunctaretur, multo impetu in hostes cum Francis invasit. cecidere igitur ex Turcis plures, cum Francorum nemo hasta inani usus esset. reliqui in fugam coniecti sunt. cum vero diutius persequeretur, praeter id quod consueverat, praesertim per inaccessos atque invios montes, non animadvertit a tergo se suorum plures reliquisse. ipse autem cum paucis quibusdam relictus, et Caesare inter equites defatigato continua et longa hostium insectatione, incidit in eam calamitatem quam mox dicemus. nam in ipsum ita laborantem altera Turcorum infinita manus, fere centum mille, quantum coniectura assequi poterant, invasit. undique igitur circumventus vel invitus cum hostibus congreditur, cum paucis admodum quos circum habebat. igitur restitere Turci, et tamen multi tunc quoque ex ipsis cecidere. verum enimvero circumventi a tanta multitudine telis, quae longe iaciebantur, amissis equis, pedites omnes relicti ita cesserunt. attamen multi cadunt, et Turci decuplo plures. capiuntur Caesar et Ruselius et qui cum ipso erant. ex Francis autem qui relicti fuerant fuga ad Metaboles oppidum se recepere, una cum Ruselii uxore, quod summo studio servabant. Turci vero Ruselium compedibus vinctum

εἶχον καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἦγον τιμῇ. τοῦ δὲ τιμήματος τῶν ἑαλωκότων ἐπιζητουμένου ἔσπευδε μὲν ὠνήσασθαι τοῦτον ὁ βασιλεύς· ἐπικατέλαβε γὰρ καὶ ὁ Μαλέσης ἄρτι ἀπολυθεὶς παρὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ αὐτίκα εἰς ὑπερορίαν στέλλεται δημεύσει τε καθυποβάλλεται, αἰχμαλωσίαν αἰχμαλωσίας τῆς σὺν τῷ Διογένει τὴν τοῦ Ῥουσελίου καὶ δήμευσιν καὶ ἐξορίαν τούτων ἀνταλλαξάμενος,
B ἀλλήα τοῦ Ῥουσελίου γυναικί, σπουδῇ πολλῇ τοῦτον ἐλυτρώσατο. ὅθεν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως σταλέντες τὸν Καίσαρα μόνον λυτρωσάμενοι ἀνθυπέστρεψαν. ἐν δὲ τῇ Προποντίδι γενόμενος, εὐλαβηθεὶς μή ποτε ὡς ἀποστάτης καὶ ὕποπτος νομισθεὶς πάθῃ τι φαῦλον καὶ ἀνήκεστον, τὴν κοσμικὴν ἀποβαλόμενος ἐσθῆτα τὴν τρίχα κείρεται καὶ τὰ μοναχῶν ἀμφιέννυται, καὶ οὕτως ἐν εὐτελεῖ τῷ σχήματι τοῖς βασιλείοις παρέβαλεν. ἐξ ὧν ἁπάντων οἱ εὖ φρονοῦντες τὴν θεομηνίαν συνελογίζοντο, καὶ ὅπως αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐκπεπολέμωται διὰ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν καὶ ἐνταλμάτων παρόρασιν καὶ ἀθέτησιν, ἃς καίπερ ἑαυτοῖς συνεπιστάμενοι εἰς πολέμους μεγάλους καὶ κινδύνους, μὴ πρότερον τὸν θεὸν ἱλεωσάμενοι, τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις εἰσάγουσι, καὶ πάσχοντες κακῶς
C καὶ ἡττώμενοι ἀφειδῶς αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσι τῆς τοῦ θείου νεμέσεως. οἱ δὲ πάλαι Ῥωμαῖοι οὐχ οὕτω ποιοῦντες τὰς φοβερὰς ἐκείνας καὶ ᾀδομένας στρατηγίας κατώρθουν, ἀρετῆς δὲ καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγάπης καὶ ἀληθείας ἀντιποιούμενοι, καὶ ἁπλῶς πᾶν καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὡς δυνατὸν μετερχόμενοι· διὸ καὶ τὸ θεῖον συμπαρῆν αὐτοῖς, καὶ παντὶ τρόπῳ τοὺς ἐναντίους κατηγωνίζοντο.

asservantes, Caesarem autem solutum in honore habebant. cumque exigeretur captivorum pretium, studebat imperator eum redimere: nam paulo ante Maleses quoque absolutus a Caesare statim in exsilium missus est publicatis bonis, Ruselii captivitatem cum captivitate Diogenis et publicationem et exsilium commutans. verum Ruselii uxor ipsum redemerat. quare missi ab imperatore Caesare solum redempto rediere. cum vero ad Propontidem pervenisset, veritus ne forte ut rebellis et suspectus aliquid mali et eiuscemodi cui remedium adhiberi non posset sustineret, deposita veste usitata capillisque detonsis monachorum habitum induit, et ita vili indumento ad regiam se recepit; ex quibus omnibus sanae mentis homines divinam iram ratiocinabantur, et quemadmodum deus ipsis inimicus effectus fuerat propter divinorum mandatorum ac praeceptorum violationem et contemptum, quorum sibi conscii ad ingentia bella et pericula non prius placato divino numine Romanas copias adducunt, et cum male afficiantur semperque vincantur, non tamen ullum divinae indignationis percipiunt sensum. antiqui vero Romani non ita facientes immensas illas et prosperas pugnas edebant, sed virtutem et iustitiam et caritatem et veritatem profitentes, et omnino omnia honesta et bona pro viribus tractantes; quare etiam divinum numen illis aderat, et omnibus modis hostes debellabant.

Εἰσελθόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἔδοξε μὲν ὁ κρατῶν ἠνυκέναι τὸ πᾶν, ἠνιᾶτο δὲ τῇ τοῦ Ῥουσελίου ἀστοχίᾳ· τὴν γὰρ τῶν ὁμογενῶν ἀπώλειαν καὶ τὴν ὑφαίρεσιν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ σφάττεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς καὶ δουλοῦσθαι τὰς κώμας καὶ τὰς χώρας ἀφα- D νίζεσθαι ἐν δευτέρῳ ἐτίθετο. ὁ δέ γε Ῥουσέλιος ἄρας ἐκ τοῦ τῆς Μεταβολῆς φρουρίου μετὰ τῶν ὑπολελειμμένων Φράγγων στρατιωτῶν καὶ τῆς συνεύνου καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ διὰ μέσης τῆς χώρας ἀτρέπτως ἐβάδιζε, καὶ τὸ θέμα τῶν Ἀρμενιακῶν καταλαβὼν τοῖς προτέροις αὐτοῦ κάστροις ἀποκατέστη, κἀκεῖθεν ἐκδρομὰς κατὰ τῶν Τούρκων ποιούμενος ἀπεῖρξεν αὐτοὺς τῶν κατὰ τοῦ τοιούτου θέματος ἐφόδων. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνωτιζόμενος ταῦτα μᾶλλον ἐνόμιζε συμφέρον τοὺς Τούρκους ἔχειν τὰ Ῥωμαίων ἢ τὸν Ῥουσέλιον χωρεῖσθαι ἐν τόπῳ ἑνί, παρὰ τοῦ Νικηφόρου πρὸς τοῦτο νυττόμενος καὶ διεγειρόμενος. στέλλει P 850 τοίνυν τινὰ τῶν εὐπατριδῶν, τὴν μὲν ἡλικίαν νέον, δραστήριον δὲ ἄλλως καὶ ἐχέφρονα, τὸν πρόεδρον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν, ὃς ἐν τῷ ἄστει τῆς Ἀμασείας γενόμενος ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. ὁ δὲ Ῥουσέλιος συνθήκας καὶ φιλίας μετὰ τοῦ τῶν Τούρκων ἐξάρχοντος θέμενος συνῆλθε τούτῳ ἐψιλωμένος στρατιωτῶν ὡς ἤδη συνήθης καὶ ἐθάς. ἐν μιᾷ δὲ συνδειπνῶν αὐτοῖς ἁλίσκεται καὶ δεσμώτης ἀποδείκνυται· ἀπατᾶν γὰρ Ῥωμαίους ἐνωμότως παρὰ τοῖς Τούρκοις ὅρος καὶ λόγος ἐνδόσιμος καὶ ἀλογοθέτητος. τοῦτον ὤνιον πολλῶν ὁ πρόεδρος Ἀλέξιος ὠνησάμενος ἐς βασιλέα ἀπάγει δέσμιον. παραδοὺς οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς βασανισταῖς ξεσμοῖς B

Ingresso autem Caesare, visus est qui imperabat omnia perfecisse. sed cruciabatur quod Ruselii consilium non successerat. nam cognatorum exitium, amissionem imperii, Christianos occidi, vicos comburi et regiones everti posteriora ducebat. Ruselius autem ex oppido Metaboles profectus cum iis Francis militibus qui relicti fuerant, et uxore ac liberis et bonis suis per mediam regionem sine metu ibat; cumque ad Armeniacorum regionem pervenisset, ad sua priora castra se recepit, et inde adversus Turcos excursiones faciens coercuit ipsos ne amplius in eam regionem irrumperent. audiens haec imperator praestare existimabat Turcos obtinere loca Romanorum quam Ruselium aliquo in loco permittere, ad hoc a Nicephoro instigatus ac stimulatus. mittit igitur quendam ex nobilibus civibus aetate iuvenem, sed alioqui strenuum atque prudentem, praesidem Alexium Comnenum, qui cum pervenisset Amasiam, ibi rei exitum exspectabat. Ruselius autem inita societate et amicitia cum Turcorum principe congressus est cum ipso sine militibus, ut consueverat. verum quadam die cum ipsis cenans capitur et devincitur: fallere enim Romanos etiam iureiurando interposito, apud Turcos solenne est, et venia dignum censetur: nec est quod quis periurium accuset. hunc multo pretio emptum praeses Alexius ad imperatorem vinctum perducit, quem traditum tortoribus bovinis nervis caedendum

ἀνηκέστοις διὰ βουνεύρων ὥς τινα δοῦλον δραπέτην ᾐκίσατο, καὶ εἰς ἕνα τῶν ζοφωδεστάτων ἐγκλείσας πύργων ἀτημέλητον εἶχεν ἀλύσεσι δέσμιον.

Ὁ δὲ λογοθέτης μέγα δυνάμενος, ὡς εἴρηται, παρὰ βασιλεῖ, ἄγων τε καὶ φέρων πάντα ἧπερ ἐβούλετο, τὴν τοῦ Ἑβδόμου μονὴν διὰ δωρεᾶς ἐξαιτησάμενος, πάντα κτήματα καὶ πᾶσαν σχεδὸν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ ἔσπευδε προσκυρῶσαι αὐτῇ καὶ προσόδοις ἀφθόνοις ἐμπλατῦναι, σκεπτόμενος ἐκ μοχθηρίας οἰκειοῦσθαί τε τὸν βασιλέα καὶ παρακερδαίνειν τὰ μέγιστα τῆς ἀβελτηρίας αὐτοῦ
C καὶ τῷ ὀνόματι τῆς μονῆς πλοῦτον ἐπικτᾶσθαι ὑπερφυῆ. πορι-μώτατος δὲ ὢν εἰς κακίαν, εἴπερ τις ἕτερος, καὶ τοῦ κερδαλέου χάριν μηδενὸς δυσφήμου ὀνόματος ἀπεχόμενος, φούνδακα ἐν τῇ Ῥαιδεστῷ καὶ μονοπωλεῖον συνεστήσατο, κωλύσας καὶ ἀπείρξας τοὺς πωλοῦντας ἅπαντας, τὸ βασιλικὸν δὲ μόνον πρατήριον ἐμηχανήσατο· παρὸ καὶ λιμὸν ἐπραγματεύσατο μέγιστον καὶ τῶν πώποτε μνημονευομένων ἀπανθρωπότατον, ὡς καὶ τῷ βασιλεῖ ἀντ' ἐπωνυμίας γενέσθαι αὐτόν, καὶ ἀπὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοῦ προγονικοῦ γινώσκεσθαι τοῖς μετέπειτα· Μιχαὴλ γάρ τις εἰπών, εἰ μὴ προσθείη καὶ τὸν Παραπινάκιον, οὐκ ἂν γένοιτο συντόμως
D γνωριμώτερος, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκιον τῷ νομίσματι πιπράσκεσθαι.

Τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἰνδικτιῶνος ια', τὸ τῶν Σέρβων ἔθνος, οὓς δὴ καὶ Χροβάτας καλοῦσι, τὴν Βουλγαρίαν ἐξῆλθε καταδουλωσόμενον. τὸν δὲ τρόπον ἄνωθεν ἀνα-

ut fugitivum aliquem servum flagris intolerabilibus cruciavit, et in obscurissimam turrim inclusum contemptui habebat catenis vinctum.

Logotheta autem plurimum potens, ut dictum est, apud imperatorem, omnia pro arbitrio moderans, Hebdomi monasterium sibi donari petens, omnes possessiones et omnem fere quantam sol cernit regionem studuit sibi vindicare et copiosis proventibus dilatare, cogitans improbitate sibi amicum imperatorem facere, et maxima lucrari ob eius simplicitatem, ac nomine monasterii ingentes divitias adipisci. et cum esset maxime idoneus ob versutiam, si quis alius, ad lucrandum, et quaestus gratia nulli parcens infamiae, officinam in Rhaedesto et monopolium instituit, prohibens et coercens omnes vendentes; solumque imperatoris forum venale machinatus est. ex quo maximae famis auctor fuit, et eorum quae unquam meminerint homines crudelissimae, ita ut inde imperator cognomentum invenerit, a quo magis quam a maiorum suorum nomine posteris est cognitus: nam si quis dicat Michael, neque addat Parapinacius, haud statim cognoscitur, eo quod tunc modius numismate venderetur, sed pinacio minus, qui medimni quadrans est.

Primo autem imperii ipsius anno, indictione undecima, Servorum gens, quos etiam Chrobatas vocant, exiit ut Bulgariam in servitutem

λαβὼν διηγήσομαι. Βασιλείου γὰρ τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα τὴν Βουλγαρίαν ὑπηγάγετο, μὴ θελήσαντός τι νεοχμῆσαι τῶν ἐθίμων αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς σφετέροις ἄρχουσί τε καὶ ἤθεσι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ὁρίσαντος διεξάγεσθαι, καθώς που καὶ ἐπὶ τοῦ Σαμουήλ, ὃς αὐτῶν ἀρχηγὸς ἐγένετο, ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον τὸ ἔθνος τετάρακτο, τὴν ἀπληστίαν μὴ φέρον τοῦ ὀρφανοτρόφου, ὅτε τὸν P 851
Δολεάνον ἑαυτῶν βασιλέα ἐπευφήμησαν, περὶ ὧν κατὰ μέρος δεδήλωται ἄνωθεν, ἀπέβλεψε δὲ καὶ νῦν πρὸς ἀποστασίαν. τὴν γὰρ τοῦ Νικηφόρου μὴ φέρον ἀπληστίαν καὶ ἃ κατὰ πάντων αὐτῷ μεμηχάνητο, οὐδενὸς ἐπιστρεφομένου τοῦ βασιλέως, ταῖς παιδαριώδεσι δὲ παιδιαῖς μόνον προσανέχοντος, οἱ κατὰ τὴν Βουλγαρίαν προέχοντες ἀξιοῦσι τὸν Μιχαηλᾶν ἀρχηγὸν ὄντα ἐπαρῆξαι αὐτοῖς καὶ συνεργῆσαι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὡς ἂν αὐτὸν βασιλέα Βουλγαρίας ἀνακηρύξωσι καὶ τῆς ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖεν καταδυναστείας καὶ βαρύτητος. ὁ δὲ ἀσμένως ὑπακούει αὐτῶν, τριακοσίους τε τῶν ἑαυτοῦ ἀπολεξάμενος καὶ τῷ οἰκείῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ τῷ καὶ Βοδίνῳ ὀνομαζομένῳ παραδοὺς B
εἰς Βουλγαρίαν ἐξαποστέλλει. ἔξεισιν οὖν εἰς τὰ Πρισδιάνα, ἔνθα συναθροισθέντες οἱ ἐν τοῖς Σκοπίοις προέχοντες, οἷς ἔξαρχος ἦν Γεώργιος ὁ Βοϊτάχος, τοῦ τῶν Κομχάνων γένους καταγόμενος, βασιλέα Βουλγάρων αὐτὸν ἀνεκήρυξαν, Πέτρον ἀντὶ Κωνσταντίνου μετονομάσαντες. ὅπερ ἀκούσας ὁ ἐν Σκοπίοις διέπων τὴν ἀρχὴν τοῦ δουκὸς Νικηφόρος ὁ Καραντηνός, τοὺς ὑφ' αὐτὸν

redactura: quomodo vero, altius ipse repetens enarrabo. nam cum Basilius imperator, eo tempore quo Bulgariam subegit, nollet aliquid innovare eorum quae ipsi usitata erant, verum praefinisset ut a suis principibus regeretur suisque moribus degeret, quemadmodum item imperante Samuele, qui dux ipsorum fuit . . . . . . iam igitur et prius natio perturbata fuerat, quod non ferret orphanotrophi avaritiam, quando Doleanum suum regem declararunt, quae sigillatim superius demonstrata sunt. et nunc quoque ad rebellionem spectavit: neque enim ferebat Nicephori avaritiam, et quae contra omnes ipse machinatus fuerat, nihil curante imperatore, sed solis puerilibus ludis occupato. Bulgariae principes Michaelem suum praefectum petunt sibi opem ferre et opitulari, sibique tradere filium, ut ipsum Bulgariae regem declarent, et a Romanorum imperio et crudelitate eum vindicent. ille autem libenter ipsis obtemperabat, delectisque e suis trecentis, et suo filio Constantino, cui Bodino cognomen erat, traditis, in Bulgariam eum mittit. exit igitur ad Prisdiana, ubi coacti proceres qui in Scopiis erant, quorum princeps erat Georgius Boitachus, a Comchanis originem ducens, Bulgarorum regem ipsum declararunt, Petrum pro Constantino mutato nomine vocantes. quod quidem audiens is qui Scopiis ducis imperium administrabat, Nicephorus Carantenus, cum suis ducibus quos habebat, ad Pris-

στρατηγοὺς παραλαβὼν ἄπεισιν εἰς τὰ Πρισδίανα μετὰ τῶν Βουλγαρικῶν δυνάμεων. ἐν ὅσῳ δὲ οὗτος τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξήρτυεν, ἐπικατέλαβε διάδοχος αὐτοῦ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνός. C ἑνωθεὶς τοίνυν μετὰ τοῦ Καραντηνοῦ, πολλά τι κερτομήσας αὐτόν, καὶ ἐς ἕκαστον δὲ τῶν σὺν αὐτῷ στρατηγῶν ἐμπαροινήσας οὐκ ὀλίγα καὶ ὡς ἀνάνδρους μυκτηρίσας αὐτούς, συνταξάμενος συμβάλλει τοῖς Σέρβοις εὐθέως. καὶ γίνεται μάχη φρικτὴ καὶ τροπὴ τῶν Ῥωμαίων φρικωδεστέρα· πίπτουσι γὰρ πολλοὶ ἔκ τε Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ζωγροῦνται δὲ πλεῖστοι καὶ αὐτὸς ὁ δοὺξ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνὸς ὅ τε λεγόμενος Προβατᾶς καὶ ὁ Λογγιβαρδόπουλος καὶ ἕτεροι συχνοὶ σὺν αὐτοῖς. ἐλήφθη δὲ καὶ ἡ παρεμβολὴ ἅπασα, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων διασκύλευσις γίνεται. D ἐντεῦθεν ἀναίδην οἱ Βούλγαροι τὸν Βοδίνον βασιλέα ἀναγορεύουσιν, ὡς εἴρηται, Πέτρον μετονομάσαντες. διχῇ τε διαιρεθέντες οἱ μὲν μετὰ τοῦ Βοδίνου εἰς τὸν Νίσον ἀπήεσαν, οἱ δὲ Πετρίλον τινὰ τὰ πρῶτα παρὰ τῷ Βοδίνῳ φέροντα παραλαβόντες κατὰ τῶν ἐν Καστορίᾳ Ῥωμαίων ἀπίασιν· ἐκεῖσε γὰρ διατετειχίσθαι τὴν πόλιν οἱ τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντες, ὡς εἴρηται, ὅ τε τῆς Ἀχρίδος στρατηγὸς Μαριανὸς καὶ ὁ τῆς Διαβόλεως ὁ πατρίκιος καὶ ἀνθύπατος Θεόγνωστος ὁ Βούρτζης, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὁ ἐν Καστορίᾳ στρατηγῶν. μεθ᾽ ὧν καὶ ὁ Βορίσης Δαβὶδ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἵτινες δεδιότες τὴν ἐκ τῶν ἰθαγενῶν Βουλγάρων ἀπειλὴν ὡς εἰς κρησφύγετον τὴν Καστορίαν συνέφυγον. καταλαβὼν οὖν ὁ Πετρίλος τὴν Καστορίαν μετὰ πλήθους Βουλγάρων ἀμυθήτου

mercenarios debellantes. capiunt autem imperatorem Michaelem, qui ad palatia in Blachernis fugerat cum Augusta Maria ex Alanis suoque filio Constantino Porphyrogenito, et ad monasticam vitam traducunt ad Studii monasterium, cum vili iumento transmissum, cum annos sex imperasset, eodem sabbato quo a fidelibus miraculum Lazari celebratur. et constituunt praefectos qui continenti imperent, quin etiam drungarium classis creant.

Cum in hoc statu praeter omnem exspectationem versarentur res urbis et imperator abdicatus esset imperio, Botaniates fiducia plenus Byzantium contendebat, quasi sine sanguine accepturus summum imperium, tametsi ipse ad pugnas et praelia paratus erat, et milites quos habebat cohortabatur ut prompti ac parati essent. Nicephorus autem logotheta, et eius morum studiosus David, ad vesperam erupere, et ad Ruselium in Heraclea commorantem perveniunt, et deo sacrificia in quibus gratias ageret de hostium victoria peragentem. cives vero cum tribus diebus palatia sine imperatore servassent, literis Botaniatem ut quam celerrime veniret urgebant; qui cum adhibita celeritate Praenetum pervenisset, unum ex iis qui cum ipso erant, virum generosum et strenuum in rebus gerendis, misit, Borilum suum familiarem, qui palatia occupavit, ac paulo post ipse quoque ingreditur eadem magna tertia

γάλην τρίτην, καὶ ταῖς τοῦ πατριάρχου χερσὶ τῷ βασιλικῷ ταινιοῦται διαδήματι. φιλοτιμησάμενος δὲ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ ἔν τε δώροις καὶ κτήμασι καὶ ἀξιώμασι, καὶ τοὺς Τούρκους δὲ ἐσκηνωμένους κατὰ τὴν Χρυσόπολιν φιλοφρονησάμενος, τῶν ἄλλων D πραγμάτων τῆς βασιλείας ἐφήψατο. πάσας δὲ τὰς δημοσιακὰς ὀφειλὰς ῥιζόθεν ἀπέτεμεν, οὐ μετὰ προσδιορισμοῦ ἀλλὰ συλλήβδην πάντων τῶν χρόνων ὁμοῦ, ὡς μηδ' ὄνομα τούτων ἢ μνήμην εὑρίσκεσθαι ἢ μνημονεύεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὁ Βρυέννιος ἐκτὸς ὢν τὰ τῆς ἑσπερίας ἐκύκα καὶ συνεκλόνει, στέλλεται πρὸς αὐτὸν πρεσβεία βασιλικὴ ἀπαγγέλλουσα μεθέσθαι μὲν τὴν ἄλογον ὁρμήν, τὴν δὲ τοῦ Καίσαρος λαβόντα τύχην στῆναι τὴν ὄρεξιν. ἐπεκύρου δὲ καὶ τὰς τιμὰς τοῖς σὺν αὐτῷ ἀποστατήσασιν. ὁ δὲ ἄτεγκτος ἦν καὶ ἀτεράμων καὶ ὑπερήφανος καὶ τῆς βασιλείας μὴ ἐξιστάμε- P 863 νος μηδὲ τῶν πρωτείων παραχωρῶν, ὧν οὐκ ἦν κύριος. στέλλεται καὶ δευτέρα πρεσβεία πρὸς αὐτόν, καὶ γέγονεν ἄπρακτος. ἐπὶ ταύτῃ δὲ καὶ τρίτη πρεσβεία φοιτᾷ, σταλέντος Ῥωμανοῦ πρωτοπροέδρου καὶ μεγάλου ἑταιρειάρχου Στραβορωμανοῦ. οὐδ' ἐκείνην οὖν δέχεται, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τὸν ἄνδρα ἀτίμως δέχεται, καὶ οὐδ' ὡς ἐκ βασιλέως ἀλλ' ὑποστρατήγου τινὸς ἀποσταλέντα· καίτοι ἱερὸν εἶναι σῶμα ὁ πρέσβυς λελόγισται καὶ παρὰ τοῖς ἀπίστοις αὐτοῖς ὡς εἰρήνης μεσίτης καὶ διαλλάκτης τῶν μαχομένων καὶ πολεμικὰς περιστάσεις ἀποσοβῶν. ἔπεσε δὲ τηνικαῦτα ἀπὸ ταυτομάτου καὶ ἡ τοῦ Βρυεννίου σκηνή, τοῦ ὀρόφου ταύτης παραλυ-

11 στῆσαι?

die, et patriarchae manibus imperatoris diademate coronatur. omnesque suos donis et possessionibus prosecutus atque honoribus, et Turcos item ad Chrysopolim commorantes benigne amplexus, alias res ad imperium pertinentes aggressus est, omneque publicum aes alienum sustulit radicitus, non praescripto aliquo tempore, sed comprehensis simul omnibus temporibus, ita ut neque nomen ipsius aut memoria reperiretur. sed cum Bryennius foris res Occidentis perturbaret et commoveret, mittitur ad ipsum ab imperatore legatio, quae denuntiaret ut a temerario incepto desisteret et accepta Caesaris dignitate cupiditatem comprimeret, et eorum qui cum ipso defecerant honores ratos esse comprobaret. sed ubi adduci non potuit, et in proposito permanebat, atque superbus imperio minime cedebat, neque principatu, cuius minime compos erat, mittitur item altera legatio, quae itidem re infecta rediit. postquam etiam tertia advenit legatio, misso Romano primo praeside et magno hetaeriarcha Straboromano, neque illam admittit, sed potius hominem ignominiose accipit, non tanquam ab imperatore sed quasi a ducis alicuius legato missum, quamvis sacrosanctum corpus legati habetur vel apud infideles ipsos quasi pacis proxeneta et pugnantium conciliator bellicarumque seditionum depulsor. tunc etiam fortuito cecidit Bryennii tabernaculum, tecto ipsius a manibus quae videri nequibant

B θέντος ἀοράταις χερσί. γέγονε δὲ καὶ ἔκλειψις τῆς σελήνης, ἥτις εἰς αὐτὸν ἐπέσκηψεν, ἐπεὶ καὶ πεφύκασιν ὡς ἐπίπαν τὰ τοιαῦτα τυραννούντων καθαιρέσεις δηλοῦν, καθὼς οἱ περὶ τὴν τῶν ἀστέρων ἀδόλεσχον ματαιότητα καταγινόμενοι τερατεύονται. ἐπανελθόντος οὖν τοῦ Στραβορωμανοῦ καὶ τῆς πρεσβείας ἀπράκτου μεινάσης, ἔργων πολεμικῶν ὁ βασιλεὺς εἴχετο καὶ ἐπ' αὐτὸν συνέταττε τὸ στράτευμα, καὶ θαρρῶν τὴν αὐτοῦ κατάλυσιν προηγόρευσε· τὸ γὰρ ᾀδόμενον στοιχεῖον τοῦ Ν ἁπλοῦν μόνον καὶ οὐ διπλοῦν τοῖς ταῦτα φοιβάζουσιν ἐσκοπεῖτο. καὶ δὴ καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσας ἕνα τῶν εὐπατριδῶν τὸν νωβελίσσιμον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν, μέγαν αὐτὸν δομέστικον προβαλόμενος, ὃς τὸν Ῥουσέλιον C εὐμηχάνως τὸ πρὶν ἐχειρώσατο, κατὰ τοῦ Βρυεννίου ἀφίησι, φρονήσει καὶ διανοίας σταθηρότητι γεραρὸν καὶ πρὸς κινδύνους πολεμικοὺς ἑδραῖόν τε καὶ ἀπερικτύπητον· ὃς δὴ τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς κατὰ τοῦ Βρυεννίου ἐβάδιζε, καὶ πρὸς τόπον Καλαβρύην ἐπονομαζόμενον διαναπαύων τὸν στρατὸν ἔμαθε παρὰ τῶν σκοπῶν ὡς ὁ Βρυέννιος ἐγγίζει πανστρατιᾷ τῆς Μεσύνης ἀπαναστάς. καὶ αὐτίκα ὁ νωβελίσσιμος Τούρκους τοὺς ἑαυτοῦ ἀπολεξάμενος ἀφικέσθαι μὲν ἄχρι τοῦ Βρυεννίου ἐκέλευσεν, ἐπίδειξιν δὲ ποιησαμένους μόνην πάλιν ἐπαναστρέψαι πρὸς αὐτόν· αὐτὸς δὲ D λόχους ἐν ἐπικαίροις θέμενος, καὶ τὰ κατὰ τὸν στρατὸν ὡς ἄριστον ἐδόκει διαταξάμενος, ἔμενε τὴν τοῦ Βρυεννίου ἐπέλευσιν. φανέντων δὲ τῶν σημείων τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν, καὶ ἀλαλαξάντων ἑκατέρων τὸ ἐνυάλιον, πόλεμος συνέστη κρατερός. ὡς

everso. accidit item lunae defectio, quae ad ipsum respexit, siquidem haec consuevere ut plurimum tyrannorum eversiones praesignificare, quemadmodum ii qui in astrorum nugaci vanitate versantur declarant et vaticinantur. reverso igitur Straboromano re infecta, bellica munia aggressus est imperator, et adversus ipsum instruxit exercitum, ac fiduciae plenus illius demolitionem praedicavit. celebratum enim elementum N simplex tantum et non duplex a vatibus spectabatur. atque etiam ducem praeficiens unum ex illustribus, nobilissimum Alexium Comnenum, magnum ipsum domesticum declarans, qui Ruselium ingeniose prius subegerat, adversus Bryennium mittit, prudentia et mentis stabilitate venerandum et ad pericula bellica firmum et intrepidum; qui cum suis copiis adversus Bryennium profectus, et in loco quodam Calabrya nomine quiescere iusso exercitu, didicit ab exploratoribus Bryennium a Mesene profectum cum omni exercitu appropinquare. statimque nobilissimus Turcos a se delectos iussit usque ad Bryennium pervenire, ac tantum ubi se ostendissent, ad se reverti. ipse autem opportunis in locis collocatis insidiis, instructoque ut sibi optime videbatur exercitu, Bryennii morabatur adventum. cum vero signa apparuissent utriusque exercitus, et classicum clamore sublato utrique cecinissent, initum est

δὲ ἑώρα ὁ Βρυέννιος τῶν ἑαυτοῦ ταγμάτων τὴν ἧτταν καὶ τὸ τεθορυβημένον καὶ σφαλερόν, τὰς κρατίστας τῶν σὺν αὐτῷ δυνάμεων συνηλικῶς αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα ἐκρότησεν. ἀπεκρούσαντο δὲ τὴν τούτου ὁρμὴν οἱ τοῦ βασιλέως. φιλοτιμουμένων δὲ ἀλλήλων περὶ τῆς νίκης καταπληκτική τις ἡ μάχη καὶ φόβου μεστὴ γέγονεν. ὁ δὲ Κομνηνὸς σύνθημα δοὺς P 864 τοῖς ἐν τοῖς λόχοις διαναστῆναι καὶ τοῖς ἐναντίοις μεθ' ὁρμῆς βιαίας εἰσβαλεῖν, τροπὴν τοῦ Βρυεννίου εἰργάσατο καρτεράν. ἑάλω μὲν οὖν ὁ Βρυέννιος ζῶν, ἔπεσον δὲ καὶ συχνοὶ τῶν αὐτοῦ, ἑάλωσαν δὲ οὐχ ἥττονες, καὶ μᾶλλον οἱ τῶν ἄλλων προέχοντες. ὁ δὲ Βρυέννιος ληφθεὶς τῆς τοσαύτης ἀπονοίας πρόστιμον τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ὑφίσταται πήρωσιν, πολλὰ μετακλαυσάμενος τῆς δυσβουλίας ἑαυτόν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἀγγελίαν δεξάμενος τῷ θεῷ καὶ τῇ αὐτοῦ μητρὶ τὰς εὐχαριστίας ἀνέθετο.

Ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐν Βυζαντίῳ παρὰ τῶν Βαράγγων. τοῦ γὰρ Βρυεννίου ἀποστατήσαντος καὶ τῶν ἐκτὸς Βαράγγων ὁμοφρονησάντων αὐτῷ, οἱ ἐν τῷ παλατίῳ Βάραγγοι B ἕνα τινὰ ἑαυτῶν ἐπιλεξάμενοι πρὸς τοὺς ὁμοεθνεῖς ἀποστέλλουσιν, ἀξιοῦντες ἀφεῖναι μὲν τὸν ἀποστάτην φρονῆσαι δὲ τὰ βασιλέως. γνωσθεὶς δὲ καὶ κρατηθεὶς ἐτασθείς τε σφοδρῶς πᾶσαν ἀνεκάλυψε τῶν μηνυθέντων τὴν δήλωσιν, στερεῖται δὲ καὶ τῆς ῥινός, παρὰ τοῦ Ἰωάννου ταύτην λωβηθείς. ὅθεν καὶ μὴ πράως ἐνεγκὼν τὴν ὕβριν ἣν πέπονθεν ὁ βάρβαρος ἀναιρεῖται τὸν Ἰωάννην ἐξιόντα τοῦ

16 ἀποστήσαντος P 23 ἀναιρεῖ μὲν? an τε?

acre praelium. cumque cerneret Bryennius suarum legionum cladem et perturbationem atque periculum, assumptis secum optimis copiis ipse per se certamen de summa rerum sustinebat, et strenue munus obibat; cuius conatum imperatoris milites propulsarunt. cum vero de victoria utrique ambitiose contenderent, horribilis quaedam pugna et metus plena conflata est. Comnenus autem signo dato iis qui in insidiis erant ut erumpentes in hostes violento impetu invaderent, auctor fuit ut Bryennius profligaretur. captus est igitur Bryennius vivus, plures ex ipsius militibus occubuere, et haud pauciores capti, et qui aliis praestabant. Bryennius autem captus tantae dementiae poenas sustinuit oculorum amissionem, multum secum lugens ac conquerens de suo pessimo consilio. qua de re certior factus imperator deo atque eius matri gratiarum actiones persolvit.

Occiditur etiam frater ipsius Byzantii a Barangis: nam cum Bryennius defecisset et cum eo Barangi qui extra erant conspirassent, Barangi in palatio delectum unum ex suis ad suos gentiles mittunt, petentes ut relicto perduelli ad imperatorem accederent. sed cognitus et detentus graviterque examinatus omnia quae sibi indicata fuerant aperuit. cui Ioannes ob hoc offensus nares amputat. quare haud aequo animo contumeliam hanc ferens barbarus Ioannem e palatio exeuntem occidit,

παλατίου, μαχαίραις ἐθνικαῖς κατακόψας αὐτόν. ἐπανέστησαν δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ οἱ Βάραγγοι, καὶ διαχειρίσασθαι αὐτὸν ἔσπευδον. ἀντιταξαμένων δὲ τούτοις τῶν τοῦ βασιλέως εἰς ἱκετείας C ἐτράποντο, καὶ τὸν βασιλέα ἐξιλεωσάμενοι συγγνώμης ἔτυχον.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τελευτησάσης τῆς Βερδηνῆς ἅμα τῇ ἀναρρήσει ἀναγορευθείσης καὶ αὐτῆς, ἑτέραν ἠγάγετο. πολλαὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἐμνηστεύοντο· Ζωή τε γὰρ ἡ τοῦ βασιλέως τοῦ Δούκα θυγάτηρ, παρθένος οὖσα καὶ τῷ εἴδει εὐπρεπής, ἀλλὰ καὶ τῶν συγκλητικῶν θυγατέρες πολλαί, ὥραν ἔχουσαι γάμου· ὁ δὲ μίαν ᾑρεῖτο τῶν δύο, ἢ τὴν τοῦ Δούκα σύζυγον καὶ αὖθις τοῦ Διογένους Εὐδοκίαν ἢ τοῦ ἔναγχος βασιλεύοντος Μιχαὴλ Μαρίαν τὴν ἐξ Ἀλανῶν. στέλλει γοῦν ληψόμενος τὴν Εὐδοκίαν· ἡ δὲ ἠκολούθει περιχαρῶς. ὅπερ γνοὺς ὁ τηνικαῦτα ἐπ' D ἀρετῇ διαβεβοημένος μοναχός, ὃν δὴ καὶ πανάγιον ἀντ' ἄλλου παντὸς ἐκάλουν ὀνόματος, παντὶ τρόπῳ διακωλύειν ἐσπούδασε τὸ ἀτόπημα, πολλῶν ὑπομνήσας αὐτὴν τῶν δυναμένων κωλῦσαι τῆς προθυμίας. ἄγεται τοίνυν τὴν Μαρίαν ἀπηρυθρασμένως ὁ βασιλεύς, καὶ ἱερολογεῖται αὐτῇ, καὶ παραυτίκα καθαιρεῖται ὁ ἱερεὺς ὡς προφανοῦς μοιχείας τετελεσμένης. ὁ δὲ Μιχαὴλ τὴν τρίχα κειράμενος ψήφῳ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν μητροπολιτῶν χειροτονεῖται Ἐφέσου ἀρχιερεύς. ἅπαξ μέντοι μόνον ἐν ἐκείνῃ ἐφοίτησε, καὶ ὑποστρέψας ἔμεινεν ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ, χερσὶν ἰδίαις ἐργαζόμενος. ἐτιμήθη δὲ διαφερόντως ὑπὸ τοῦ μετὰ ταῦτα βα-

gentili gladio ipsum percutiens. in imperatorem quoque Barangi insurrexerunt, eumque occidere studebant. verum cum se illis opposuissent imperatoris milites, ad preces conversi placato imperatore veniam consecuti sunt.

Imperator autem vita functa eius uxore Berdena, quae una cum ipso regina declarata fuerat, aliam duxit: multae enim ipsi despondebantur, Zoe imperatoris Ducae filia virgo et forma decora, et senatorum filiae multae aetate iam nubiles. sed ille unam e duabus petebat, vel uxorem ducis ac rursus Diogenis Eudociam, vel Michaelis, qui nuper regnaverat, Mariam ex Alanis. mittit igitur qui sibi adducerent Eudociam, quae cum summa voluptate sequebatur. quo cognito monachus, qui tunc summa cum virtute vixerat, quemque pro alio quovis nomine sanctissimum vocabant, omnibus modis studuit impedire absurdum hoc facinus, multa ei in memoriam redigens quae ipsam ab hac cupiditate reprimere possent. ducit igitur Mariam omni pudore remoto imperator, et cum ipsa sacrilegio coniungitur, statimque sacerdos abdicatur ut aperto commisso adulterio. Michael autem detonsis capillis sententia patriarchae et metropolitarum Ephesi archiepiscopus deligitur. semel tamen ad ipsam urbem accessit, et reversus in Manuelis monasterium ibi mansit, suis manibus elaborans. egregie vero cultus est ab Alexio

σιλεύσαντος Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐφ' οὗ δὴ καὶ ἐκοιμήθη, τὴν P 865 ἑαυτοῦ σύζυγον Μαρίαν μετὰ τὴν τοῦ Βοτανειάτου καθαίρεσιν μοναχὴν γενομένην συμπαθείας τῶν εἰς αὐτὴν ἐπταισμένων ἀξιώσας ἐν τῇ τελευτῇ.

Ὁ δὲ πρωτοπρόεδρος Νικηφόρος ὁ Βασιλάκιος τὸ Δυρράχιον καταλαβὼν στρατὸν ἤθροιζεν ἐκ πασῶν τῶν ἐκεῖσε χωρῶν, μετεπέμψατο δὲ καὶ Φράγγους ἐξ Ἰταλίας διὰ τοῦ ἐπισκόπου Διαβολέως Θεοδοσίου, φιλοτίμοις ταῖς ἀξιώσεσι κατὰ τοῦ Βρυεννίου συσκευαζόμενος. συναγηοχὼς δὲ στρατιὰν ἀξιόλογον ἔκ τε Φράγγων καὶ Βουλγάρων Ῥωμαίων τε καὶ Ἀρβανιτῶν, ἄρας ἐκεῖθεν πρὸς Θεσσαλονίκην ἠπείγετο. ἀφιγμένος δὲ εἰς Ἀχρίδας ἠβούλετο μὲν ἐκεῖσε ἀναγορευθῆναι, σπουδῇ δὲ τοῦ ἐκεῖσε ἀρχιερατεύοντος B ἐκωλύθη. ἐν δὲ Θεσσαλονίκῃ γενόμενος ἐπληροφορήθη τὴν τοῦ Βοτανειάτου ἀναγόρευσιν, καὶ δουλικὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλε γράμματα, ἐν τῷ λεληθότι τὰ τῆς ἀνταρσίας διεπράττετο, συνεργὸν ἔχων πρὸς τοῦτο τόν τε λεγόμενον Γυμνὸν καὶ Γρηγόριον τὸν Μεσήμαρ καὶ τὸν Τεσσαρακοντάπηχυν. προσεκαλεῖτο δὲ καὶ τοὺς Πατζινάκους εἰς συμμαχίαν. ὁ βασιλεὺς δ' ὡς ἔγνω τὸν τούτου σκοπὸν καὶ τὴν προαίρεσιν, χρυσοβούλλῃ γραφῇ τὸ ἀμέριμνον αὐτῷ περιποιησάμενός τινα τῶν οἰκείων πρὸς αὐτὸν ἐξαπέστειλε, C παντὸς μὲν ἀπολύων δέους αὐτὸν καὶ νωβελισσίμου βραβεύων ἀξίωμα. ὁ δὲ τὰς ἐν χερσὶν εὐεργεσίας περιφρονήσας ἀνόνητα μετεκλαύσατο ὕστερον. διὸ καὶ στέλλεται κατ' αὐτοῦ ὁ νωβελίσ-

15 ἐν δὲ τῷ? 19 χρυσοβούλλῳ?

Comneno, qui postmodum imperavit, sub cuius etiam imperio diem suum obiit, suam uxorem Mariam, post Botaniatae abdicationem monacham factam, venia eorum quae in se admiserat in ipsa morte dignatus.

Nicephorus autem Basilacius primus praeses, cum Dyrrachium pervenisset, exercitum ex omnibus illis locis coegit. accersivit etiam Francos ex Italia per episcopum Diabolae Theodosium muneribus ac donis adversus Bryennium conciliatos. coacto autem idoneo exercitu ex Francis et Bulgaris Romanisque et Arbanitis, profectus inde ad Thessalonicam contendebat; cumque pervenisset Achridas, cupiebat ibi declarari, sed diligentia ac studio illius qui ibi archiepiscopus erat prohibitus fuit. Thessalonicae autem certior factus est de Botaniatae declaratione, et literas quidem ad ipsum misit, quibus se ei subiectum declarabat. verum clam contra eum nescio quid moliebatur, adiutore sibi ad hoc ascito quodam nomine Gymno et Gregorio Mesemero et Tessaracontapechy; accersivit item sibi Patzinacas in societatem. imperator vero ubi eius consilium cognovit et institutum, scripto aureo diplomate, quo ipsum ab hoc incepto averteret, quendam ex familiaribus ad ipsum misit, qui omni eum metu liberans nobilissimi quoque dignitatem polliceretur. ille autem beneficia quae sibi in promptu erant aspernatus, postea deflevit incassum. et adversus ipsum mittitur nobilissimus Alexius, eo honore

σιμος Ἀλέξιος τιμηθεὶς σεβαστὸς μετὰ στρατιᾶς ἀξιολόγου καὶ ἱκανῆς. φρουρὰν οὖν ἐν τῷ περιθεωρίῳ τοῦ Βασιλακίου καταλαβὼν στρατηγὸν ἔχουσαν τὸν Γυμνόν, πολέμῳ τοῦτον ἀνήρπασε. προβιβάζων δὲ τὴν στρατιὰν ἄχρι Θεσσαλονίκης ἀπαθὴς διεσώθη κακῶν. ἔκ τινος δὲ διαστήματος τὸν χάρακα θεὶς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Βαρδαρίου, ἐκεῖσε τὸν στρατὸν διαναπαῦσαι ἐσκόπησεν. ὁ δὲ Βασιλάκιος τὴν νίκην κλέψαι ἀγωνιζόμενος, D ἐσκέψατο νυκτίλοχος ἐπιπεσεῖν αὐτῷ καὶ τοῦτον κατὰ κράτος ἑλεῖν καὶ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι παντελεῖ. τοῦ δὲ Γεμιστοῦ τὴν ἐπιβουλὴν καταμηνύσαντος τῷ σεβαστῷ, ἐφυλάξατο ταύτην αὐτός τε καὶ οἱ περὶ αὐτόν. ἐλάσας τοίνυν ὁ Βασιλάκιος δι᾽ ὅλης τῆς νυκτός, ἀπροόπτως τῷ δοκεῖν καὶ ἀδιαγνώστως, πολέμῳ χαλεπῷ περιέπεσε. κατὰ κράτος οὖν ἡττηθεὶς καὶ τῶν οἰκείων πλείστους ἀποβαλών, καὶ μᾶλλον τῶν Φράγγων, καὶ αὐτὸς δὲ τῷ δομεστίκῳ ἀντιταχθεὶς καὶ παρ᾽ αὐτοῦ καταπονηθεὶς εἰς τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἀκρόπολιν καταπέφευγεν, οἰόμενος τῷ ὀχυρώματι ἀποσοβῆσαι
P 866 τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἐπέλευσιν. ὁ δὲ σεβαστὸς μηδὲν μελλήσας τὴν ἅλωσιν τοῦ φρουρίου τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν προετρέψατο διὰ τάχους ποιήσασθαι· οἳ καὶ ἐνεργεῖς τὰς προσβολὰς ποιησάμενοι, τῶν Θεσσαλονικέων συμφρονησάντων αὐτοῖς, ταχὺ τούτου περιγίνεται καὶ τῆς ἀκροπόλεως ἐκυρίευσεν. ἁλίσκεται δὲ καὶ αὐτός, σιδηροῖς ἐμβάλλεται δεσμοῖς, καὶ τῷ βασιλεῖ ἀποστέλλεται δέσμιος. τῆς δὲ ἀγγελίας καταλαβούσης τὸν βασιλέα προστάξει αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται ἔγγιστα τῆς Χρυσοπόλεως· καὶ ἔκτοτε ὁ

affectus ut esset Augustus, cum idoneo exercitu. cum igitur praesidium Basilacii esse Peritheorii comperisset, cui praefectus erat Gymnus, praelio id ipsi eripuit, traiiciensque exercitum Thessalonicam omnium malorum expers ibi se recepit, et ex quodam intervallo constructo vallo trans fluvium nomine Bardarium ibi exercitum et castra locare decreverat. sed Basilacius victoriam praeripere contendens, cogitavit noctu per insidias in ipsum invadere et vi captum cum omni exercitu perdere atque omnino delere. verum cum insidias Gemistus indicasset Augusto, eas evitavit tum ipse tum qui cum eo erant. profectus igitur Basilacius per totam noctem improvisus et incognitus, quantum sibi videbatur, in difficile praelium incidit. igitur omnino victus, et pluribus ex suis amissis, praesertim ex Francis, et cum domestico praeliatus et ab ipso debellatus in Thessalonicae arcem confugit, existimans loci mutatione se prohibiturum Augusti impetum. Augustus autem nihil curans expugnationem oppidi, suos hortatus est ut quam primum impetum facerent. qui crebro et efficaci impetu facto Thessalonicensibus sibi consentientibus statim hostes superarunt; et Augustus arce potitus est. capitur autem ipse Basilacius, et in ferrea vincula coniectus ad imperatorem vinctus mittitur. huius rei nuntio ad imperatorem perlato, ipsius iussu ei oculi effodiuntur, proxime Chrysopolim, et ex eo tem-

τόπος ὠνόμασται βρύσις τοῦ Βασιλακίου. τούτου δὲ γενομένου ἤχθη ἐφ' ἁμάξης φόρτος ἐλεεινὸς καὶ δυστυχὲς καταγώγιον.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ στρατεύματα εἰς τὴν περὶ τὸν Βασιλάκιον ἠσχολοῦντο ἐκστρατείαν, Πατζινάκοι ἀναμὶξ Κομάνοις τῇ Ἀδριανουπόλει B ἐπῆλθον, ὀργιζόμενοι διὰ τὸ παρὰ τοῦ Βρυεννίου ἀναιρεθῆναί τινας αὐτῶν. πυρὰν οὖν ὑφάψαντες πολλὰ τῶν ἐκεῖσε οἰκημάτων κατέπρησαν, καὶ μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες ὑπέστρεψαν.

Ὡμολόγησε δὲ τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Φιλάρετος κουροπαλάτης ὁ Βραχάμιος πίστιν τῷ βασιλεῖ καὶ δούλωσιν. ἔν τισι γὰρ τόποις ὀχυροῖς τείχεσι καὶ ξυναγκείαις περιειλημμένοις τὴν οἴκησιν ποιούμενος, Ἀρμενίων τε πληθὺν καὶ συγκλύδων ἀνδρῶν συλλεξάμενος, τῷ μὲν προβεβασιλευκότι Μιχαὴλ ἀκαταδούλωτος ἦν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐπικράτειαν ἑαυτῷ οἰκειούμενος, τοῦ δὲ Βοτανειάτου C περιζωσαμένου τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα δοῦλος αὐτεπάγγελτος γέγονε.

Λέκας δέ τις ἀπὸ Παυλικιάνων Φιλιππουπόλεως ὡρμημένος ἐξ Ἐπιγαμβρίας ηὐτομόλησε τοῖς Πατζινάκοις, καὶ τούτοις συμφρονῶν τῇ Ῥωμαίων ἠπείλει τὰ φοβερώτατα. ἀλλὰ καὶ Δοβρομηρός τις ἐν Μεσημβρίᾳ διακυκῶν. καὶ τῷ βασιλεῖ ἀντᾶραι μελετῶντες, δείσαντες καὶ τοῖς τῶν ἄλλων σωφρονισθέντες κακοῖς, πρὸ τῆς πείρας δουλικῷ ζυγῷ τοὺς αὐχένας ὑπέκλιναν καὶ προσῆλθον ἱκέται αὐτόμολοι. τότε δὴ ὁ Λέκας τὸν ἐπίσκοπον Σαρδικῆς Μιχαὴλ τὰ τοῦ βασιλέως φρονοῦντα καὶ τὴν πόλιν αὐτὸ τοῦτο

pore locus ille appellatus est fremitus Basilacii; quo facto perductus est in curru onus miserabile et infelix ludus.

Interea vero dum exercitus in expeditione adversus Basilacium occupabatur, Patzinaci cum Comanis coniuncti Adrianopolim invasere, irati quod a Bryennio quidam ex ipsis interfecti fuerant. succensa igitur pyra multas ibi domos combussere, nullaque re memoratu digna gesta reversi sunt.

Professus est hoc anno etiam Philaretus curopalates Brachamius fidem et servitutem imperatori: in quibusdam enim locis muris munitis et convallibus comprehensis habitans coacta Armeniorum et advenarum multitudine, nunquam Michaeli, qui antea imperaverat, subiici voluit, et sibi regiam potestatem vindicaverat. verum cum Botaniates adeptus esset imperium, servus ultro ad eum accessit.

Lecas autem quidam a Paulicianis ex Philippopoli profectus, Epigambria ad Patzinacas transfugit, et cum his consentiens Romanis formidabilia minabatur. quin etiam Dobromiris quidam in Mesembria res perturbans. et uterque meditantes imperatori resistere, veriti, et aliorum malis edocti, ante conatum servili iugo cervices submisere, et ad eum ultro supplices accesserunt. tunc Lecas episcopum Sardices imperatoris studiosum, et civitatem ut hoc ipsum faceret adhortantem, occi-

ποιεῖν παραινοῦντα ἀνεῖλε, τὴν θείαν καὶ ἱερατικὴν στολὴν ἀμ-
D πεχόμενον. ἠξίωσε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πρὸ τοῦ Αὔγουσταν Εὐδοκίαν προνοίας μεγάλης. ἄρτι δὲ τῶν Τούρκων τὴν ἑῴαν κατατρεχόντων, στρατὸν ἀξιόχρεων συνηλικῶς στρατηγὸν αὐτοῦ ἐφίστησι Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα. καὶ αὐτίκα διαπεράσας νεωτερίζει κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεὺς αὐτίκα ἀναγορεύεται παρὰ τοῦ ἐν Χρυσοπόλει συνόντος αὐτῷ στρατιωτικοῦ πλήθους. ἀξιώσας δὲ περὶ τούτου ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εἰσακουσθείς, τοὺς μὲν δώροις καὶ ἀξιώμασι μειλιξάμενος, ἄλλους δὲ ἄλλον τρόπον μεταχειρισάμενος, λαμβάνει τοῦτον ἀναι-
P 867 μωτί, αὐτῶν τῶν ἀναγορευσάντων προδεδωκότων αὐτόν. ἀποκείρει γοῦν αὐτὸν μοναχὸν καὶ εἴς τινα νῆσον περιορίζει. λέγεται δὲ ὅτι καὶ εἰς πρεσβυτέρου ἀνήχθη βαθμόν.

Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνί, ἰνδικτιῶνος ιγ', κεραυνὸς ἐνσκήψας ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κίονι, οὗ ἄνωθεν ἡ στήλη αὐτοῦ ἵστατο, Ἀπόλλωνος οὖσα ἀφίδρυμα πρότερον, εἰς ὄνομα δὲ μετονομασθεῖσα, μέρος τι τούτου διέτεμε, καὶ ζωστῆρας τρεῖς, σιδηροῦς μὲν τὰ ἔνδον τὰ δὲ ἔξω χαλκοῦς, κατέκαυσε. τοῦ δὲ ἀρχιερέως τῆς Βουλγαρίας Ἰωάννου τελευτήσαντος ἐν τῇ τοῦ Βασιλακίου διόδῳ, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς προεβάλετο, Ἰωάννην καὶ αὐτὸν καλούμενον, Ἄοινον δὲ ὀνομαζόμενον διὰ τὸ μηδ' ὅλως
B μετέχειν αὐτοῦ. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ Ἀντιοχείας πατριάρχου κοιμηθέντος προεβάλετο ὁ βασιλεὺς τινα Νικηφόρον, Μαῦρον τὴν

17 τε] δὲ P

dit, sacram et sacerdotalem vestem indutum. magnam quoque curam gessit imperator Eudociae illius quae ante se fuerat Augusta. cum vero nuper Turci Orientem percurrerent, coacto idoneo exercitui ducem praefecit Constantinum Constantini Ducae filium; qui statim traiecto exercitu adversus imperatorem res innovat, et e vestigio imperator ab ea militari multitudine quae cum ipso erat Chrysopoli salutatur. cumque de ipso imperator voluisset nescio quid statuere, non exauditus, alios donis atque honorum pollicitationibus deliniens, alios alia ratione ab incepto abducens, ipsum sine sanguine accipit, proditum sibi ab iis qui eum imperatorem declaraverant. detondet igitur illum monachum, et in quandam insulam relegat. fertur etiam ad presbyteri gradum perductus.

Octobri autem mense, indictione decima tertia, fulmen magni Constantini columnam percussit, supra quam stabat ipsius columna, quae prius erat sedes Apollinis, deinde nomine ipsius appellata; et partem eius discidit, triaque vincula intus ferrea, extra aerea combussit. vita autem functo Ioanne Bulgariae archiepiscopo in transitu Basilacii, alium in eius locum imperator declaravit, Ioannem itidem nomine, qui Aoinus, id est abstemius, vocabatur, quod nunquam vinum gustaret. similiter mortuo Antiochiae patriarcha declaravit imperator quendam Nicephorum Mau-

ἐπωνυμίαν φέροντα. Σκοπίων δὲ δοὺξ προεβλήθη ὁ Καβασίλας Ἀλέξανδρος. Λέων δὲ ὁ Διαβατηνὸς εἰς Μεσημβρίαν ἀποσταλεὶς τὰ ἐκεῖσε ἦν διοικῶν καὶ μετὰ τῶν Πατζινάκων καὶ τῶν Κομάνων συμβιβάσεις καὶ σπονδὰς τιθέμενος. δέδωκε δὲ καὶ τὴν ἀνεψιὰν αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς τὴν Συναδηνήν, θυγατέρα οὖσαν Θεοδούλου τοῦ Συναδηνοῦ, τῷ κράλῃ Οὐγγαρίας εἰς γυναῖκα, οὗ καὶ τελευτήσαντος αὖθις εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπέστρεψε. καὶ χειροτονίας δὲ πολλὰς μητροπολιτῶν τε καὶ τῶν ἄλλως ἱερωμένων γεγόνασιν ἐπὶ C τῆς βασιλείας αὐτοῦ, μὴ ἔχουσαι τὸ ἀνεπίληπτον. ὁ δὲ βασιλεὺς λιτότητι καὶ ἁπλότητι συνειθισμένος κατ' οὐδὲν τοῦ οἰκείου ἐξέστη τρόπου. φιλοδωρότατος δὲ ἦν καὶ προετικὸς καὶ πᾶσιν ἑτοίμως ἐπικλινόμενος. ἦσαν δὲ τούτῳ δοῦλοι δύο, Βορίλος τε καὶ Γερμανός, οὐ κατὰ δούλους αὐτοῦ ὑπακούοντες, ἀλλὰ πᾶν τὸ αὐτοῖς βουλητὸν διαπραττόμενοι ἀνενδοιάστως· δι' οὓς καὶ φορτικὸς τοῖς ἐξοχωτέροις τῆς συγκλήτου ἐνομίζετο, δακνομένοις ἐφ' οἷς εἰς πάντας ἐπεδείκνυντο. ἐπεὶ δέ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἱστόρησεν, ὁ λογοθέτης τῷ Ῥουσελίῳ προσέδραμε καὶ παρὰ τούτῳ διῆγε κατασχεθείς τε πρὸς αὐτοῦ ἐτηρεῖτο, τὸν μὲν Ῥουσέλιον φαρμάκῳ ἀναιρεῖ, παρὰ δὲ τῶν ἐπιτηδείων τοῦ Ῥουσελίου τῷ Βοτανειάτῃ D προσαχθεὶς φρουρεῖται ἐν τῇ νήσῳ Πρώτῃ. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν εἰδότων ἀκριβῶς ὡς εἰ μόνον ἴδῃ αὐτόν, συμπαθείας τε τεύξεται καὶ εἰς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν προσληφθήσεται ὡς πολύπειρος, ἀμβλύτερον πρὸς ταῦτα τοῦ βασιλέως ἔχοντος, ὅπερ μὴ συμφέρον αὐτῷ οἱ περὶ τὸν βασιλέα λογιζόμενοι (ἔσεσθαι γὰρ αὐτὸν σκόλοπα

rum cognomento. Scopiorum autem dux delectus est Alexander Cabasilas. Leo vero Diabatenus in Mesembriam missus res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percusso foedere consensit. dedit item sororis suae filiam Synadenen, Theodulo Synadeno genitam, crali Ungariae uxorem, quo etiam mortuo rursus est Byzantium reversa. et alii multi metropolitae et sacri viri ipso imperante delecti sunt; qui omni reprehensione caruerunt. imperator autem frugalitati et simplicitati assuetus nulla ex parte a suis moribus declinavit. erat autem maxime promptus ad largiendum et liberalissimus et ad omnes propensus. erant ipsi duo servi Borilus et Germanus, qui non ei ut servi obediebant, sed quaecunque ipsis liberent, sine controversia peragebant; propter quos ille odiosus erat senatus principibus, qui aegre ferebant illorum in omnes facinora. ubi vero, ut superius declaratum est, logotheta ad Ruselium confugit et apud ipsum commoratus est, detonsusque ab ipso servabatur, Ruselium veneno interficit. sed a propinquis Ruselii ad Botaniatem perductus in Prota insula asservatur. cumque ii qui cum ipso erant optime nossent, si solum ipsum videret, fore ut veniam consequeretur, utpote qui multarum rerum usu praeditus esset, et imperator ipse ad res gerendas esset hebetior, qui cum imperatore erant haud conducere sibi existimantes (fore enim ipsum sibi impedimento

ἑαυτοῖς ὑπελάμβανον) ἀποστείλαντες τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην τὸν Στραβορωμανὸν ἀναιροῦσιν αὐτόν, παρὰ μὲν τοῦ βασιλέως προστεταγμένον ὂν περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων πυθέ- P 868 *σθαι μόνον αὐτοῦ καὶ μὴ περαιτέρω τούτῳ ἐνοχλῆσαι. ὁ δὲ ἅμα τῷ ἀφικέσθαι δεσμεῖ τε αὐτὸν καὶ ἐτάζει σφοδρῶς, ὃς δὴ καὶ ἐν τῷ ἐτάζεσθαι ἀφῆκε τὴν ψυχήν. καίτοι γε ὑπισχνεῖτο, εἰ μὴ ἐτασθείη, ὁμολογῆσαι ταῦτα καὶ ἀναδοῦναι· ἀλλ' ὥσπερ ἔφην, οὐ τοσοῦτον ἔμελεν αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ὅσον ποιῆσαι αὐτὸν ἐκποδὼν πρὸ τοῦ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν καὶ ὁμιλίαν τῷ βασιλεῖ. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ λογοθέτου τοιοῦτον ἔσχε τέλος.*

suspicabantur) misso magno hetaeriarcha Straboromano eum interficiunt; cui tamen ab imperatore id unum mandatum fuerat, ut de iis pecuniis quae ad regiam urbem pertinerent eum modo interrogaret, neque ulterius in rebus ei molestiam exhiberet. ille autem simulatque ad eum pervenit, vinciri iubet et acerbe torqueri, adeo ut in ipsis tormentis animam efflarit, quamvis promitteret, si non torqueretur, se et confessurum et redditurum ipsas pecunias. verum, ut dixi, non tantum ipsis curae erant regii thesauri, quantum efficere ut e medio tolleretur, priusquam in conspectum veniens imperatoris cum eo colloqueretur. et quae ad caedem logothetae pertinent hunc exitum habuere.

XYLANDRI ET GOARI

ANNOTATIONES.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

GULIELMI XYLANDRI AUGUSTANI
ANNOTATIONES IN CEDRENUM.

GEORGIUS CEDRENUS
IN OBSCURIORIBUS ILLUSTRATUS,
GULIELMUS XYLANDER
INTERPRES ET SCHOLIASTES EX PARTE EMENDATUS
ADDITIS POST OPUS EDITUM AB IACOBO GOARO I. S. NOTIS.

p. 3 v. 3. *Syncellus* dignitatis est seu officii nomen. ita appellabant eum qui patriarchae (sic crebro nuncupant Cpolitanae ecclesiae summum antistitem) defuncto successurus erat, quasi suffraganeus quidam. auctor noster in vita Constantini Monomachi, de bello Sultanico et Liparita capto agens; et est idem apud Zonaram. atque in Leone Iconomacho noster Anastasium Germani syncellum facit, in Leone Basilii filio Stephanum eius fratrem Photii, in Romano Lacapeno Theophylactum huius filium Stephani Ameseni; alios alibi. vox unde sit deducta, ut et multae aliae id genus, coniectu est difficile neque magnopere necessarium. quid si is sit qui in eadem cella cum eo degat cui sit successurus? in Michaelo Stratiotico mentio fit protosyncelli, quasi principem syncellorum dicas, Leonis Strabospondylae, qui tum in re publica primarius fuerit gerenda. id videtur aliquid ab aliis habere diversi. ego in his annotationibus ea tantum statui referre quae maxime necessaria videbantur. quam brevitatem pro excusatione accipient aequi lectores, si non ubique eos adiuvabimus. Xyl.

ibid. Syncellus primis temporibus, non alius quam contubernii societatis ac convictus particeps, successor nusquam erat, virtutis siquidem et eruditionis merito CP throni, sublato e vivis Tarasio,

successionem adeptus est Nicephorus confessor. plura de Syncello expetita suis locis exponentur; quaeque de illo, non plana licet et integra, probanda tamen Xylander rettulit, alibi commodius inserentur. Goar.

p. 3 v. 4. *Maximianum et Maximinum*] horum prior collega fuit Diocletiani, cognomento Herculeus, posterior ab eodem Diocletiano imperatore gener ac Caesar est adscitus. Cedrenus Maximianum vocat in ipsius historia. quidam *Maximianum* scribunt. nomen ei fuit Gallerio. tyrannos vocat, quod Christianis fuerunt iniqui. Xyl.

p. 4 v. 1. *Θεοφάνης*] hic Georgii Syncelli filium secutus ab eius fine principium historiae suae dedit, Theophili et Michaelis filius tempore, quo monasterii Agri praepositus decessit. Goar.

ib. v. 2. *τοῦ ἀπὸ γενικῶν*] sic etiam Zonaras eum vocat in inscriptione imperii eius, tomo tertio f. 99, paulo ante ea referens quae ego huc perspicuitatis gratia transtuli. est apud Suidam in *Ἀρτέμιος*, *γενικόν* vocari eum qui tributorum vel redituum rationes putat, *τῶν φόρων λογιστήν*. et in Basilio Macedone noster eius mentionem facit, ac ibidem non procul initio *γενικόν* loci nomen fuisse ostendit, ubi debitae publico seu tributi seu vectigalis nomine pecuniae exigerentur. alioqui creditur voce *λογοθέτης* cancellarius aut libellorum magister aut aliquid tale, designari: officii nomen utique est. fuit Nicephorus iste aequalis Caroli Magni. Xyl.

Ioannis Monachi nomine Zonaram alias intelligi notum est. Xyl. is mihi nonnullisque aliis est Zonaras. nomen, professio, scripta id evincunt. at repugnant illi qui Cedreno Zonaram habent posteriorem. unde? quod ulterius hic deduxerit narrationis filum. levius argumentum est: Cedrenus etenim opere nondum absoluto scribendo destitit. Goar.

De Niceta Paphlagone non habeo quod dicam: nam Choniates ille Phryx fuit, vel se ipso teste. Xyl. hunc cognomento Davidem vitae Ignatii patriarchae sanctissimi et rerum sui temporis (vivebat autem nono saeculo) fidelissimum scriptorem laudat Baronius. eundem Paphlagonem cognomine citat Meursius in Lexico. Goar.

ib. v. 3. *ὁ Σικελιώτης*] de Siculo isto nihil a me temere dictum volo: quod Possevinus Heidelbergensis Bibliothecae cod. 394 scribit, fideliter exscribo. *Ioannis Siculi Chronicon ab orbe condito usque ad imp. Michaelem Theophili F. praecipuas historias complectens. meminerunt eius Zonaras et Cedrenus.* haec ille. Goar.

ib. v. 4. *Ψελλός*] quis hic Psellus? non unus siquidem cognomine Psellus, sed plures, iidemque *τῶν φιλοσόφων ὕπατοι*, non *consules*, ut quidam rentur, sed supremi, quasi *ὑπέρτατοι*. primus Michael Leonis philosophi praeceptor eruditissimus et *ὑπέρτιμος*, quo celebriorem et antiquiorem, Baronio iudice, non reperias, de quo refert auctor p. 550. alter Constantinus, de quo p. 803.

priori quaedam historica adscribit Possevinus. ac cum sua tempestate Psellum scripsisse testetur curopalates, de posteriore sermonem ab auctore fieri penitus est indubium. Goar.

p. 4 v. 8. *οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι*] quos de nomine citat curopalates, Iosephus Genesius et Manuel Byzantius. Goar.

ibid. *Λέων ὁ Καρίας*] grammaticus cognomine, Romanae classis dux, novem imperatorum post Theophanem gesta conscripsit. latet adhuc in Regia bibliotheca. Goar.

ib. v. 9. *Augustanus*] Sebasteae natus. est autem *Σεβάστεια* Augusta, a *Σεβαστός* Augustus. utque Augustae multae fuerunt urbes in regionibus occidentalibus, ita Graeco nomine Sebasteae in Oriente fuerunt. nam et Samariam Herodes Sebasteam appellavit, ut Strabo testatur, et Sebasteam Cappadociae commemorat Plinius 6 3. Xyl. *Augusianus* nusquam dicendus (nisi forte Xylandro *Augustano*, Latine quidem, verum improprie loquenti) qui non *Augustae* natus, verum ecclesiae quae est in *Sebaste* praesulatum gessit. Goar.

ib. v. 10. *ὁ Κυζίκου Δημήτριος*] hic trito loquendi more Cyzici episcopus censeretur. num ille Cyzici Demetrius de quo narrat auctor p. 723 et 740, quique in Armenos Dioscori discipulos feliciter stilum exacuit? nullo scriptorum habito sermone reliquit incertum. Goar.

p. 5 v. 4. *πρωτοβεστιάριος*] literam B puto pro V consonante eum usurpasse, ut cum *Βάρρων*, *Βιργίλιος* scribunt Graeci, et similia. nam minus rectum esse *Οὐάρρων Οὐιργίλιος* vel hoc docet, quod numerus syllabarum augetur. neque doctos homines puto moris esse bestiis praefici; neque sane eruditi imperio in belluas aut honorantur aut delectantur. itaque suspicor *πρωτοβεστιάριον* nomen quidem esse officii, sed eum notare qui regio vestitui praeesset, quod cubiculariorum videtur hodie officium esse. neque est alienum dignitate ac commodo regis eos habere assidue sibi ad quoscunque usus praesentes qui sint literati. vestiariorum quidem infra mentio fit in 22 Iustiniani anno, *βεστιαριτῶν*, quorum incuria imperatoris corona fuerit amissa. et saepe ad res summas ac bestiario nequaquam committendas protobestiarii leguntur destinati, ut in nuptiis neptis Lacapeni imperatoris cum Petro Bulgariae principe est videre. nonnunquam ad rem gerendam, quod ex locis plurimis constat: quin etiam in Basilio Romani F protovestiarius Leo dictator imperatoria potestate creatur contra Sclerum. aliquando, quod est intimorum, ad insidias ipsi structas imperatori explorandas, ut in Leone Basilii F noster ostendit. et in Constantino Romani F protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum et accubitore, biglae drungario superior ostenditur. quodsi cui a vestitu deductum hoc nomen minus placet, is sciat *βεστιάριον* apud Choniatam *ἀντὶ ταμιείου* poni, pro cubiculo nimirum, ut, sicut dixi, hac quoque ratione intimorum ali-

quem administrorum designet. ad *ἐνδιδόναι* deest, opinor, participium, utpote *βουλόμενος* aut simile. Xyl. Ioannem istum eundem esse qui vulgo curopalata, probat nomen, confirmant scripta, auctor ipse Cedrenus non obscure suggerit. nomen in manifesto est: eius historia ab exitu Nicephori, a Michaelis videlicet cognomento Rancabis imperio, sumit exordium; nec est scriptorum hic memoratorum ullus a quo plura collegisse Cedrenus convincatur, qui compendiosam, qua graditur ille, viam secutus est; nec ad damnandam vel commendandam ullius memoriam, quod in illo laudat, manum ad scribendum se admovisse testatur. adversatur nihilominus, quod nemo facile non deprehendat, Scylitzae cognomen et officium curopalatae, a Thracesii et protovestiarii notatis hic non modico spatio dissita. at si patriae hic, alibi familiae nomen, nil quod secum oppositionem vehat producitur. officia vero quantumlibet varia diversitatem hominum non arguunt frequenter, cum is idem primo curopalata historiam texere, tum secutis annis ad protovestiarii dignitatem promoveri eoque titulo a Cedreno potuerit decorari. alienus quippe sum ego ab eorum coniectura, qui curopalatam Cedreno posteriorem affirmant. nam cum utriusque sit eadem narratio verbis, si pauca demas, iisdem contexta, hunc ex alio sua mutuari fuit necesse. memoratis autem in utriusque prooemio iisdem historiarum auctoribus, Ioannis Thracesii nomen et opera Cedrenus exprimit, cuius velut ipsius Cedreni apud curopalatam nulla mentio; quod argumento est Ioannem illum, quisquis fuerit, Cedreno, non curopalata priorem: alias quomodo curopalatae ignotus, si praecessisset? vel qua ratione a curopalata praevios historiae scriptores enumerante tum Ioannes ille, si foret alius, tum Cedrenus ipse sileretur, si Cedreni verba sigillatim secutus cunctos alios auctores ordine recenseret, horum nomina suppressa vellet ex invidia vel ex ignavia? satius itaque dicendum, Cedrenum aetate curopalatae supparem nondum absolvisse historiam, curopalatam vero ulterius deduxisse, et ex eo nec non aliis plura absque labore et immutato narrationis stylo, in suam synopsim Cedrenum integre et plagiario transtulisse. Goar.

p. 6 v. 2. *parva Genesi*] idem liber Apocalypsis Mosis nominatur, ut paulo post Cedrenus monet. huius etiam meminere Theodorus Metochites, Zonaras, Glycas et Syncellus. est autem apocryphus; quem non magno religionis et literarum detrimento prorsus interiisse, una cum Enochi Apocalypsi aliisque eiusdem farinae commentis, arbitror. qualis enim fuerit, satis ex iis quae inde proferuntur liquet. Zonaras principio suorum annalium prudenter eum *ἀποδιοπομπεῖται.* Iudaei magnam Genesim, magnum Leviticum etc. habent, in iisque miras nugas. quod de alimento sequitur, ad verbum reddidi. est autem prope hoc quod vulgato proverbio extulisset, se quasi praemansum in os nobis ingerere, compendio omnium aetatum historias tradentem. in quo tamen plura multo promittit quam praestare potuerit, ut in praefatione docuimus. Xyl.

p. 7 v. 4. *vigesimus nonus*] mihi religio fuit quicquam mutare, cum unico tantum uterer codice, et eo satis negligenter multis locis scripto. nam plures duodecim mensibus habuisse Aegyptios nemo, quod sciam, tradidit. annum aliquando iis menstruum, aliquando quadrimestrem fuisse, Plutarchus in Numa aliique, et Augustinus etiam de Civ. dei l. 15 meminit. sed haec antiquitus: post duodecim mensibus eum definivisse constat. ceterum Martium mensem ab Aegyptiis Phamenoth appellatum diserte testatur in Arateis Theon, quo loco poeta sphaerae primarios circulos describit. et Plutarchus novilunium mensis Phamenoth esse principium veris perspicue docet, περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Xyl.

ib. v. 11. *quinquies millesimo*] Nicephorus quoque in sua Chronologia ab origine mundi quinquies mille quingentos annos usque ad Christum numerat. verior autem et sacris literis demonstrata ratiocinatio docet Christum anno ab initio mundi 3963, anno ab u. c. 751 esse natum, inito iam anno imperii Augusti 42; id quod in Augusto Cedrenus quoque expressit. Xyl.

ib. v. 16. *nota*] semel illud ὅτι volui indicare in mea versione, deinceps omissurus. solent Graeci recentiores capitibus eorum quae aliunde collecta tumultuarie in suos commentarios transferunt, eam notam praefigere, sicut nos vulgo *item* vocabulum usurpamus. apud Suidam id est frequentissimum et apud Eustathium. Xyl. plura deinceps se omissurum pollicitus scholiastes, hoc quoque praecipuum omittit in observationibus, vocabulo ὅτι, contracto charactere in mss exemplaribus expresso ac in principio periodorum tumultuario congestarum semper praefixo, semel vel pluries aliud vocabulum σημείωσαι (ut ex eo, qua lecto qua subintellecto, cum alio ac sequentibus sensus integer habeatur: σημείωσαι ὅτι etc.) in margine respondere. num integre fideliterque tot particulas expunxerit interpres, aequus lector iudicabit. Goar.

ib. v. 17. *prima post sabbatum*] D. Augustinus ad Casulanum, epist. 86, citato loco de una sabbati, Actorum 20, una sabbati, inquit, tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur, quod in evangeliis apertius invenitur. nam dies resurrectionis domini prima sabbati a Matthaeo, a ceteris autem tribus una sabbati dicitur; quem constat eum esse qui postea dominicus appellatus est. haec ille. ante eum Iustinus Martyr διαλόγῳ πρὸς Τρύφωνα ita rem explicarat: *μία γὰρ τῶν σαββάτων πρώτη μένουσα τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τὴν κυκλοφορίαν ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὖσα μένει.* huc faciunt etiam quae Eustathius annotavit ad versum Iliad. π' 173, *τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ.* quae annotavi rudium causa, et ne cui temerarius viderer. Xyl.

ib. v. 19. νυχθήμερον verti *diem naturalem,* qui integra aequinoctialis revolutione absolvitur. Xyl. docte magis et clare literatus Allatius de mensura temporum cap. 3: *simile spatium est νυχθήμερον, quod*

scilicet elabitur interim dum sol exoriens vel obiens vel in meridie existens iterum ad ortum vel meridiem vel occasum revertitur. GOAR.

Africanus scriptor fuit ecclesiasticus, magni nominis. Eusebius citat de genealogia Christi ad Aristidem epistolam eius, 1 histor. Eccles. 6, et Augustinus 2 retract. et 7, et alii. Gotefridus Viterbiensis, qui historias conscripsit circa annum domini 1200, Iulii Africani Chronica sub M. Crasso scripta se habere affirmat. quod ego ab inepto homine profectum puto, qui cum legeret Marcum, Crassum adscripserit, crasso errore, qui praeter M. Crassum nullum Marcum sciret. quis enim non videt hoc ad Antoninum debere referri? sane sub Commodo floruisse Cedrenus noster alicubi tradit. Eusebius hist. Eccles. 6 31 sub Maximino eum innotuisse perhibet. Africani libros χρονογραφικῶν Eusebius de Praeparatione evangelica l. 10 citat, et alibi. ceterum locus est obscurus, cum Cedrenus νοητόν modo id dicat quod mente sola percipitur, modo id quod sub alio indicatur. mihi de his philosophari non libet, cum Basilii Ambrosii Augustini aliorumque de re hac exstent doctissimae disputationes. XYL.

p. 8 v. 1. *firmamentum*] hoc vocabulum Graecae voci στερέωμα videtur non pessime respondere. Cedrenus de caelo interpretatur: alii aërem intelligunt, cum quibus facit Abenezra Iudaeorum, ut aiunt, doctissimus, teste Kimchi in Ps. 19. et Thargum Hierosolymitanum pro voce cui στερέωμα respondet, רקיע Genes. 1 posuisse aërem, testis est Elias Thisbitae suo. sed meum non fuit quicquam mutare. *aridam* porro et *siccam* terram cognominari v. 6 usitatum est. epitheton loco substantivi positum nescio an inveniatur apud Latinos, nisi quis Virgiliana haec sic accipiat, *donec rostra tenent siccum*, Aeneid. 10, et alibi *exsilit in siccum.* Homerus quidem ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν dixit Iliad. ξ′ 308, terram et mare notans humidi et sicci vocabulo: est enim τραφερὸν τὸ συμπαγὲς καὶ στερρὸν καὶ οὕτω τοῦ ὑγροῦ διεσταλμένον, solidum ac compactum probe. iam caelum παρὰ τὸ ὁρᾶν a videndo dictum esse opinio est recepta; et apud poetas Dorica dialecto ὀρανός positum ipsi animadvertimus. XYL.

ib. v. 14. *omnis pecoris*] omnis carnis, est in Levit. 17, σαρκός, non, ut noster habet, κτήνους. XYL.

p. 9 v. 10. *librorum quibus Iudaei*] receptius est, hodieque usitatum, libros veteris testamenti 24 recenseri; unde etiam vetus testamentum, quae sunt Iudaeorum biblia, ארבע ועשרים, id est, viginti quattuor, inscribuntur ac nominantur. de utraque sententia satisfaciet non nimis curioso lectori prologus D. Hieronymi in Biblia, qui galeati titulo exstat. XYL.

ib. v. 22. *bestiae ac*] per interrogationem haec, ut quaestionem quam sibi propositam auctor solvat, exprimenda duxi. refellit enim eos qui serpentis alloquium in argumentum trahunt, quo probent bestias locutas ante Adami lapsum. XYL.

p. 10 v. 2. *ratione praedita*] aut *sermone:* utrumque enim λόγος significat; neque est hoc unquam sine illo, cum oratio sit quasi sensilis quaedam ratio. Xyl.

p. 16 v. 10. *quadraginta annis*] χρόνους frequenter loco ἐνιαυτῶν ponit, quod facile est cuivis observare. sed ante haec verba deest aliquid: itaque asteriscum appinxi. apud Iosephum non est Siridus mons, sed κατὰ τὴν Συριάδα, in Syria. Egregores quid vocabuli sit, non assequor. de coruscante Mosis facie res est ex sacris literis nota, Exod. 34 2, Corinth. 3 etc. Xyl. filios Seth deo dilectos, pios, proceros, formosos, sacerdotes, natarum Cain cupidine captos, nec non exortos ex profano cum iis complexu liberos Georgius Syncellus vocat Ἐγρηγόρους, ab auctore dictos Ἐγρήγορας, a patris Seth venustate. εὐσεβὴς ἦν ὁ Σὴθ καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες εὐσεβεῖς καὶ ὡραῖοι ἦσαν. Goar.

p. 17 v. 10. *nomine dei vocari*] hoc vult, Enosum dei nomine appellatum fuisse. sed ineptae sunt hae nugae, et quae (ne de Ebraica veritate dicamus) usu Graecae linguae refellantur. est enim medium, ut vocant, verbum ἐπικαλέομαι, *invoco,* quod nemo nescit nisi qui biblia Graeca non legit. Enosus ergo, qui a vitae humanae miseriis hoc nomen habet (quod Ebraice eruditi norunt, et hoc loco demonstrare intempestivum est) inter eas primus in deo spem suam reposuit eumque fiduciae plenus invocavit. porro locus videtur corruptus: manifesto quidem falsum est Mahalaleelem fuisse Enosi filium, cuius fuit ex Cenano nepos. quod sequitur de Urielo, ambiguum est isne Adamum docuerit an preces ad deum deferat; quam ego ambiguitatem reliqui. prius probo, quia Urielus idem post Enochum quoque quaedam docuisse traditur. Xyl.

p. 19 v. 1. *et nomen*] sane Γίγας Graecum videtur vocabulum; placetque Eustathio idem significare quod γηγενής, terra natus, non inepto quidem etymo a γίνεσθαι et γᾶ. exemplis id probat, in Ulysseae δ' ad v. 159. Ebraice נפילים vocantur, quod, ut doctissimi Iudaeorum scripserunt, cor horum qui eos vident prae terrore concidat. Chaldaeus גבריא a robore transtulit. sed et a terrore iidem אימים nominantur, terribiles, Deut. 2 et alibi. Xyl.

ib. v. 15. *montique id nomen*] חרם anathema significat, Iudicum 7 et Numer. 18 et alibi, rem devotam. itaque hoc etymon colore non caret. et huius narrationis persimilem invenies apud Hilarium in Ps. 132, quam referre supersedeo. Xyl.

p. 20 v. 18. τὰ ὄρη Ἀραρὰτ ἐν Παρθίᾳ τῆς Ἀρμενίας] aliis apocryphis ab auctore relatis venia data, liceat hoc ex Armenorum scriptis historiis et paternis traditionibus adiungere. Iacob Mousponoë

catholicum (ita vocant patriarcham) impulit libido ad supremum montium Ararat verticem, Massis dictum, proficisci, ut curiosius inspecto loco et generis humani deo reparatore adorato, ex diluvii reliquiis (arcam enim Noëam inter nivium aggeratos cumulos ibi superesse credunt accolae) fragmentum ligni, si daretur, asportaret. iter aggressus, a Massis verticis accessu secreta virtute repulsus, precibus fusis, fragmentum quod optaverat dei dono recepit, quod in oppido Aquiri ad montis radices sito repositum Armeni frequentius invisunt, et penes se, ut aiunt, asservant lignum quo deus humani generis reliquias iussit quondam ab exitio praeservari. Zonaras: *ἀποβατήριον δὲ τὸν τόπον καλεῖσθαι τοῖς Ἀρμενίοις φησὶν ὁ Ἰώσηππος, καὶ λείψανα δείκνυσθαι τῆς λάρνακος ἐκεῖ.* GOAR.

p. 20 v. 21. *ἡμέρᾳ πρώτῃ*, nimirum *τῆς ἑβδομάδος*, quod infra expressum, hic omiserat. porro annum diluvii ab initio mundi eundem habet Nicephorus. sed Ebraicus calculus habet 1656, quem docti sequuntur. Clemens Alexandrinus annos ab Adamo facto usque ad diluvium 2148 et 4 dies numerat, l. 1 Strom. quod paulo post sequitur, Noam a Chaldaeis fuisse Xisuthrum appellatum, Eusebius Praepar. Evang. 9 Abydeni Assyriam historiam citat, in qua Seisither dicitur, *Ζείσιθρος*, fol. Graeco 243 b. ceterum pro *στ* in Mestrom et Mestraea, id quod perspicue verum est secutus, *ζ* posui; nisi quis *σ* malit, ut est apud Zonaram. XYL.

p. 22 v. 13. *annis a diluvio* 630] *μετὰ χλ' ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ.* numerus hic iusto maior est; et sane parum convenit inter scriptores de annorum numero a diluvio usque ad natales Abrahami. Ebraei tradunt 4 annis demptis bis mille annos unicum sermonis genus in terra fuisse, confusionem linguarum annis post diluvium 340 exstitisse. verba eorum sunt ב׳ אפים פחות ד׳ שנה היה העולם לשון אחת de tempore diluvii et confusionis linguarum, מאדם עד המביל א׳ ותרנו מן המבול עד הפלגה שמ׳ שנה. Funckius annos non plures 132 in sua chronologia ponit a diluvio usque ad eam confusionem. paulo ante Eberus, turris architectus, hic plane ab ea re alienus idem ponitur. et mons Lubanus, in quo deinde Noa plantasse vitem scribitur, Lubarus postea legitur; cuius varietatis similia etiam alibi annotavimus. catalogum historicorum videtur ex Iosephi principio collegisse.

Ceterum ad notas numerorum quod attinet, antiquis usus libenter sum; et qui in usum talia reducunt, minime reprehendendos duco. interim non nescio de his ipsis aliud aliis videri. ego id secutus sum quod putavi simplicissimum ac verissimum. neque pigebit post Priscianum et Manutium, qui haec in doctissimo ad epistolas Tullii ad Atticum commentario explicavit, me quoque rudiorum causa exponere quid sentiam. imitari ego has notas puto rationem linearum, quibus in abaco ductis calculorum adiumento ratiocinamur. quod ut melius intelligatur, exemplo ante oculos constituto aperiam.

CCCIↃↃↃ ———————————————— 100000
IↃↃↃ 50000
CCIↃↃ ———————————————— 10000
IↃↃ 5000
CIↃ ————————*———————— 1000
IↃ 500
C ———————————————— 100
L 50
X ———————————————— 10
V 5
I ———————————————— 1

Vides ut calculus in linea superiori positus in proxime inferiore collocati sit decuplus, et qui in spatio seu intervallo ponitur, eum proxime superioris dimidium lineae proximeque inferioris ob id ipsum lineae quincuplum posse. compositionis ratio est nota, et LX esse 60, et XL esse 40, IIX vel VIII 8, IV aut IIII 4, XC 90, XXC 80 etc. nemo non videt. sed de harum notarum origine diversae sunt coniecturae. illud primo omnium liquet, rectae intra quinarium ac denarium numeros reliquos tanquam in cardinibus versari, cum manus utraque digitos habeat quinque, qui sunt decem omnes, qua de re etiam Aristoteles Problem. sect. 15 mentionem facit; et digitos primum ac simplicissimum esse numerandi instrumentum, usus vitae communis demonstrat ac simplicium ratiocinationes, indeque adeo ducta proverbia. iam I unitatis nota non est, puto, litera, sed lineola; idemque de II, III, IIII iudico: singulas unitates singulis lineolis etiam ab illiteratis et idiotis, ut vocant, notari notissimum est. proinde quinario veluti cardini primo quaerendus fuit suus character, quo cum reliquis coniuncto usque ad denarium pergi posset. is est V, non sane litera: cur enim non Q potius esset? sed duae lineae ad angulum acutum concidentes; qua nota utuntur itidem omnium ignari literarum, aliqui inversa sic Λ. ex hac geminata, aut altera potius alterius verticibus iunctis addita, fit X, quasi $\overset{V}{\Lambda}$: qui enim fiat ut litera ξ decem significet, ratio esse nulla videtur. unde autem L nota sit quinquagenarii, subtilem affert Priscianus causam, et quae meo iudicio multo est subtilior quam ut in re vulgari locum habere possit. ego duas lineolas puto esse ad rectum angulum commissas, quae *κατὰ συνθήκην*, ut loquitur de rerum vocabulis Aristoteles, usurpata et recepta 50 denotaret, ut V 5. ab hoc usque ad centum non fuit nova opus nota, cum prioribus cum hac compositis omnia scribi possint: placuit tamen 90 non LXXXX, sed compendii causa denario a centenario subtracto exprimi, ut 9 non VIIII, sed I a X detracto; quod fit, cum minor character maiori praeponitur, ut IX 9, XC 90. atque etiam XL usitatius quam XXXX, ob compendium, 40 signat. hinc etiam illa XXC pro LXXX, IV pro IIII, et IC pro XCIX, aliaque id genus. nota centenarii est C, quod receptum est putari literam C

in ordine tertiam esse, ut quae vocabuli *centum* sit caput; idemque sentiunt de litera M, quae millenarii sit nota, quod vox *mille* ab ea litera incipit. et habet hoc aliquam speciem: sed ubi ad rem venitur, aliud apparet. cur enim non Q etiam vel quinarii vel quinquagenarii nota est, aut D denarii? cur X et V et L literae huc irrepserunt, si quidem capita vocum pro notis sumebantur? nam et illud perinfirmum est, D significare 500, quia a C proxima sit litera: sic enim K decem nugabimur significare et L quinquaginta, ut K ob similitudinem atque affinitatem in X degenerarit. nam Y vel Z, ut non Latinas literas, huc fingamus recipi ideo non meruisse: quid autem fiet literis E, F, N, O et aliis? mihi quidem haec commenta non placent. credo adhibitis prius rectis lineis etiam curvas non incommode iis adiectas, praesertim iam crescente numerorum agmine. sit ergo semicirculus literae C adsimilis nota centenarii; quod eo facilius est creditu, quia reliqui characteres, etiam millenariorum, ab hoc, ut ostendemus, oriuntur. nam huic contrarius Ɔ addita lineola, sic IƆ, quingentas unitates refert, semissem nimirum millenarii, qui sic antiquitus exprimebatur CIƆ, lineola inter priores characteres interiecta, ne coalescerent, ut opinor; quae lineola et in L, quod longiuscula pingeretur et litera l putaretur, deformata est a librariis. iidem ut uno calami ductu mille scriberent, ∽ exaraverunt, sicut et IƆ in D literam mutarunt iidem, quae Manutius praeclare notavit. M pro millenarii nota usurpari hodie notum est, et commemorata causa. reliqua ut hinc nascantur, in promptu est videre. nostras interim notas utilitatis ac compendii causa plurimi facio, ut 500, 675 etc. sed maiusculas has in libris usurpari e dignitate videtur. porro novem (verbi gratia) milia ego compendiose putarem sic scribi IX CIƆ aut IXCIƆ. sed de his hoc loco satis: quisque sequatur quod volet, dummodo alios non vituperet. Xyl.

p. 24 v. 10. *ulteriores regiones*] τὰς κατ' Ἰόπην χώρας habet liber Graecus; quod quale sit, alii viderint. κατ' Εὐρώπην puto legendum, κατόπιν potius: Ioppae enim hic nihil. sed Geographica alibi explicantur. Xyl.

p. 25 v. 7. *septuagesimum*] quae hinc exciderunt, dum alterius codicis ope restituantur, ex Iosepho et aliis scriptoribus peti debent. satis apparet descriptas fuisse nationes, quae a filiis Noae ortae et occupatae fuerunt. Xyl.

ib. v. 8. Mastusia Thraciae Chersonesi promontorium est e regione Ilii, Hellesponto interfluente. Derris, quae hic cum Maeotide et Sarmatia commemoratur, ignota mihi est. pro Εὔοια Euboeam legi, quod erat in promptu. cetera huius loci non sunt. Xyl.

p. 28 v. 1. *ad annum Abrahami*] annis duodecim plures habet Nicephorus. ex Bibliis ab origine mundi ad natales Abrahami (exclusive) non plures 1949 annis computantur. cum qua ratiocinatione convenit Ebraeorum supputatio, qui a linguarum confusione annos praeterea usque ad natales Isaacii 52 numerant. ergo is natus

fuit anno 2048 vel 2049, annum agente Abrahamo centesimum. paulo post v. 8 ubi scripsi *ex Chami stirpe*, Semi est in Graeco, sed perspicue falsum. mox de Semiramide, *fraena repperit.* in Graeco est ποταμοῖς περιέβαλε στόμια; quod mendo non vacat. ego suspicor ποταμοῖς esse vitiosum, sive ἵπποις sive quid aliud scripserit auctor, ut equestris rei inventio bellicosae viragini tribuatur. Virgilius quidem Aeneid. 7 Picum huius filium, si Cedrenus vera rettulit, equorum domitorem nominat, fortassis eo invento insignem, ut ibidem alius perhibetur vitisator. στόμια fraenos significare notum est. significant etiam orificia seu ora, ut vasorum, venarum. de fluminibus, eorum ostia ut significent, non legi, neque videtur quadrare. infra quidem in Heraclio στόμια ἐρήμου fauces vocat sive angustias, per quas in solitudinem penetratur. Xyl.

p. 34 v. 21. *praetextas coccino*] ἐχούσας ταβλία ῥούσια. non observavi alibi ταβλία. videntur autem sic appellari panniculi, quibus orae laenae praetexerentur, *die bräm.* nisi quis clavos malit, de quo alias. ῥούσιον verti coccinum. russatorum aurigarum fuit genus, quod in Nerone Xiphilinus ex Dione πυρρᾷ σκευῇ appellat. meminit Plin. 7 53. plerique roseum vocant hunc colorem, neque sane a rubore sanguineo colore praeditarum rosarum color est alienus. coccinum talem aurigam appellat alicubi Martialis. Xyl. nil dubium quin voce ταβλίων Romanorum *latus clavus et limbus purpureus* vestem insigniter praetexens sit intelligendus. ῥούσιον enim χρῶμα *roseus* est sive *purpureus color*, atque unus ex iis quos inter aurigandum factiones ostentasse scribit auctor in Michaele Theophili filio. Prasino porro Veneto et Candido ῥούσιον adiungit, quem *roseum* interpretantur. Goar.

p. 36 v. 7. *principio*] versus sunt confusi in Graeco, quorum sententiam conatus sum edere. Xyl.

p. 37 v. 5. ἐν γονίμῳ φύσει πεσών] apud Suidam in Ἑρμῆς haec eadem, paucis mutatis, referuntur. sed vitiose ibi legitur παῖς ὢν καί, sicut contra nos vitiose ἑαυτῷ paulo ante pro αὐτῷ habebamus. sed et precatio apud Suidam nonnihil variat. Xyl.

p. 42 v. 4. *Agenorem autem*] locus perspicue corruptus, fabula vel ex Ovidio nota. Xyl.

p. 47 v. 16. *ex uxore sua*] in nostro codice scribitur θυγατρός, et annotatur superne γυναικός; quod secutus sum, contextu approbante.

Nachor Abramus
| |
Tharas — Edna Abramus Tharae et patruus et socer.
|
Abramus, qui deinde Abrahamus; quam diversitatem vel Cedrenus vel librarius neglexit, diligenter a Mose annotatam. Xyl.

p. 49 v. 14. *septimo*] nimirum inito, non completo; ut intelligatur agens annum 75 migrasse. Xyl.

ib. v. 23. *Ierusalemam*] quam Graeci urbem, et eos secuti Latini, Hierosolyma appellant. nostra vox Ebraicae proxima est. etymon Cedreni sacrae linguae non congruit. mox Pentapolis quinque urbes notat, Sodomam videlicet, Gomorram et tres reliquas, quas paulo post etiam Cedrenus recenset. Xyl.

p. 51 v. 1. *Geraris*] Gen. 20, antequam Isaacus nasceretur; de Chetura Gen. 25. mutilate haec Cedrenus citat. in margine est esse ex Africano petita. incertum, haecne an quae sequuntur de Loto et mari mortuo. posterius puto verum esse; neque eius miracula Cedrenum sed Africanum sibi visa referre. quod de fructu et fumo dicit, non assequor. Xyl.

p. 59 v. 9. *edulio*] generis vocabulum retinui, cum qualis esset forma κολλυρίδος non assequerer. Athenaeus sane l. 3 de panis variis generibus disserens, ex Aristophanis Pace versum citat de collyra, quam inde ostendit ex panibus fuisse. poetae interpres panis vel exiguum frustum vel aliquid ex panum genere fuisse monet, quale pueris daretur; ut non male videatur torta panis verti in lexicis. idem post eos κολλάβους appellari tradit, in eadem comoedia versans, quasi mutilatos, id est exiguos panes diceres. ceterum κολλυρίδος et verbi agnati mentio exstat 2 Samuel. 13, in Thamaris historia. et ante c. 6 κολλυρὶς ἄρτου nominatur. sed hoc in Ebraea lingua חַלַּת לֶחֶם, illud לְבִיבָה appellatur, quod posterius sorbitionem b. Hieronymus vertit, cum in priore vocem Graecam retineret. et sunt sane vocabula diversa. quod c. 6 nominatur, id panis placentam fuisse videtur ex Levit. 2 et 8 capite, atque alias posse demonstrari. posterior locus videtur ostendere lagana fuisse, vel aliquid ex pasta farinacea coctum quacunque ratione, cibum quidem potius quam potum. nam profecto Amnon renuebat edere, non bibere, ut quidem verba simpliciter sonant. neque ego haec annotassem, nisi b. Hieronymi auctoritas me, ut debuit, admonuisset; et puto, sorbitiones si quis edi etiam dicat, merito reprehendi non posse. vocabulum a corde recreando ductum, et ut ita dicam, cordiale aliquid significare in sancta lingua videtur. sed haec alii viderint. iampridem scripseram haec, cum Adversaria edita vidi, libros longe utilissimos, Adriani Turnebi, quem nuper rei publicae literariae dispendio amisimus, virum doctrinae et solertiae incomparabilis. eius libri 4 initium cum nostris coniungat lector diligens. Xyl.

ib. v. 13. 45] sacrae literae tantum 40 perhibent, et nomina paulo aliter leguntur. vide Gen. 26 in fine. Xyl.

p. 60 v. 10. *astrologiae*] locus perspicue mutilus. ideo asteriscum adieci, quia aliud in praesentia vix possum. post paulo, *qua equi decurrunt:* in Graeco est εἰς τὸν ἱππόδρομον. in via quidem sepultam scribitur Gen. 35. alioqui Graecam vocem scio Circum significare: sed huc non quadrat. quod εὐφρανθᾶ est in nostro co-

dice, id apud Iosephum sub finem 1 Antiq. libri *κατὰ τὴν ἐφραθάνην* legitur. Ebraica vox recte Graece redditur *εὐφραθᾶ*, sicque et hic et alibi legit Complutensis editio. et eandem fere habet Zonaras lectionem. Xyl.

p. 61 v. 21. *Idaeorum*] librarius, cui Iudaeorum nomen nimirum notius erat, utrobique *Ἰουδαίων* pro *Ἰδαίων* scripsit; quem vel *δακτύλων* vox poterat a lapsu revocare. de Curetibus et Idaeis dactylis multi multa: optime Diodorus Siculus l. 5 fol. Graeco 230, et praeclare ex antiquitate interpres Argonauticorum Apollonii Graecus, annotationum in l. 1 num. 42, ne alios citem. quanquam ne hic quidem gravabor adscribere verba Clementis Alexandrini de primo Stromateon libro, hunc locum explicantia. *τινὲς δὲ μυθικώτερον τῶν Ἰδαίων καλουμένων δακτύλων σοφούς τινας πρώτους γενέσθαι λέγουσιν, εἰς οὓς ἥ τε τῶν Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων καὶ ἡ τῶν κατὰ μουσικὴν εὕρεσις ῥυθμῶν ἀναφέρεται. δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ τοῖς μουσικοῖς δάκτυλοι τὴν προσηγορίαν εἰλήφασι. Φρύγες δὲ ἦσαν καὶ βάρβαροι οἱ Ἰδαῖοι δάκτυλοι. Ἡρόδωρος δὲ τὸν Ἡρακλέα μάντιν καὶ φυσικὸν γενόμενον ἱστορεῖ, παρὰ Ἄτλαντος τοῦ βαρβάρου τοῦ Φρυγὸς διαδέχεσθαι τοὺς τοῦ κόσμου κίονας, αἰνιττομένου τοῦ μύθου τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην μαθήσει διαδέχεσθαι.* loquitur ibi de inventoribus artium variarum et philosophiae. de Curetibus etiam in Orphei hymnis invenient antiquitatis profanae studiosi aliquid. paulo ante multicorpores ad verbum reddidi quos auctor *πολυσωμάτους* nominat: non enim vasta modo corpora habuisse dicuntur, sed et membrorum multiplici copia monstrosa, Aegaeon qualis, verbi gratia. nota sunt Virgilii carmina. Xyl.

p. 64 v. 9. *in tremoribus*] ut hunc locum sic verterem, cum vocis *παλμωτικόν* movit etymon, tum Suidae me permovit testimonium, qui, ex quocunque tandem auctore (mihi enim non liquet), *παλμικὸν οἰώνισμα* explicat, cum praesagitur quid praemonstret subsaltatio vel tremor (verbi gratia) oculi dextri; et ait Posidonium ea de re aliquid esse commentatum. sane apud Theocritum quoque de amore suo bene ominans quidam ita ait: *ἅλλεται ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιός*, id est, oculus dexter mihi subsilit. ceterum quid divinationibus huiusmodi tribuendum sit, optime intelliges ex D. Augustino multis locis, et praecipue l. 2 de doctrina Christiana, c. 20 et tribus sequentibus. atque ibi quidem etiam salientium membrorum praesagia commemorantur. itaque non optimo iure carpi eos puto qui ex Epiphanii Panario *παλμόν* tremorem seu concussionem converterunt, praesertim cum eo quoque loco *παλμός* inter ea ponatur divinationis genera, quae cum extispicum doctrina et extorum palpitatione non multum videantur habere commune. porro Potipharem culinae aut si mavis coquorum praefectum nominavi, secutus Graecam *ἀρχιμάγειρος* vocem. nam Ebraicum secus sonat vocabulum, praesertim si Ortelo Chaldaeo paraphrastae credimus c. 39; cui admodum suffragari videtur

Ieremias, hoc ipso titulo Nebuzardanem appellans, qui a rege Babylonio missus fuit ad Hierosolyma diripienda. nam ea res non, ut opinor, valde apposita est officio magistri coquorum. certe b. Hieronymus magistrum militum vel exercitus vertit; et טבח mactare significat, quo artificio barbaros milites gaudere etiamnum scimus. Xyl.

p. 66 v. 4. ἐν τῷ ἄχιν, quod vocabulum est etiam in Complutensi editione in hac historia, Gen. 41. alii, interque hos Argentoratensis (nam ad manum Aldinus non erat), ἐν τῇ ὄχθῃ legerunt. librarius Cedreni in margine annotavit ita se in exemplari repperisse, nisi incuria peccatum sit. οὕτως εὕρηται τὸ ἄχιν ἐν τῷ ἀντιγράφῳ, πλὴν λάθος ἦν. Hieronymus vertit *in locis palustribus*, ut quidem nunc etiam in Complutensi libro legitur. nam in eiusdem versione Iobi c. 8, quo loco hypocritae iuncis et id genus in humido viventibus plantis elegantissime comparantur, idem quod hic vocabulum אָחוּ, carectum legitur interpretatum. quo quidem loco βούτομον, de qua voce nihil hic agam, substituere 70 interpretes. plerique pratensem herbam intelligunt. et Iobi quem citati locus satis videtur demonstrare esse herbam de earum genere quae et in humidis atque adeo aquosis locis proveniant, et sine liquore statim sua sponte concidant, ut carex esse non possit, quando Columella caricem filici aequat, et ut undiquaque nascentem suo tempore recte exstirpari docet l. 2 c. 2; quod in Achu illud non videtur competere. Kimchi Ebraeorum facile doctissimus non abhorret ab iis qui pro loco (nimirum humecto et herbido) accipiunt. hoc annotavi, ut meae versionis rationem afferrem: neque enim credo vocem ἄχιν esse 70 interpretum. paulo superius ἄρτους χονδρίτας verti panes delicatos, quod ea vox non satis a me intelligeretur. et vero cum de Ebraica חורי Ebraei, tum de Graeca Graeci grammatici non valde consentiunt. si farreos vis aut aliceos aut quovis modo interpretari, non impedio. Xyl.

p. 74 v. 1. *a magno*] hexametris versibus oraculi sententiam expressi. in Graeco confusa omnia sunt, et tamen non videntur fuisse ἄμετρα. Xyl.

p. 78 v. 21. *iniussu*] ὡς ἐπετράπη. sed legendum apparet ἕως. p. 75 v. 20 ubi scribitur forma Mosis captam Tharben Aegyptiis Sabbam prodidisse, annotantur in margine haec: εἰ διὰ κάλλος Μωσαϊκὸν πόλεις προυδέδοντο τῷ τότε βαρβαρικαί, τί ἔδει γενέσθαι νῦν διὰ σέ, ὡραιότατε Ἰσάκιε βασιλεῦ; pulchritudinem Isacii laudat, imperatoris sui, dignam ob quam ipsi, ut quondam Mosi, urbes a barbaris dederentur. hem argutias. Xyl.

p. 79 v. 10. *de Corinthiis*] lapsus est memoriae: non enim de Corinthiis sed de Hymenaeo et Alexandro apostatis haec dicuntur, 1 Timoth. 1. Corinthium quidem etiam illum, qui incestum cum noverca coniugium fecerat, Satanae tradendum iudicavit idem Paulus,

2 Corinth. 5. quos locos confudit ἁμαρτήματι μνημονικῷ scriptor noster. Xyl.

p. 82 v. 9. *deus unus*] Sophoclis versus in nostro codice turpiter mutilatos integros legent qui volent (quis autem sanus nolit?) apud Iustinum Martyrem περὶ μοναρχίας, quo noster alludit, itemque in Paraenetico, et apud Clementem προτρεπτικῷ ac l. 5 Stromat. mutilus est et sequens locus, quod asterisco apposito monui. Iannes et Iambres (vetus interpres legit Mambres, 2 Timoth. 3) magi Pharaonis etiam a b. Augustino dicuntur, epistola 119 ad Ianuarium. Xyl.

p. 91 v. 12. *clade dei secundum Davidum*] locus perspicue mutilus. Davidica historia suo loco sequitur. sed nescio quid Moysi cum ea fuerit, nisi forte parva Genesis aliquid habet. θραῦσιν, quae vox rupturam aut comminutionem potius et contritionem significat, perspicuitatis causa verti cladem. locus de clade 14700 Ebraeorum est Numeris 16 ad finem. deinde quod est in montem Naban, legitur in Complutensi Ναβαῦ, Nabau, Deut. 32 et 34, in Ebraico Nebo. ideo in margine Ναβαῦ annotavi. Xyl.

p. 99 v. 10. *testata*] δίδωσιν αὐτῷ δήλους. nescio an sic locutus sit Cedrenus. res est manifesta, et pro ἐλιθαβώρ historia fretus repono ἐπὶ Θαβώρ. Xyl.

p. 100 v. 12. *pastam hordeacam*] μαγίδα κριθίνην, quod quid sit, non pronuntio. sane neque a Graeco neque ab ipso Ebraico שעורים צלול לחם procul puto abesse meam interpretationem. Zonaras habet μᾶζαν κριθίνην. Iosephus addit ὑπ' εὐτελείας ἀνθρώποις ἄβρωτον, quae ob vilitatem ab hominibus pro cibo non usurparetur, l. 5 c. 8. porro qui sequitur Madianitarum numerus, eum expressi ut repperi, 312000. verum is omnem non fidem modo sed et veritatem excedit: quin imo etiamsi pro myriadibus chiliades legas, ut sit 312000, tamen amplior iusto videri possit. in scriptura sacra exercitus non numeratur, tametsi maximum fuisse locustarum comparatio indicat. Iosephus quidem auctor est occubuisse in pugna Madianitarum 120 milia. Xyl.

p. 101 v. 7. Ephod quid rei sit et quem usum spectet, hic explicare omitto, cum iis qui sacras literas diligenter legerunt non sit obscurum, et non multo post in Michae historia vocem Cedrenus utcunque interpretetur. post Orpheus vocatur Bryosius, mihi prorsus ignota appellatione; quam tamen mutare non debui. et versus hexametri qui ex eo citantur miserabiliter sunt confusi, neque difficile est primum sic scribere:

ὦναξ Λητοῦς υἱ' ἑκατηβόλε Φοῖβε κραταιέ.

post a πανδερκές integer incipit. item ab ἥλιε, si χρυσείοισιν scribas. est et metrum a δωδεκάτην utcunque constans, et cui proclive sit succurrere. postremum erit σοῦ φαμένοιο, σὲ δ', etc. verum reliqua languent. quae ex ingenio emendare velle non videbatur in praesentia commodum. exstant sane multa hinc inde apud Clementem Iustinum

Eusebium et alios Orphica. si quis in haec quoque alicubi incidet, ex melioribus deteriora corrigat. ego, nisi allucinor, sententiae nullum attuli detrimentum. quae post versus sequuntur Orphica, etiam apud Suidam leguntur in Ὀρφεύς, paulo licet aliter. sed et qui de humana miseria inferius citantur eiusdem versus, partim integri partim mutili partim depravati sunt. Xyl.

p. 104 v. 2. *Tyrus*] in margine librarius pro Tyro Tarsum annotavit, sic: πότε τὸ Ἴλιον ἐκτίσθη, ἡ Κύζικος καὶ ἡ Ταρσός. quod monendum duxi. Xyl.

p. 108 v. 3. *septimus*] nisi forte ἑβδόμῳ pro ἕβδομος legendum sit, quod non puto. sed et ut supra Samanes quidam Samsonis successor nominatur, Iosepho iuxta ac Scripturae ignotus. Elim a Samsonis morte coepisse gubernare Israelicos receptum est; et Iosephus quoque id confirmat l. 5 c. 2. iam quod mox liber primus Regnorum citatur, is quem hodie primum Samuelicum nominamus, ἡ πρώτη τῶν βασιλειῶν, id suspectum esse lectori non debet. vocabantur enim hi libri Regnorum, quod (verbi gratia) regnum Sauli, regnum Davidi, regnum Solomonis etc. ordine describerent. qua ratione et Regum libri appellantur. sic librum Regum tertium Iustinus Martyr in Exhortatione allegat τρίτην βασιλειῶν ἱστορίαν, et scripturam Regnorum beatus Augustinus aliquoties, ut 2 Retractat. 1 et 55. itemque Regnorum libros, ad Ianuarium epistola 119 et alii. Xyl.

p. 109 v. 12. *Iosephus duos tantum*] vel hic locus est corruptus, quod puto, vel Iosephi codex, qui 4 menses habet, ποιήσασα παρὰ τοῖς Παλαιστινοῖς μῆνας τέσσαρας. liber quidem Iudicum perspicue habet et absque ulla lectionis varietate menses 7, c. 6. sed et filii Iechoniae in historia non nominantur: tantum dicitur Bethschemenses fuisse. Xyl.

p. 111 v. 11. διαπορευθεὶς καὶ ἐγκρατευσάμενος, vitiose. quid si legas διαπορηθεὶς καὶ μὴ ἐγκρατευσάμενος? ex Ebraico textu et Iosepho adhuc planius constare potest loci sententia, Antiquit. 6 c. 7. Saulus miserat ad Samuelem hostibus ingruentibus, eumque ad se evocarat. is septimo die se venturum responderat, mandato ut interim hostiae pararentur, quibus caesis hostem aggrederentur. Saulus interim ab ipso dilabentibus suis, in magnis haerens difficultatibus, cum septimus dies appetiisset necdum adesset vates, eum diutius sibi operiendum non ratus ipse deo sacrificavit, diffidens nimirum vati, neque quantum oportuit eius mandato deferens. quo facto dei adversus se commovit indignationem etc. in hanc sententiam Zonaras quoque scripsit. Xyl. abductus in contrarium auctoris sensus, genuina eius lectione retenta, sic restituitur: *cum tempore et exspectatione diuturna longius processisset ac moras trahendo tolerasset Saul, domino tandem sacrificium obtulit.* Goar.

p. 112 v. 4. ῥομφαίαις] de romphaea disputat Cedrenus paulo infra, quo loco heroas Davidicos recenset. Xyl.

ibid. manus componeret] reliqui Ebraismum, ne cui viderer audaculus. sensus est: iussit eum omittere arcae et ephodi tractationem, vaticinandi causa institutam, cum iam de eventu pugnae dubitandum non videretur amplius. Xyl.

ib. v. 9. *omnis autem terra prandebat*] asteriscum apposui loco et pravo et mutilo. Ebraica habent universam et ex omnibus hinc inde partibus collectam ad Saulum multitudinem intrasse silvam, in qua mel per solum fluebat. a quo tamen omnes ob votum regis abstinuerint, dempto Ionatha, qui eius inscius gustarit etc. Xyl.

p. 113 v. 21. *variis instrumentis musicis*] ἐν κιννύρᾳ, ψαλτηρίῳ καὶ ναύλῃ; quae quia nobis ignota sunt, vocabulo generis uti malui. cinnyram quidem decem fidibus constitisse plectroque ici solitam, nablum duodecim habuisse voces et digitis pulsatum fuisse, Iosephus memoriae prodidit ζ' ἀρχαιολ. ι'. id scias obiter, saepe me nomina propria non ut sunt in Cedreno, aut etiam 70 versione, sed ut sunt in Ebraeo et recepta, posuisse, ut Michol, Ramatha etc. Xyl.

p. 115 v. 9. *ubi statuam*] haec sunt de posterioris libri Samueli c. 18, ut facile appareat locum hunc esse mirifice mutilatum: nam quae mox sequuntur de heroibus Davidi, sunt de eiusdem libri c. 23, vel 1 Paralip. 2. estque etiam in margine hoc annotatum, οἱ δυνατοὶ τοῦ Δαβίδ, potentes, id est fortes, et qui praecipua virtutis causa officia administrabant apud Davidum. ceterum loca dicta cum Cedreno lector conferat ipse, adiunctis iis quae apud Iosephum habentur l. 7 c. 10. diversitatem enim omnem annotare non est nostrae brevitatis, neque ita difficile ut opera nostra magnopere debeat requiri. Xyl.

p. 116 v. 1. de romphaea, spatha et framea Thomas Dempsterus in Romanis Antiq. Goar.

p. 119 v. 12. *Asa*] perspicue falsum: nam Abias Ieroboamum vicit, ut paulo ante ex 2 Paralip. 23 rettulit, neque est ibi scriptum Solomonis imitatorem fuisse Asam. sunt et reliqua mirabiliter confusa; quibus illustrandis nolui vacare, cum exstent in Bibliis et apud Iosephum, sintque notissima. Xyl.

p. 128 v. 6. *Zinaicam solitudinem*] montem Sina habet Cedrenus, errore perspicuo. Xyl.

p. 131 v. 14. *volandoque fatigatae*] locus hic in Graeco mutilus et depravatus est, et vexavit me, donec eum, cogitans ex Iosepho esse desumptum, ibi integrum repperi Antiq. 3 1. Xyl.

p. 132 v. 4. *Iothore socero*] Cedrenus monet etiam γαμβρόν Mosis eum dictum fuisse, et vero liquet uxorem Mosis fuisse Iothoris huius sive Iethronis filiam. πενθερός non modo socerum significat, sed et Herodotus γαμβρόν Cyri Croesum ait fuisse, eius sorori Aryenidi matrimonio copulatum. quo pacto et Eustathius Eurylochum

scribit γαμβρὸν fuisse Ulyssi, maritum scilicet sororis eius Ctimenae. et apud Sophoclem Oedipus tyrannus Κρέονθ' ἑαυτοῦ γαμβρὸν dicit, cum Creon Iocastae frater fuerit, Oedipi et θεῖος et γυναικάδελφος. hos proprie κηδεστὰς vocari Eustathius idem docet ad Iliad. ε 474: οἷος σὺν γαμβροῖσι. ibidemque ex tragoedia citat κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, quo loco γαμβρός socerum significet. ego quidem aliud tale exemplum nullum memini observare. et γαμβρός non tam a danda quam a ducenda uxore videtur dici; unde verbum ἐπιγαμβρεύειν, quod etiam in Evangelio est, Matth. 22. Xyl.

p. 132 v. 6. *Sepphorae angelus*] in Graeco haec habentur ad marginem: σημείωσαι ὅτι ἐν τῇ λεπτῇ γενέσει κεῖται τὸν συναντήσαντα τῷ Μωσεῖ μὴ εἶναι ἄγγελον, ἀλλὰ πολυώνυμόν τινα Σαμαὴλ καὶ Βελίαρ καὶ Μαστελμάν· ὅς ἐστιν ὁ Σατανᾶς. Xyl.

ib. v. 12. *etiam praestig.*] sic et Augustinus ad Marcellinum epist. 7. Xyl.

p. 137 v. 17. *in crastinum*] de manna haec sunt ad marginem: τὸ μάννα ὁ Φίλων ἑρμηνεύων τοιαύτην φησὶν αὐτοῦ εἶναι τὴν ποιότητα ὥστε κατὰ τὴν φαντασίαν τοῦ ἐσθίοντος μετακιρνᾶσθαι, καὶ εἶναι μὲν καθ' ἑαυτὸ οἱονεὶ κέγχρον ἑψημένον ἐν μέλιτι, παρέχειν δὲ νῦν μὲν ἄρτον νῦν δὲ κρέας, καὶ κρέας τοιοῦδε ἢ πετεινοῦ ἢ χερσαίου, νῦν δὲ λάχανον τὸ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστου καὶ ἰχθύος, ὡς τὸ ἰδίωμα τῆς καθ' ἕκαστον γένος ποιότητος ἀκριβῶς ἐν τῇ γεύσει τοῦ ἐσθίοντος διασώζεσθαι. ceterum adscribam verba D. Augustini ex 118 ad Ianuarium epistola. valet etiam, inquit, ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat etc. quae verba sua ipse recensens 2 Retract. 20, non, ait, mihi occurrit unde hoc probari possit nisi ex libro Sapientiae, quem Iudaei non recipiunt in auctoritatem canonicam; quod tamen fidelibus potuit provenire, non illis adversus deum murmuratoribus, qui profecto alias escas non desiderarent, si hoc eis saperet manna quod vellent. locus libri Sapientiae est c. 16 et librum Philonis Ebraei creditum esse vel ex D. Hieronymi praefatiuncula notum est. Xyl.

p. 138 v. 8. *Osea*] vel Auses, Αὐσῆ. vide Num. 13 et Euseb. hist. Eccles. 1 4. Xyl.

ib. v. 17. Σκυθόπολις legi, cum scriptura videatur συνθόπολις habere. qua vero occasione huius urbis mentio hic fiat, non habeo excogitare. Scythopolim urbem fuisse in finibus Galilaeae docet Strabo l. 16, ubi refert quomodo Iudaea Pompeius Magnus sit potitus. Stephani verba sunt corruptissima; apud quem tamen est eam olim Βαίσων (forte Βάσων aut Βάσαν) a barbaris vocatam. Plinius 5 18 eam in Decapoli Iudaeae vicina ponit, aitque Nysam prius fuisse dictam a Bacchi nutrice. l. 2 Machab. 12 mentio fit Scytharum urbis, huius ipsius nimirum, dissitae a Hierosolymis ad stadia 600. ea ergo Basan fuit olim, regia Ogi. vide Iosephum Antiquit. 4 5, et confer cum his: facile intelliges Scythopolim esse Basa-

nem, caput Galadinae vel Gaulonitidis, Galilaeae imminentem. vide et quae de hac urbe infra Cedrenus in Orestis fabula refert. sed haec in Geographicis nostris uberius, deo volente. Xyl.

p. 140 v. 25. *Leviticus*] atqui haec non in Levitico sed fine Exodi leguntur. Xyl.

p. 143 v. 6. *Clytaemnestram*] malim Hypermnestram. sed haec omnia persequi nolo, ex poetis et libris ad eorum intelligentiam parandam scriptis repetenda inque scholis ideo nota. Xyl.

p. 144 v. 17. *χειρῶν ὀλλυμένων*] nihil habeo; ut neque de bove, Iove, qui sequitur. Xyl.

p. 147 v. 16. *Eglon Zabulonius*] Elom. emendavi et supplevi haec ex superiori de iudicibus narratione, et Iudic. 12. Xyl.

p. 149 v. 10. *quibus arca*] locus corruptissimus. historia exstat 1 Samueli libri primis 7 capitibus. Xyl.

p. 153 v. 11. hic numerus, *μυριάδες σλδ'*, neque cum iis quae statim, neque cum iis quae non multo inferius dicuntur, neque omnino cum veritate congruit. Iosephus Antiq. 7 10 habet numerum Israelicorum *ἐνενήκοντα μυριάδας*, 900000, Iudaeorum *τεσσαράκοντα μυριάδας*, 400000. Zonaras horum 500000, illorum 800000 numerum concipit; quae est Bibliaca summa. Cedrenus saepe variat, librarii puto culpa. porro Ebraismum non obscurum retinui, quo viri gladium stringentes identidem in Scriptura dicuntur, qui aetate et robore sunt militari. Xyl.

p. 157 v. 14. *domino deo*] in margine notatur alia lectio, *τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ*, nomini domini dei, quae eodem recidit. desumpta sunt haec ex 1 Paral. 28. ceterum Solomonis nomen paci *παρώνυμον* est. Xyl.

ib. v. 19. *mea paupertas*] in margine alleverat librarius, nisi forte Cedrenus tam fuit facetus, *τοιαύτη καὶ ἐμοὶ πτωχεία γένοιτο, θεῖε Δαβίδ*, lepide profecto et historiae convenienter *ἐπιφωνήσας*. talis erat etiam supra folio 38 ad Manassis et Ephraimi benedictionem annotatio: *οἶμαι διὰ τοῦτο καὶ ἐμοὶ ὡς τῷ Μανασσῇ τὸ δυστυχεῖν ἀποκεκλήρωται*. sunt et alia passim talia, quae consulto omisi, nihil sane lectorem iis praeteritis defraudans; qui, si volet, utilius aliquid margini facile allinet. Xyl.

p. 158 v. 1. *erat autem Davidus*] in margine *ἔλιπεν ἐκ τοῦ ἀντιγράφου*. mihi antem profecto non videtur hic aliquid deesse, ita ut mirer librarii religionem, qui tam multa loca mutilata pro integris describens hic demum senserit aliquid excidisse. Xyl.

ib. v. 6. *ἐκ σωφείρ* mendose scripsit pro *ἐξ Ὠφείρ*, duplici litera non recte discerpta 1 Paralip. 29. Xyl.

p. 159 v. 20. *neque existimandum*] ad marginem annotatum est, *σημείωσαι, θαυμαστὸν πρὸς τὴν νῦν μωρὰν καὶ ἀνόητον τῶν κοινοτέρων ἀνθρώπων γνώμην. καὶ ὅρα τί λέγει.* sensus est, hunc locum esse observandum, quia faciat ad rudium imperitorumque hominum, quorum maxima est multitudo, sententiam de hac

re fatuam et imprudentem refellendam. haec annotatio a me praeterita non est, cum sit vera: nam profecto, si quid ego iudico, locus dignus est animadversione, utcunque haec aliunde Cedrenus desumpserit. Xyl.

p. 165 v. 19. *ὁ Τύριος* mendose pro *ὁ Σύριος:* nam Stephanus testatur gentile ab Syro fieri *Σύριος*, nisi codex fallit; quod minime puto, cum sic et apud Diogenem Laertium legatur, et insulam Syron Homerus Odyss. ο′ versu 401 Syriam appellet, Strabonis opinionem ibi Eustathio et in Dionysium approbante. Latini Syrum vocant Pherecydem, ut Cic. 1 Tusc. ubi eum regnante Servio Tullo fuisse ait, annis nimirum post Solomonem haud paucioribus 400. Syrus insula est una Cycladum, Delo Rhenaea et Mycono cincta. vide Strabonem sub finem decimi. ibi Pherecydes *ὁ Βάβιος* dicitur, ut et apud Suidam: apud Eustathium in Homeri locum citatum *Βαβυλώνιος*, apud Laertium 1 in vita eius *βάδυος*, ut appareat Badyn patrem eius fuisse, et emendandos ex hoc reliquos. vulgo obtinuit eum ex Syria oriundum fuisse, nobili illa ad Euphratem Asiae regione. quam opinionem auxit b. Augustinus, Assyrium eum nominans, 3 ad Volusianum epistola, et quidem Assyrium Virgilii ex Pollione amomum, ad eius de immortalitate disputationem torquens. nam l. 3 contra Acad. eundem Syrum vocat. Xyl.

p. 180 v. 12. *et requievit*] locum hunc asterisco insignivi, quia prorsum est mutilus. verba haec ad Eliam in Horebi montis spelunca delitescentem refero, quam eandem Mosis fuisse receptaculum quidam crediderunt. Xyl.

p. 182 v. 21. *qui a rege erat tertius*] *τριστάτην*. שליש sic Ebraice docti interpretantur: nomen enim a ternario est. Iosephus Antiquit. 9 3 *τρίτης μοίρας ἡγεμόνα* transtulit, tertiae copiarum parti praepositum. Suidae *τριστάτης* est stipator aut satelles regius, ternas manu hastas tenens. Xyl. improprie Xylander ac mutile. proprie vero ac integre *misit rex triarium* (seu triumvirum) *cui innitebatur*. Sanctius in Reg. lib. *τριστάτην* interpretatur *triarium*, e tribus ministris unum, cui stans vel ambulans per vices rex solebat inniti. Goar.

p. 184 v. 11. *Namesii*] sic est in Bibliis. sed et annos regum multo aliter noster codex habet notatos quam veritas Scripturae sacrae ferat. historiae ipsae legantur, quae hic et mutilae et non optimo ordine qua notantur qua inculcantur. Xyl.

p. 198 v. 14. *cum computruerit*] non esse vel vera vel in loco etiam suo allata ea quae de Iudaea et urbe Hierosolymorum disputantur, cuivis perspicuum esse puto. hic autem Hieronymi versionem sum secutus, cum meus liber haberet *συμψηφισθείς*, Complutensis apud Hierem. *συμψιθείς*, Argent. *συμψησθείς*, quae duo vocabula quid significent, non facile dixerim; et minime ferre locus videtur ut deploratum aut comploratum vertamus, cum Hesychius *ψιζομένην* annotarit esse *κλαίουσαν*, et *ψιάδες* apud Homerum stil-

lae sint, sanguineae Iovis lacrymae, Iliad. π' 459. verbum ψῶ significat λεπτύνω, ut Graeci tradunt, attenuo. Ebraicum סחוב indicat fore ut tractum seu raptatum proiiciatur, nulla prorsus putredinis significatione, ut coniicere nequeam vel quid Hieronymus secutus sit, vel quomodo in Graeca versione legendum sit. nam nostri Cedreni vox prorsus est aliena. viderint peritiores. Xyl.

p. 199 v. 20. *in voraginem*] βόρβορον, quae vox coenum significat. fuit autem in foveam coniectus, non aqua sed coeno obsitam, Ierem. 38. Xyl.

p. 214 v. 7. *Μίνως τῆς Κρήτης ὁ υἱός*] in margine τῆς Εὐρώπης signatum erat, ita ut post υἱός inserendum ostenderetur. credo scriptum fuisse ὁ Διός, non υἱός. fortassis etiam Europa addita. res est nota. Xyl. dictionis inversum ordinem, omissis Xylandri coniecturis, hoc pacto facile restitues: ὁ υἱὸς Εὐρώπης Μίνως, τῆς Κρήτης ἐβασίλευεν. Goar.

ib. v. 11. scribam quod verti, in Graeco est νοτάριος, notarius. et post λῶρον, lorum, sicut alibi κουβίκλον cubiculum. δουλίδας dixit, imitatus θεραπαινίδας. paulo inferius *solennem festivitatem*, κοσμικήν, quod non scio quid sibi velit. Xyl.

p. 217 v. 20. εὔστολον gracilem verti, cum aliud non succurreret, neque de vestitu hic agatur. nam gracilitatem in mulieribus laudatam fuisse apud priscos notum est vel ex Terentio. Xyl. nihil commune cum antiquitus laudata mulierum gracilitate vox εὔστολος habet, quae *comptam* ac *vestibus elegantem* refert. Goar.

p. 220 v. 8. Palamedis tabula qualis ludus fuerit, non est adeo perspicuum. ταύλαν noster vocat, tabulam, quod alii ἀβάκιον, mensulam. et verbum ταυλίζειν pro ludere talis in abaco usitatum fuisse ex Eustathio liquet in primum Ulyss. 107. apud Suidam in voce τάβλα invenies eadem prope quae hic habet Cedrenus. fuisse ludum talorum (πεσσῶν), qui per turriculam in alveum seu tabulam suppositam deiicerentur ac pro linearum aut spatiorum varietate ludi variam condicionem facerent, satis videtur apparere. lineas fuisse quinque distinctas Eustathius docet, quo dixi loco; quem vide etiam in Iliad. β' 300, et Pollucem l. 9. talos verti, quod aliud vocabulum non habui, alioquin ἀστράγαλον κύβον et πεσσόν diversa fuisse non ignoro. sed et hoc observavi, interpretem Orestae Euripidei Palamedi inventum κύβων et πεττείας promiscue tribuere. quanquam cur non verterem talos, cum pro me faciat Flaccus poetarum praestantissimus? apud quem Volanerius scurra chiragricus, Serm. 2 7, *qui pro se tolleret atque mitteret in pyrgum talos, mercede diurna conductum pavit.* hunc pyrgum Martialis turriculam vertit, πεσσούς talos, quos Cedrenus per ψηφόβολον videtur intelligere. Suidas ψηφιβόλον habet. κοκκία notas intelligo talorum; et Suidas habet ἑπτὰ κοκκία, septem granula. ipse vidi abacum albis ac nigris distinctum quadratis, quo modo tabula scachica dividitur; eique superne imminens infundibulum, per quod cubis (*die würffel*) deiectis in

abacum vel fritillum luderetur. *μετεωρισμόν* Cedrenus vocat quod *διαγωγήν* Suidas, vocabulo elegantiori et magis apto: nam *μετεωρισμόν* alibi sic positum a probo scriptore vix puto. locus Martialis, quod pene oblitus fueram addere, est in Apophoretis, distichon libri 14 16. Xyl. *τάβλαν* scribit Suidas cum Glossis Graecobarbaris; et est *ὄνομα παιδιᾶς*, *tabula*, qua talis luditur. Goar.

p. 220 v. 11. *κάσους*] *χαρακώματα* substituit Isaacius Porphyrogeneta in Paral. Homeri, quibus de ludo a Palamede invento disserens *πρῶτος*, inquit, *ταυλίζειν ἤτοι κυβεύειν ἐξεύρηται.* ac inferius, *ὡρίσατο τὴν ταύλαν ἤτοι τὸν πίνακα τοῦ παιγνίου τὸν γήϊνον κόσμον, τοὺς δὲ δώδεκα κάσους ἤτοι τὰ χαρακώματα τούτου τὸν ζωδιακὸν ἀριθμόν.* Goar.

ibid. *ψηφοβόλον cornu* sive *alveolum*, e quo primum in turrim sive canalem, et e turri in tabulam tali et tesserae decidunt. Goar.

ib. v. 12. *κοκκία* ipsi *tali* seu potius *tesserae* numero septenario varias tabulae faveolas subintrantes, varios quoque planetarum et zodiaci siderum concursus ac subinde prosperam vel adversam vitae ludique sortem secundum astrologorum regulas manifestabant. Goar.

ib. v. 14. de literis Graecis est alius commentandi locus aptior. ceterum aliquot deinceps loca sunt mutila, quibus asteriscum iccirco allevi. Xyl.

ib. v. 19. *χῖος* vitiose legitur pro *Κεῖος*. aut saltem auctor erravit: nam Ceo insula, urbe Iulide fuisse oriundum constat ex probatis auctoribus; quae insula post Helenam prima est ab Attica Asiam versus. errorem non annotassem, nisi pervulgatum etiam in aliis libris scirem. Xyl.

p. 223 v. 5. *Dictys*] in margine *Δίκτυς, ἐξ οὗ Ὅμηρος ἀφορμὴν εἰληφὼς τὴν Ἰλιάδα συνέταξεν, μετὰ ϙθ´ ἔτη τῆς ἁλώσεως Τροίας.* ego ut non negem Dictyn atque etiam Daretem historiam belli Troiani composuisse, ita persuaderi mihi nunquam patiar ut qui hodie istis titulis circumferuntur libelli, pro genuinis aut fide vel etiam lectu dignis habeam. Xyl.

p. 234 v. 20. *ἀγαπώντων*] *ἀγαπᾶν* est diligere. ergo *ἐπειγόντων* aut aliquid tale scriptum suspicor. locus est vitiosus, historia seu fabula notissima. oraculum senariis iambis reddidi, sententiam consectatus. Xyl.

p. 236 v. 23. *Diabena*] Adiabenam scio regionem esse quae inter Tigrim et Euphratem fluvios iacet. sic eam et Stephanus appellat et Eustathius in Dionysium et alibi; de qua videndus Ammianus Marcellinus l. 23. apud Strabonem l. 11 extremo prope *διαβηνή* legitur, sed vitiose puto, quando etiam eius epitoma *ἀδιβηνήν* habet. sed haec alias. de Scythopoli vide supra annotata. de iis quae sequuntur annotare quicquam nolui, cum (ut alios plurimos harum rerum scriptores praeteream) Dionysius Halicarnassensis libro

antiquitatum Romanorum primo copiosissime Aeneae res sit persecutus. Xyl.

p. 239 v. 8. ἔννη habet codex, duplici ν. et annotavit Eustathius non defuisse qui per duplex ν scriberent, tametsi magis probat unicum. sed et aspirari τὸ ε a nonnullis indicat, in versum Od. τ 307 τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, qui exstat etiam Od. ξ. et Plutarchus in Solone indicat enen kae nean eo notari, id est ultimum diem mensis, cum luna soli congrediens et vetustissima est respectu elapsi mensis (ἑνόν est τὸ παλαιόν) et respectu ineuntis eadem novissima. vide et Suidam et alios. versus Aristophanis exstat Nubibus: εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη τε καὶ νέα. ac potest ibi videri quae habeat scholiastes. de eo die interpretantur grammatici Hesiodeum hoc, μήτ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν. Xyl.

p. 244 v. 4. παραπυλεῶνα] quod ante παραπύλιον. Polybius ῥινοπύλην de simili re dixisse videtur. nihil volui mutare: alioqui τὸν παραπυλεῶνα αὐτοῦ vel papilionem vertissem. miror autem ab Iudithae recepta historia variare nostrum. Xyl.

ibid. παραπυλίον] *posticum* et *secretiorem portam* hac voce percipiendam contextus ipse commonet. narrationis seriem a nostra diversam praetereo. Goar.

p. 245 v. 1. Κτηταίους] omnia haec ita sunt vitiosa, ut in iis emendandis metuendum sit ne oleum operamque, quod aiunt, ludamus. et possunt haec aliunde conquiri. certe hoc videtur significare, Mysos in Italiam transivisse. Telephus enim Mysus fuit. et Mysos ipse Homerus Κητείους appellat libro Ulysseae 11, de filio Telephi Eurypylo loquens, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Κήτειοι κτείνοντο, non dissimulante etiam Eustathio. Xyl.

p. 257 v. 23. *mensi a deo*] in margine est hoc adscriptum: ἐγὼ δὲ εὗρον ἐν ἑτέροις ἱστορικοῖς ὅτι ἀπὸ τοῦ κατ' αὐτὸν τὸν μῆνα κλαίειν αὐτοὺς τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντας Μόρτιουμ τὸν μῆνα ἐκάλεσαν· μόρτεμ γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ θάνατος ὀνομάζεται. mirum est eum auctoris tam sacrae etymologiae nomen potuisse dissimulare. quae sequitur Circi descriptio, eam non assequor; et nescio quid Graecanicarum ineptiarum posteriorum temporum sapit. de quattuor aurigarum generibus seu coloribus res nota est ex Latinis scriptoribus qualis sit et quando instituta. itaque nihil annotavi. et a mendosa lectione libere discessi, quoties ex re fuit. Xyl.

p. 258 v. 15. πέλμα totius Circi est *area* sive *arena*. Goar.

ib. v. 16. Εὔριπον] quem Circi solum et arenam decempedali profunditate simul et latitudine ad aquas recipiendas editis naumachiae spectaculis, cingere, scripsit ex Dionysio Dempsterus Rom. antiquit. 5 4. Goar.

ib. v. 17. καμπτόν] qui et καμπτήρ, circa metam *flexus*. Goar.

ibid. σφενδόνη] *circi carceres*, ex quibus, velut e funda

lapis, equis curribus cursu decertantes erumpunt, σφενδόνην frequentissime vocat auctor. Goar.

p. 258 v. 19. ἀέρος voce intelligo *velum*, quo ad arcendas intemperatioris aeris iniurias, et ut populus salubrius consisteret, Circus tegebatur. quid enim huiusmodi velo caelum in Circo commodius referret? fundamentum mihi est, quod etiam sacris superpositum maius et amplius *velum*, ἀήρ, non infrequenter in Chrysostomi liturgia et in Simeonis Thessalonicensis, Cabasilae, Germani et aliorum expositionibus vocatur, et eo expanso sacerdos exclamat "*operuit caelos gloria eius et laude eius plena est terra.*" a sacris itaque ad Circum voce traducta, velum illius caelum referens auctor appellavit ἀέρα. de velis theatrorum Dempsterus iam citatus abunde. Goar.

ib. v. 22. Πρεσέντου] audiebant Graeci magistrum *in Praesenti* dici, qui satellitum imperatori iugiter *praesentium* (qui et *praesentiales*) esset dux; unde et *Viridem* colorem diutius permanentem, velut oculis *praesentem* et facile obvium, ἀπὸ τοῦ πρεσέντου, πράσινον, extorto nimium etymo, dictum voluerunt. Goar.

ib. v. 24. τὸ Βένετον ἀπὸ τῆς Βενετίας] feliciter vocis radicem invenisset, si non Venetus color et vocabulum pluribus saeculis *Venetias* superarent. Goar.

p. 260 v. 2. *litera a signatos*] ἀπὸ ἀσημείου. conieci scriptum fuisse ἀπὸ *A* σημείου, facile mutaturus, si quis aliter expediat locum. scio enim Varroni assem ab aere dici. Xyl. ad Xylandri votum locus hic expedietur, si nusquam corrumpatur et facilem accipiat interpretationem. *asses argenteos et aereos Romanis largitus est primus.* ἄσημον enim *argentum* est, ac aeri, prout in praesenti, adiunctum monetae materiam indicat. ἐπίσημον iterum vocat auctor inferius p. 178. at hoc *cusum* est et *notatum*, illud proprie *infectum*; quamvis in promiscuo sensu utriusque vocis nonnunquam occurrat usus. Goar.

p. 263 v. 13. *regnum ab ipso affectari*] ὡς ἀνταρσίαν μελετῶντος, ut qui rebellionem cogitaret. ego αὐταρχίαν suspicabar scriptum esse. sed aliis quoque locis tyrannidis affectationem sic expressit. locus est vitiatus, et narratio nescio unde repetita. longe quidem abest a recepta istorum temporum historia. τοῦ μέρους τῶν Γάλλων καταγόμενος, nescio quid sit istud καταγόμενος. Xyl. noscet si interpretetur. *erat quidam ex Galliarum partibus originem ducens* vel *ab adversa Gallorum parte abductus, et affectu in eam propensus.* Goar.

p. 264 v. 7. in margine adscriptum est: καὶ τὰ περὶ τοῦ μηνὸς τούτου ἄλλως εὗρον ἐγὼ ἐν ἑτέροις ἱστορικοῖς, ἅπερ διὰ τὸ ἀπέραντον γράφειν οὐ δύναμαι. ἀρκέσει δὲ τοῦτο μόνον, ὅτι Ῥωμαῖοι φέμπρε τὸ πολὺ ψῦχος λέγουσι. τὸν γοῦν μῆνα τοῦτον ὡς ψυχρότατον Φεβρουάριον ἐκάλεσαν. haec ille. cetera aliunde huc afferre non est operae. Xyl. rationem ab hac diversam promet auctor inferius p. 168 C. Goar.

p. 269 v. 23. *Seres*] hi ubi fuerint et quales, disputabimus alibi. in margine erat, οὐκ οἶδα τίνες εἰσί. θαυμαστὸν δὲ εἴ τινές που τοιοῦτοι εἰσίν. quid autem sint Cabes p. 270 v. 9 nescio, nisi si forte nomen est Indicae gentis hominivorae. neque Agelaeos proprio sic dicto nomine novi. et historia docet ante haec verba p. 271 v. 2 *cuius paludem* aliquid excidisse. Xyl.

p. 277 v. 9. *animalia*] ζῴδια, quod haud scio an de Zodiaci signis voluerit intelligi. ceterum ex Diogene Laertio, ex Plutarcho de philosophorum placitis, ex Cicerone et aliis malo repetere lectorem ea quae huc pertinent, quam ipse ei ista annotando molestus esse. nec mendas quidem omnes emendare hic institui, qualia sunt de terrae forma, τὸ σχῆμα αὐτῆς ὑγρὸν στρογγύλον χιονῶδες λίθῳ παραπλήσιον p. 276 v. 21, quae asterisco notavi. versus de Anaxagora sunt Diogenis Laertii. sed distichon posterius omissum est. Plato non procul a fine Phaedonis Socratem facit de illo querentem, quod de mente sententiam non tenuisset. sed haec alio pertinent. Platonis locus quem Cedrenus citat ex Legibus, est duabus a principio libri de Legibus quarti paginis (p. 716 St.). de diis deorum et Caeli progenie locus est in Timaeo. locus de Iove volucrem currum agente est in Phaedri pagina quarta. Xyl.

p. 291 v. 8. *Hyrcano favebat*] nemo non videt pessime haec inter se cohaerere. ego satis habeo lectorem ad Iosephum legendum ablegare. vide librum Antiquit. 14 ab initio. Xyl.

p. 294 v. 18. *et Decembris*] prorsus est in Graeco, et menses ita utrinque numero recensentur, ut erratum esse non possit videri. notum est hodie non Decembri sed Octobri sex Nonas tribui; quae opinio infra etiam perscribitur. A. D. significant ante diem. πρὸ τριῶν, πρὸ μιᾶς etc. etiam Graeci hoc imitati dicunt; de quo alibi. etymologias quoque nostri auctoris in medio reliqui; quas si voluissem persequi qua comprobando qua refellendo, prolixior ut essem oportebat, et aliquando Oedipus. Xyl.

p. 296 v. 17. *Tenes*] in Graeco est τέλης. sed ego secutus sum historiam. Bellerophontis et Hippolyti res notiores sunt quam ut de iis sit aliquid annotandum. Tenes autem, a quo insula Tenedos nomen habet, Cycni filius Neptuni nepos fuisse traditur; qui novercae de stupro ipsum appellanti noluerit obsequi, ideoque in mare a patre falso crimini novercae credente in cista expositus, incolumis ad insulam Leucophryn delatus ei nomen fecerit ibique regnaverit. est hoc apud Tzetzam in Lycophronem, apud Eustath. in Iliad. α′ 38; qui Philonomen istam novercam, ab aliis Polyboeam appellari ostendit, etiam in Dionysium. atque ita est apud scholiasten quoque Homeri, in dictum locum. meminit et Diodorus Siculus in fine l. 5, sed nomine novercae omisso. noster Alphesiboeam vocat. quae scriptura si sit recta, nihil est absurdi: nam quod idem Peleum Astydamea abstinuisse ait, eam Pindarus in Nemeis Hippolytam Cretheidem,

Magnessam Hippolytam Horatius in odis vocat. quae historia est etiam apud interpretem Apollonii, num. 14 lib. 1. Xyl.

p. 297 v. 14. καμελαύκια] καμηλαύχια scribunt moderni, et *pileolos* ex camelorum pilis confectos, summo tantum vertici haerentes καὶ πρὸς αὐχένα *ad cervices* defluentes, ita vocant. Suidas aliter: καμηλαύκιον Ῥωμαίων ἡ λέξις. ῥηθείη δ' ἂν ἑλληνιστὶ παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν. Goar.

ib. v. 20. pro οὐ σπάτια scripsi οὓς σπάτια. quid autem sit μίσος hoc loco, nescio. μισθός praemium significat, τῷ ἄθλῳ vox vicinior. quanquam in spectaculis et certaminibus huiusmodi rerum quoque missilium, quae in populum emitterentur tanquam donaria, usus fuit. mappae mittendae mos apud Suetonium c. 22 Neronis et apud Martialem alicubi refertur, meminitque etiam Tertullianus cum alibi tum quasi per adagionem in extremo libri adversus Valentinianos. Xyl. quid sit hoc loco μίσος fatetur se ignorare Xylander: ἆθλον quoque se nescire fateri debuerat. est autem ἆθλος *certamen. exercitamentum* vocat Dempsterus Antiq. Rom. 5 4. idque proprio vocabulo *commissio* nuncupabatur. Suetonius in Augusto c. 89: *admonebatque praetores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri;* unde *committere* pro digladiari, certare etc. cuius exempla numerum omnem excedunt. μίσος itaque certantium in Circo *commissio* est, quae vox ἀντὶ τοῦ ἄθλου scribitur. Goar.

p. 298 v. 2. *repurgamenta*] ὕλην res elementarias et materiatas vocat. σκύβαλον excrementum est, quod ut vilissimum sordeat et abiiciatur, sicut D. Paulus humana ac caduca vocat ad Philippenses suos; et apud Phocylidem σκυβαλίσματα τραπέζης dicuntur quae adulatoribus et aliena quadra viventibus dantur. *oraculum,* cuius mentio fit, excidit. iam bixilationes quid sint nescio: bigas et bigarias novi, de quibus loqui eum putarem, nisi mox eorum seorsim mentionem faceret. βίξιλα audacter vexilla reddidi, descriptione id ferente. quanta fuerit Cedreni peritia antiquitatis Romanae, quivis cernat. bixilationes poteram vexillationes reddere, sed omitto. Xyl. *vexillationes sunt Romanorum equitum agmina.* idem habet Notitia imperii. Goar.

ib. v. 9. ἡ παρ' Ἕλλησιν] Xylander ut nimis proprie, sic ridicule: πλίνθον *Graeci vocant laterem coctum.* quis hoc nesciat? verum quid ad Cedreni propositum vel Graecorum πλίνθος vel Latinorum coctus later? relictis iccirco Xylandro lateribus, *laterculum* erudite aperit Pancirollus in Not. Imp. c. 92. *erat aerarium in aede Saturni, ubi plebiscita et senatusconsulta reponebantur. id postea laterculum dictum. mathematici enim quadratam figuram et ad aliquam similitudinem instar lateris surgentem πλινθίον id est laterculum vocant, cui codex similis laterculum est appellatus. sic et lapidem quadratum architecti, et agmen Aelianus nuncupant. a quo laterculum hoc derivari Cedrenus autumat. qui, inquit, later coctus est, seu πλινθίον Graecis,*

laterculum a Romanis dicitur. est autem hic later publicus, in quo senatorum et legionum nomina scribebantur. Goar.

p. 306 v. 14. *iam si velimus*] totum hoc vitiatum est. neque deerant nobis fortassis coniecturae emendandi, si totum computum (quem vocant) ecclesiasticum excutere et huc adhibere consilium fuisset. itaque quia id nobis alienum videbatur huius loci, verba auctoris reddidimus. Xyl.

p. 312 v. 5. *ἐπὶ τῆς βασιλείας*] et lacuna sequitur. ceterum vel ex Cedreno ipso liquet excidisse haec, *Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου*: nam res incidit in imperium Iustiniani magni. Xyl.

p. 314 v. 14. *ἀσπασμός* ubi de sacris imaginibus est sermo, osculum etiam sibi coniunctum expetit. officia Graecorum sexcentis in locis. Goar.

p. 320 v. 10. oraculum hoc mendose, ut omnia alia oracula, scriptum est. primum versum sic legerem, *Ἑβραῖος κέλεταί με παῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων.* sed cetera male habent. videre potes etiam Suidam in *Αὔγουστος*, ubi pro *ἀοιδόν* lege *ἄϊδος*; ut videatur legi posse utrumque, *τόνδε δόμον προλιπεῖν καὶ ἄϊδος αὖθις ἱκέσθαι.* tertius mancus est. Xyl.

p. 325 v. 19. *ἑβδόμῳ μηνί, καθ' Ἑβραίους δεκάτῳ*] ultimum vocabulum est mendosum, neque video quomodo restituam. Ebraeis September est omnino septimus mensis, non minima saltem sui parte. Tisei et Ethan vocant eum: sed coniicere fuisse scriptum *δὲ ἔθαν* aut *ἔθαν*, est durum. Xyl.

p. 326 v. 10. *σιτόχρους*] ad verbum, frumenti colore. quod vocabulum qualem colorem denotet, cum frumenti non sit semper idem, non satis video. si quis doceat, discam. Xyl.

p. 328 v. 7. *πρὸ χρόνων τῆς Χριστοῦ παρουσίας*] numerus annorum videtur excidisse. qui minor quam 250 esse nullo modo potuit, ut rationes chronologicae demonstrant. Xyl.

ib. v. 21. *post biennium Herodes*] quid si legas *duabus ab eius discessu diebus Herodes*, cum in margine sit adscriptum *ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγῆς τοῦ Χριστοῦ γέγονε περὶ Ἡρώδην ἡ βρεφοκτονία.* alioqui bimulos fuisse occisos notum est. sed hoc alterum habet aliquid peculiare. Xyl.

p. 330 v. 22. *Tertullianus*] locus exstat non ita procul ab initio Apologetici, et apud Euseb. 2 Hist. 2 Graece exponitur, unde videtur mutuatus Cedrenus. ceterum inde etiam constat legendum fuisse *εἰς τὸν κόσμον εἰσελήλυθεν, μαθών.* post Herodias Cleopatra nominatur, non scio an absque menda. Xyl.

p. 332 v. 13. *a Ioanne*] perspicue falsum. Lucae 3 mentio fit anni 15 Tiberii. triennium Christum docuisse non est sacris literis expressum: nam si esset, ea de re non disputassent patres. Clemens Alexandrinus *α´ στρωματ.* affirmat unicum annum a Christo fuisse evangelium praedicatum; eoque vaticinium adducit de anno gratiae, quod ex Esaiae c. 61 recitatur. de Iudaeae in filios Herodis distribu-

tione vide Iosephum sub exitum l. 17: nam quae Geographica sunt, alibi exponemus. sed et annorum ab Adamo ad Christum supputatio quae sequitur p. 333 v. 20 mendosa est, et sibi non congruit, si *ἀπὸ τοῦ μα΄ ἔτους Κύρου* legas. et quidem tot annos Cyrus regnum non tenuit: ergo pro *μα΄* reponemus *α΄*. Xyl.

p. 343 v. 22. *nam octies undecim*] locus hic lubricus est. quanquam de re tota longe rectius alibi disputetur. notae quibus Graeci utuntur in numeris signandis partim obscurae plerisque sunt, partim ineptorum librorum depravationi nimis quam obnoxii. *κθ΄* ♭ est viginti novem cum dimidio, xxix. s. et *Δ* necesse est ex re ipsa ut quadrantem designet. sed profecto 8 multiplicata in 11 ¼ 90 dies efficiunt, quod est ultra tres lunares menses adhuc dierum 11½ tempus. alioqui constat mensem lunarem 29½, annum lunarem 354, solarem annum 365¼ dierum fuisse illo tempore ad quod haec referuntur; ut praecisa ratio hic inita nequaquam videri possit. id monendum duxi, ne quis me aliquid dissimulare putaret: nam et cetera huius loci non sunt omnia integra. Xyl.

p. 344 v. 2. de Thrasyllo Tacitus l. 5 et Dio noster l. 55. *κλιμακτῆρες* qui sint aut qui Latine vocentur, aliis explanandum relinquo. Plinium ego imitatus (quem vide l. 7 c. 49) et historiam exprimere conatus sum. Xyl.

p. 346 v. 19. *στοιχειωματικός*, qui notis et imagunculis magicis aliisque praestigiis miraculosa efficeret. Apollonii res ex Philostrato notae sunt. infra de Iannis patriarchae praestigiis in Michaelo Theophili filio *στοιχειωτικοὶ λόγοι*. et diximus alibi de hac voce plura. Xyl. *geniis familiaribus addictus et eorum obsequiis utens. στοιχεῖον* quoque *genius* est et *daemon familiaris;* de quo alio loco. Goar.

p. 347 v. 3. *Aegyptius latro*] videtur de eo loqui cuius Act. c. 21 fit mentio. et ex Iosephi l. 2 c. 23 de excidio Hierosol. historiam eam repetunt Euseb. hist. Eccles. 2 20 et Nicephorus Xanthopulus 2 26. Xyl.

ib. v. 7. *inter Theram*] vide annum decimum Leonis Iconomachi. ceterum scribit Plinius 2 87 inter Cycladas anno 4 Olympiadis 135 Theram et Therasiam enatas. fuit autem hoc anno ab u. c. 516, quinquennio post finitum bellum primum Punicum. idem Plinius ibidem scribit inter easdem post annos 130 (id est anno 646 ab u. c., biennio antequam Cicero nasceretur, in fine belli Iugurthini) enatam Hieram, quae et Automate dicatur. et ab ea, inquit, duobus stadiis post annos 110, in nostro aevo, M. Iunio Silano L. Balbo coss. a. d. 8 idus Iulias, Thia. ii consules ponuntur ad annum 771 ab u. c., Tiberii quintum. quare Plinii locus, si non esset mendosus, dissentiret a communi calculo totis 15 annis. quod neque ipsius diligentiae neque aliorum scriptorum cum eo convenientiae est consentaneum. Dio Cocceius l. 60 insulam ait prope Theram fuisse enatam Claudio 4, L. Vitellio 3 consule, qui annus fuit ab u. c. 800

aut, ut visum aliis, 779. loquitur autem haud dubie hac de re et de Thia ista. itaque videndum est an non scripserit Plinius *post annos* 150, ubi nunc 130 leguntur: nam hoc quidem novum non est, 150 pro 153 poni, non exacte aut praecise numeris annotatis. porro Theram et Therasiam (neque hic loquor de ea quae una ex Aeoliis fuit, Plinius 3 9) insulas esse duas, non unam ex Plinii 4 12 facile intelliges; ubi Therasiam a Thera avulsam, interque eas primum Automaten, postea etiam Thiam enatas scribit. Claudiopolim p. 347 v. 10 Cappadociae idem refert 5 24. Xiphilinus ex Dionis Adriano nominat Cithynidem Bithyniae urbem, quae alias Claudiopolis dicatur. et de tumultu Iudaeorum sub Claudio vide Iosephum Antiquit. 20 4, Euseb. hist. Eccles. 2 19. apud Iosephum quidem tantum δύο μυριάδες leguntur periisse, 20 milia. sed Eusebius habet ut noster. Xyl.

p. 347 v. 16. *atroces per orbem*] in margine ἀναλογίζομαι καὶ αὐτὸς τὴν τότε συμφοράν· φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις. Nerva hoc edictum abolevit. Xyl.

p. 348 v. 15. *a Ionadabo*] vide Ierem. 35. de Essaeis lege Iosephum Antiquit. 18 2, et multo plura belli Iudaici 2 12, unde noster complura transtulit. Xyl.

p. 356 v. 1. *ad veniam incontinentia*] locus est mutilus, quem ad verbum expressi: neque enim vacabat Basilium evolvere huius rei causa; quod faciet qui hac disputatione delectatur et otium habet. sed et Platonica mutila sunt, atque adeo in margine adscriptum est ἀσαφῆ ταῦτα πάντα σχεδὸν τὰ τοῦ Πλάτωνος διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ αὐτοῦ βιβλίον ἐν ᾧ ταῦτα κεῖται. sunt autem ex secundo libro de re publica desumpta, et Aeschyli versus ex Thebaica obsidione citatur ibi; quem locum apud Plutarchum convertimus in Aristida. ego operae pretium non duxi hic me corrigendo defatigare, cum sit Platonis liber ad manus. Xyl. nihil hic mutilum aut truncum etiam Xylandro, si modo iudex aequus auctoris verba penitius inspiciat. cum enim de exhibito verbis evangelicis quibus castitas apprime laudatur obsequio, dixisset nuptiis vinctos, aeque ac monachos, ex iis sententiam in iudicio laturos, illos violati dominici consilii liberos asseruit renuntiandos, veniamque consecuturos, qui proferrent ex continendae libidinis impotentia vel uxoris affectu vel eius convictu ductos ad legitimas nuptias convolasse. qui sensus ut catholicus, etiam integer est et perfectus. Goar.

p. 361 v. 7. *Oblias*] cuius linguae hoc vocabulum sit et quid significet, non intelligo. περιοχὴν λαοῦ ad verbum reddidi complexum populi. narrationem hanc noster aut ex Nicephoro descripsit aut ex ipso Egesippo, ex quo eam Nicephorus refert hist. Eccles. 2 38. quem si Graecum habuissem, potuissem plurimis locis in corrigendo Cedreno adhibere. Xyl. Epiphanius Haeresi 78 n. 7: ἔσχε μὲν οὖν ὁ Ἰωσὴφ πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα Ὀβλίαν,

ἑρμηνευόμενον τεῖχος, καὶ δίκαιον ἐπικληθέντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἅγιος. GOAR.

p. 373 v. 4. *sub Constantio*] audacter Constantium restitui pro Constantino, cum et Zonaras mecum faciat in vita Constantii, et Nicephorus 10 2, et Theodoritus 3 18, et fragmentum Dorothei martyris, quod Lucae evangelio solet praefigi, quanquam in eo quoque *Κωνσταντίνου* pro *Κωνσταντίου* vitiose legitur et is filius Magni perhibetur. nam Constantinus Magni filius celerius est sublatus quam ut ipsius imperio aliquid horum fieri potuerit. sed et in Sophronii scriptum est de D. Luca fragmento, anno Constantini vigesimo reliquias eius Cpolim esse allatas; quod mendosum prorsus est et in nomine et in anno. XYL.

p. 378 v. 7. *Flavius*] *Βάλβιος* vel *Βάλβος* Balbus, vel Flavius *Βλάβιος* legendum videbatur. sed cum P. Cornelii Taciti librum 15 consulerem, inveni Flavium rectum esse. Subrii enim Flavii tribuni est illud dictum ibi relatum; et quidem eundem nominat in hac ipsa historia Xiphilinus ex Dione, stipatoribus praefuisse indicans. quod autem Cincinnatus dicitur ad rem publicam gerendam ab aratro vocatus Nerone imperante, est summae *ἀνιστορησίας*. XYL.

p. 384 v. 5. *matrem vocat eius*] in margine *ἐντεῦθεν δύνασαι νοῆσαι καλῶς καὶ τὸ τροπάριον τὸ λέγον "σὲ ἡ ἀκανθηφόρος Ἑβραίων συναγωγή, οὐ στοργὴν εὐεργέτου πρός σε φυλάξασα μητρικήν."* de tropariis infra dicetur. locus qui non multo post citatur ex Thren. 4, ibi et apud Eusebium Iustinum aliosque aliter paulo legitur: sed insistere huic disputationi non libuit. XYL.

p. 429 v. 16. *ἄριστον πολιτείαν*] aequam imperii legem et laudatam in administranda re publica solertiam, potius quam privatos mores, hic inspice. GOAR.

ib. v. 22. *εἰκότως — κομισάμενος*] ad verbum: *promerita iam olim innatae sibi ferocitatis praemia reportavit.* GOAR.

p. 431 v. 5. *me non interimes*] versus est de initio Iliadis Homericae libri 22, quo Apollo Achillem a se insequendo dehortatur. de Apollonio exstat iustum Philostrati opus, et haec fabula est in l. 8. Damidem quoque, non Damantem legi debere satis ex eo, Suida aliisque constat. XYL.

p. 434 v. 17. *τὸ πέταλον πεφορηκώς*] atque sic etiam legitur apud Eusebium, unde haec Cedrenum descripsisse apparet. quid autem sit *πέταλον φέρειν*, nondum satis scio, nisi quod laneum pileum insigne doctoris fuisse ex Suidae collectaneis utcunque suspicor, qui honoris et auctoritatis causa a primario ecclesiae doctore gestaretur, quales olim flaminum apices. XYL. ut doctorem, doctoris quoque ornatum insignibus, ac *πέταλον laneum pileum flaminum* more gestasse, censuit Xylander. sic *aurum lana* compensat, et sancto spiritu afflatum apostolum et praecipuum ecclesiae doctorem *flaminum* honore donat. at non potius antiqui sacerdotii dignitatem

aliquo titulo exaequatam novique maiestatem assumpto quodam eius insigni manifestatam voluit apostolus, cum *πέταλον bracteam laminamve auream* fronti praetulit appensam? Hieronymus de Eccles. Script. in Polycrate: *Ἰωάννης ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀνεκλίθη καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη.* de Iacobo domini fratre narrat simile Epiphanius Haeres. 78: *οὗτος ὁ Ἰάκωβος καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσε.* eius interpres: *Iacobus iste bracteam in capite gessit.* GOAR.

p. 435 v. 4. *magni Gregorii frater Caesarius*] idem Suidas et alii. quod in Graeco sequitur *ἐπὶ σενάτου*, nescio legere: fortassis est *ἐπὶ σενάτου* in senatu. fuisse hunc Caesarium magistrum aulae Theodosii primi, est apud Nicephorum 12 44. id valde dissentit ab eo quod Gregorius Nyssenus in vita Nazianzeni habet, Caesarium Constantio imperante e vivis excessisse. XYL. exstantem in vetustis editis Cedreni exemplaribus notam, duabus literis σε* coniunctam, coniicio indicare *σεκρέτου* vel ut Xylander opinatur *σενάτου*, vel denique, ni ε obsisteret, *συνόδου*. eligat sibi placitam, vel certiorem proferat alius coniecturam. GOAR.

p. 437 v. 17. *Ἀδριανοῦ θήρας*] confundit hanc auctor non ignotus cum Thracica Adrianopoli. at Mysiae, non Thraciae urbs est, et a Cuspiniano ex Dione et Suetonio *Adriani venatica septa* nuncupatur. GOAR.

ib. v. 18. *in Mitatis*] hoc quid sit, non facile dixerim. apud Xiphilinum ex Dione urbs simpliciter *Ἀδριανοῦ θῆραι* dicitur, quod venatica Adriani septa convertit Merula. eodem modo Zonaras habet. Spartianus: oppidum Adrianotheras in quodam loco, quod illic et feliciter esset venatus et ursam occidisset, aliquando constituit. quid si *μιτάτοις* metatis significare debuit, ut Adriani venationem certis metis ac finibus urbis inclusam designet? XYL. *mitata,* seu Latinius mavis *metata,* castrorum loca interpretor, in quibus staret vel longiore profectione suscepta paululum quiesceret exercitus. hinc *metatores,* de quibus Vegetius 2 7. GOAR.

p. 438 v. 8. *annos aetatis adeptus multos*] Xiphilinum, et vero id quod perspicue verum erat, secutus hic sum. nam illud *βιώσας μὲν ἔτη ζ* est ab aliquo positum qui elegantiam inscriptionis non intellexit. fuit scribendum *βιώσας μὲν ἔτη πολλά* vel (ut habet Xiphilinus) *τόσα.* nam vitam otio et tranquillitate carentem, cum iniucunda fuisset, vitae nomine non dignabatur. ac *ζῆν*, vivere, pro suaviter et iucunde vivere demum poni satis notum est vel ex epigrammate de horis diurnis, in quo est "*vivere post illas litera Zeta iubet.*" XYL.

ib. v. 9. ubi Cedrenus refert Adrianum urbibus atque civibus debita dimisisse, in margine assignatum est: *τοῦτο καὶ ὁ ἐμὸς βασιλεὺς Ἰσάκιος ἅμα τῇ ἀναρρήσει ἐποίησεν.* XYL.

p. 438 v. 18. * *Traiano enim*] haec neque de Antonino accipi possunt neque omnino huc pertinent, sed ad Adrianum, qui fictis a Platina Augusta literis Traiano adoptatus fuit. constat hoc ex Xiphilino Spartiano Zonara atque aliis. Xyl.

p. 439 v. 4. *Bardesanem*] perspicue falso hic Bardesanis nomen inculcatur, hominis, ut aliud nihil dicam, Syri. legendum *apud Phryges Priscillam* etc. de Bardesane vide Euseb. fine libri quarti histor. Eccles. de Cataphrygon haeresi, Montani et falsarum vatum Priscillae ac Maximillae, idem 5 16 et alias. Xyl.

ib. v. 15. *is cum adversus*] in margine haec stabant: ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ Ἀντωνίνου τοῦτο γενέσθαι ὁ σοφώτατος γράφει Θεμίστιος, ἄλλως δὲ καὶ οὐχ οὕτως. Apologiae Iustini Martyris secundae subiuncta est ea de re ipsius Antonini epistola: sed utrius ea sit, Piine an Philosophi, ambigi potest. ex Orosio 7 15 satis patet sub Philosopho eam rem gestam, itemque ex Eusebii narrationum ordine, et quod fratrem alterius Antonini (nimirum Veri) Marcum ait bellum Germanicum gessisse et Christianis precantibus aqua potitum, 5 5. sed et Melito apud eundem paulo ante Adriani nepotem appellat, 4 26. Xiphilinus quoque et Zonaras ex Dione Philosophi imperio rem narrant. Iulius item Capitolinus et Germanicum Marcomannicumque bella ab hoc gesta diserte indicat, et eum fulmen contra hostium machinamentum aquamque suis siti laborantibus elicuisse precibus memorat. Xyl.

p. 440 v. 16. εἰς μετάνοιαν] haereticus *ad resipiscentiam* interpretatur, orthodoxus *ad poenitentiam*. Goar.

ib. v. 19. narratio de eo qui arena baptizatus fuit est ex Nicephori fine tomi tertii. sed haec verba *ergo quia nihil* etc. quid sibi velint, nescio. Xyl. se ipsum itaque non intelligit. planus est tamen verborum sensus. *ergo quia nihil horum fuit* arenae baptismus, ut qui ad figurativum Moysi, poenitentialem Ioannis, sacramentalem Christi, sanguineum martyrum revocari nequiret, *iuste non est receptus*, qui susceperat illum Hebraeus. Goar.

p. 442 v. 6. Severus qui sit idem quod haereticus ignoro. credo autem haec a sciolo fuisse adscripta, qui Severum haereticum nosset; de quo Cedrenus postea dicet in Aureliano. Xyl. nihil hic cum Xylandro a sciolo quovis existimo corruptum. *Severus* enim Latinis cum *trucem, rigidum, vindicem* etc. sonet, poterit quoque pro *exitiali, pernicioso*, et ut loquitur Apuleius, *peremptorio* sumi, quem Graeca vox αἱρετικός (et si mavis ἀναιρετικός) refert. Goar.

ib. v. 17. κυνήγιον] *venatum* apud auctorem interpretabere in Antonino. hic et sparsim, non ut plerique *cynegium*, sed *arenam*, locum certamini cum bestiis subeundo (ad occidentalem urbis regionem adhuc hodie κυνηγός audit) deputatum, ad quod illae ibidem in caveis et foveis publicis sumptibus alebantur: ἐν ᾧ, scribit Suidas, ἐρριπτοῦντο οἱ βιοθάνατοι sive βιαιοθάνατοι. in quo nominatiores

sceleratos nec non ex contemptu nobilissimos leges quandoque capite multatos. Goar.

p. 446 v. 3. ἀνόσιοι impios haereticos significat: ego perspicuitati servire nolui, et fieri potest ut ἀνομοούσιοι Cedrenus scripserit. Xyl. at qui scripsisset, si necdum a Xylandro conficta vox erat? certius dixero fieri potuisse ut scripserit, ἄνισοι vel ἀνίσιοι, quae voces, tum apud antiquos tum apud neoteros Orientales, *inaequalitate affectos et ductos* refert; ut nimirum iidem essent ἀνίσιοι qui et ἀνόμοιοι. Goar.

ib. v. 16. ἐπανηρῆσθαι βίον] ἐπανήρατο, ἐπειρᾶτο, εἵλετο. ἐπανηρημένος, προηρημένος, θέλων. Suidas. ascetica vita est quae corpus domare adsuescit et soli pietati vacare. ei exercitationi monachi studebant, indeque ascetae dicebantur quasi exercitatores. ceterum haec omnia apud Suidam aliquanto etiam quam hic plenius et integrius leguntur in Ὠριγένης, quem secutus sum suis locis. vide etiam Nicephorum 5 32 et 33. Xyl.

p. 449 v. 12. *Maurus Cappadox*] apud Xiphilinum ex Dione, quem et secutus est Zonaras, legitur Maurum fuisse ex Sicilia Caesarea; quod quid sit, non video. certe si Maurus fuit, neque Cappadox esse potuit neque Siculus. ex Mauritania Caesariensi fuisse probabile est. Xyl.

p. 450 v. 21. qui a Maximino ad Philippum usque fuerunt imperio Romano potiti, admodum obscure et confuse hic recensentur. cum autem in manibus sint Herodianus Capitolinus Zonaras alii, malo lectorem ad eos remittere quam huc transscribere ista. pro Pupliano (p. 451 v. 5) ex historia restitui Pupienum. sed quid sibi iste Iunior (*ib.* v. 2) velit, non coniicio. protectorum quidem, ut dignitatis, mentio apud Ammianum est creberrima. inter protectores domesticos se quoque sub Constantio fuisse indicat l. 15, et ex eiusdem l. 30 apparet fuisse gradum ad tribuniciam dignitatem proximum: apud nostrum προτίκτωρες dicuntur. is Iovianum quoque sub Constantio fuisse protectorem ait. apud Marcellinum eundem scholarum quoque palatinorum mentio non rara. satisque liquere puto scholarum nomen legionibus, quae perpetuo stipendio alebantur, tributum fuisse; quarum praefectus domestici appellatione identidem deinde afficitur, nonnunquam etiam ἐξηγούμενος τῶν σχολῶν dicitur. Xyl. *Candidatos* agmen militare recenset Marcellinus l. 25 et 31. ac eosdem pari fere casu Iuliano et Valenti violenta morte perituris militantes. *Protectores* quoque memorat idem l. 24, nec non et *Scholares;* quos omnes imperatoris stipatores et satellites fuisse ostendit quam erudite Henricus Valesius in annotationibus. eosdem plerisque locis σπαθαροκανδιδάτους vocat ius Graecoromanum. Goar.

ibid. Marcum autem, qui post Gordianum lectus fuit, triennium imperasse (*ib.* v. 16) falsissimum est, cum vel ex Zonara constet eum nondum occepto imperio exstinctum fuisse. ei Severus Hostilianus

sufficitur, cuius imperium eadem fuit condicione. is a Cedreni librario Iustilianus, a Zonarae recte Hostilianus dicitur. certe pro ἔτη ἡμέρας, pro annis dies legendum puto. quod supra est (*ib*. v. 1). *is fuit pater s. martyris Eugeniae*, quale sit, ex Philippo Zonarae disces. Xyl.

p. 450 v. 22. *Βόστρων* est etiam apud Zonaram; et Arabem hunc fuisse ac Bostra Arabiae urbem, reliqui tradunt. et quidem Ammianus Marcellinus, scriptor diligentissimus, Bostram Armeniae ingentem atque munitam urbem commemorat, l. 14. Xyl.

p. 452 v. 1. *is ob corporis*] ambiguum, de Saporene an de Philippo intelligi debeat. Zonaras de Sapore exponit. Valerianus autem huc non pertinet. sed vel Zonaras hic lectorem explicabit. Xyl.

p. 454 v. 9. *mirificus Gregorius*] Neocaesariensis episcopus. vide Nicephorum 6 17. quae de Manete sequuntur, sunt etiam in Suidae collectaneis; quae secuti sumus, ubi rectius nostro codice habere iudicabamus. Xyl.

p. 464 v. 4. *Perinthi ad convivium*] locus est mutilus. paulo ante certae perniciei obnoxia verti, quae noster μετὰ κλιμακτήρων dicit. Xyl. κλιμακτῆρας interpretor rerum dubios casus, quae ut nonnunquam consistere et augeri, ita et frequentius in ruinam praecipites agi consueverunt; metaphora a revoluto septenorum annorum circulo, in quo, ut unius in aliud temperamenti, sic et vitae solito saepius fit in mortem mutatio. Goar.

ib. v. 23. *haeresin quattuordecimanorum*] nempe ut pascha Iudaico instituto ac die celebraretur. Xyl.

p. 470 v. 8. *Ἄδαγκτον*] lego Ἄδαυκτον, quae est Eusebii 8 11. litera υ vitio librarii extrita et Latina, ideoque Italo non male conveniens; quales sunt Honorati, Consentii, Innocentii, aliorum. quod autem de eius uxore et filiabus refert, id Eusebius capite sequenti nequaquam his tribuit, sed aliis apud Antiocheam hoc modo stupro elapsis. porro quid dignitatis sit magister, ex Eusebii de Audacto narratione et ex aliis colligere licet. hodie quoque magistri vel aulae vel equitum in aulis sunt. et praedivites fuisse eos magistros historia Xyluntae in Leone Iconomacho docet. quod ad quaestionem attinet, August. 1 26 de Civit. Dei ait se nihil audere de iis temere pronuntiare quae harum similes exitus habuerunt. sed ista aliorum sunt. Xyl. Eusebius de hoc praeclaro martyre 8 23: Ῥωμαϊκῆς ἀξίας ἐπειλημμένος Ἄδαυκος ὄνομα, γένος τῶν παρ' Ἰταλοῖς ἐπισήμων, διὰ πάσης προελθὼν ἀνὴρ τῆς παρὰ βασιλεῦσι τιμῆς, ὃς καὶ τὰς καθόλου διοικήσεις τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστρότητός τε καὶ καθολικότητος. *quidam Romanarum dignitatum summis potitus, Adaucus nomine, genus ab Italiae nobilissimis ducens, vir per omnes honorum, qui ab impp. sunt gradus provectus, ita ut magisterii ab ipsis vocati, et generalis administrationis principatum obtinuerit.* Graeca ex animi proposito

iuxta Christophorsoni versionem non exhibui, qua ultima verba reddidit *magistri officiorum et quaestoris generalis munera integre et incorrupte executus, magisterii* siquidem praefecturam, *magistri officiorum* dignitatem indicasse ratus, de quaestore generali tacui, ceu de munere ab officiorum magistro diverso, quorum utrumque in ea qua tunc erat imperium amplitudine et mole solus unus gerere nequiret; nec καθολικότης, ἀπὸ τῆς μαγιστρότητος seiungenda, quas particula coniunctiva voluit Eusebius esse connexas; ita ut Adauci magisterium generale esset, et in plures (ut a magistris rei privatae dignoscendum) extenderetur: ac non palatinis tantum et principis ministris, ait Pancirollus in Notitiam imperii Orient. c. 62, nec non scholis palatii arma tractantibus, sed et fabricis et limitaneis ducibus et comitibus imperaret. haec fuse de magistro, cuius dignitate plures ornatos recenset Cedrenus: viginti quattuor suae legationis tempore ex visu numeravit Luitprandus, prout testatum reliquit l. 6 c. ult., cunctique ut dignitate ita summa auctoritate, labentis imperii saeculis sunt potiti. Goar.

p. 472 v. 23. in descriptione formae Constantini magni est eum fuisse dictum τραχηλᾶν, quod cervicosum transtuli. apud Aurelium Victorem est Traculam fuisse cognominatum, sed aliam ob causam. Xyl. apage a tam praeclaro colendoque principe *cervicosi*, quam hic comminiscitur Xylander, infamem vocem. et qui os humerosque deo similis Constantinus τραχηλᾶς, ceu *lata erectaque cervice* (corporeae fortitudinis et ingentis animi signis) *conspicuus*, communi verborum copia laudem potius suae celsitudini imparem accipiat, quam uno solo minus feliciter adinvento iniuriam et offensam patiatur. Goar.

p. 473 v. 16. ἐβασίλευσε Γαλλιῶν] hoc secum felicis ominis Galliarum regnum portendit, ut sibi et ecclesiae datus e coelo rex, sicut inter fideles principes primas obtinet, ita et *Christianissimi* nomen assequeretur, unusque *sacerrimus* et *divinissimus* prae ceteris proclamaretur. Goar.

p. 491 v. 22. ὑποδέξασθαι τοῦτο τὸ ὄνομα] ipsi Graeci fabulosae Iudaeorum traditioni adhaerent, ubi composita Tryphonis nomine oratione pronuntiant adversus insecta quaeque agros devastantia, ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τοῦ μεγάλου ὀνόματος τοῦ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐπιγραφέντος, καὶ μὴ βαστασάσης ἀλλὰ διαρραγείσης ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Goar.

p. 495 v. 21. Κοδρούβης] scribe, Κορδούβης. loquitur de Osio Cordubae episcopo, viro magnae isto tempore auctoritatis, ut ex Eusebio et reliquis scriptoribus ecclesiasticis notum est. vide hac de re Socratem 1 7 et 9, Sozom. 1 16, Theodoritum 1. Xyl. Κοδρούβης Theophanes quoque vice Κορδούβης, iuxta receptum a Graecis modernis literas transponendi morem. sic κραδίαν et ἀμύγλαδα loco καρδίαν et ἀμύγδαλα pronuntiant et scribunt. Goar.

p. 496 v. 1. *οἰκοδομῆσαι τῇ θεοτόκῳ πόλιν*] hinc ut deiparae dicata *Θεοτόκου πόλις* quandoque, sicut et *Κωνσταντινούπολις* legitur. ita Menaeum 2 Maii, cuius anniversario die redeunte per totum Orientem celebrantur encaenia, quorum historiam festi eiusdem Synaxarion exhibet, et Zonaras commemorat in Constantino. Goar.

p. 497 v. 6. *annum atque* 8 *menses*] sane ex historia huius belli liquet fuisse diuturnum. quot autem confectum mensibus fuerit, non satis apparet. in Graeco undecim et octo mensibus durasse dicitur, numero satis insolenti, nisi forte primum undecim mensibus belligeratum, et post rupto foedere rebellio facta et octo mensibus oppressa sit. Xyl.

ib. v. 7. Licinnium duobus nn scripsi, Graecum secutus codicem. alii unico n Licinium habent. sed eam ipsam syllabam ci Horatius et longam et brevem in odis extulit. Xyl.

ib. v. 12. *ἀποτμηθῆναι*, nimirum *τὴν κεφαλήν*, si quidem verbum recte habet: nam occisum fuisse simpliciter tradunt reliqui. *κυριακάς* verti templa, suppleto nomine *οἰκίας*. nostrum *kirchen* inde esse deductum multo est probabilius quam ab ecclesia. Xyl. intellige *οἰκίας*, a Latinis *dominica* vocatas; quae *κυριακά* quoque in neutro scribuntur. Goar.

ib. v. 18. *ἐθεματίσθη*] *θέμα* iuxta modernorum usum explicamus *legionem, provinciam, aedificium, positionem.* hinc quoque stellarum errantium sicut et fixarum ordo, caelorum situs, siderum mansiones, ut aiunt, et eorundem ad sese respectus *θέμα*, Zonarae *θεμάτιον* nuncupantur, quod alii trito sermone vocant *horoscopium;* cuius si tibi figuram composueris, *θεματίζειν* Cedreni verbo diceris. Goar.

ib. v. 20. *indictione tertia*] quod in codice meo ante γ' signum est, eo signo notari indictionem (*ἐπινέμησιν*) deprehendi ex Iustiniani anno undecimo, ubi agitur de magni templi instauratione, et Zonaras perspicue indictionem pro hoc signo habet. quod et aliis locis observabit attentus lector. porro autem ad verbum omnia reddidi, ne quis temeritatis me accusaret. apud Zonaram est, annos 696 duraturam Cpolim praedixisse Valentem, idque ex themate seu positu siderum in natali urbis eum iudicasse. hinc verba nostri potes intelligere. quod de morte Crispi dicitur, menda non videtur vacare. constat ex historicis eum falso a noverca Fausta delatum crimine, quasi pudicitiam eius tentasset, capite damnatum fuisse. et quid sibi velit *στεφθεῖσα δι' ὀπτασίας*, non satis liquet. vide Nicephor. 8 29. et quod obscure ac concise noster de Armeniis et Teridate refert, intelliges ex eodem c. 35. de Persis idem prolixe cap. sequenti, ubi Usthazanes dicitur qui nostro *Οὐθαξάδ*. Xyl.

p. 498 v. 5. *τοῦ ἀρχιστρατήγου*] Xylander *copiarum praefecti* vertit. quarum? rectius dixisset: *caelestis militiae principis,*

id est Michaelis archangeli. antiquam exinde erga beatos spiritus devotionem collige. GOAR.

p. 500 v. 6. *συνάναρχον*] an ita filius, sicut pater *ἄναρχος*; non ita, sed filius quoque *ἄναρχος*, quia licet principium originis, non temporis tamen aut creationis agnoscit. Gregorius Theologus. GOAR.

p. 504 v. 1. *κανονίσαι*] *canone edito statuere.* Paphnutii dicto, cui velut fabulae alii, Cedrenus ut historiae verissimae perhibet testimonium. GOAR.

p. 518 v. 1. *φόρον*] Simocatta: *φόρος περίλαμπρος χῶρος τῆς πόλεως.* etiam appellatione a Latina deducta gaudet. GOAR.

ibid. hinc inde forum stipabant *ἔμβολοι.* sunt autem secundum Allatium *porticus* variis asseribus coniunctis et tegulis superimpositis ad caloris incommoda et imbres repentinos arcendos, umbrarum etiam et deambulationis gratia aedificatae, sic dictae ab *ἐμβάλλω*, quod ad eas et per eas ingressus pateat. Asconius *provolantia tabulata* vocat. belle, si tamen addideris *ἐμβόλους* a Constantino lapidibus exstructos, columnis marmoreis fultos et opere concamerato tectos, iucundissimum ambulantibus spectaculum, sicut et amplissimum in eos se recipientibus spatium praebuisse. GOAR.

p. 519 v. 4. *Σενάτον*] ut nova veterem Romam imitaretur, ad fori maximi latus curia in utraque constituta erat. haec *Σινάτον* vel *Σενάτον* Cpol. dicebatur, quod Zonaras *ἐν τῷ Σενάτῳ καλούμενον μέγιστον οἶκον* scribit. GOAR.

ib. v. 18. *αὐτομάτοις θερμοῖς*] aquas nulla humana industria, sed naturae sponte beneficioque ad balnea praeparatas intellige. GOAR.

p. 520 v. 10. *τὸ δὲ τούτους ἀναιρεθῆναι*] absque his verbis sensus integrior, si praemiseris: *ἀλλ' ἐπεὶ ἀλόγιστος.* GOAR.

ib. v. 17. *ad fratrem Constantium*] falsum hoc est et contra historiae fidem. Constanti enim absenti bellum inferens apud Aquileiam ab eius exercitu caesus periit Constantinus. et sic paulo post recte legitur. XYL.

p. 521 v. 1. *χαροπός*] hic aeque ac in Iustiniano *χαροπὸν τὴν ὄψιν adspectu trucem* reddidit interpres. constat autem, ut moribus, ita corporis signis Iustinianum summam mansuetudinem praetulisse. rectius itaque cum Io. Baptista Porta in Physiogn. *χαροπόν caesiis oculis,* quales sunt leonini, *illustrem* verto, quem eundem *περιφερῆ καὶ εὐόφθαλμον*, *volubilibus benignisque* conspicuum Suidas cum lexico Anonymo bibl. Reg. interpretatur. GOAR.

ib. v. 8. *κακοδοξία*] favit enim Arianae impietati. et recte in margine additur *οὐαὶ ὅτι τῷ πάντων ἐσχάτῳ.* deplorat eum hoc uno vitio laborasse, quod omnium sit summum. XYL.

ib. v. 22. *Macelium*] scriptura perversa. Ammianus non longe ab initio l. 15 Marcelli fundum vocat: legerem ergo *Μαρκελλίῳ.*

apud Sozomenum *μαρκέλλῳ* legitur, 5 2: sed in eo scriptore nomina propria vitiari non est novum. Xyl.

p. 522 v. 12. *ἀπὸ ὀμμάτων*] non ab oculis, quorum lumen exstinctum erat, innotescebat Didymus, sed quod a videndo excessisset; ea phrasi qua *ἀπὸ ὑπάτων*, et *ἀπὸ γραμματέων* *exconsul* et *exscriba* nuncupatur. Goar.

p. 524 v. 19. *insulam Thalamonem*] apud Sozomenum legitur *φλάβωνα νῆσον*, 4 7. apud hunc et reliqua fusius enarrantur. Marcellinus Gallum interfectum apud Polam Histriae ait prope finem l. 14. Xyl.

p. 525 v. 20. *quidquid in Macello*] in margine *εἰς δὲ τὸ ἐχόμενον τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τί ἔμελλες εἰπεῖν, σοφώτατε Κεδρηνέ; λέγει γὰρ παρακατιὼν ὁ μέγας Παῦλος "εἰ δέ τις ὑμῖν εἴπῃ ὅτι τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι, μὴ ἅψητε αὐτοῦ."* magna profecto quaestio, et multum habens difficultatis. vide August. Poplicolae epist. 154. Xyl.

p. 526 v. 7. *ἅμας*] unde vocem hanc verterit *urnas*, edisserat, si potest, interpres: Graecis *batillos* sonat, ad egerendam terram instrumenta: sicut *σκαπάναι*, ad effodiendam. Goar.

ib. v. 24. *δόκιμος* cum de monachis dicitur, non is est qui iam ascetica vita probatus virtutibus effulget provectus, sed is proprie cuius vires propositum animus probantur et ad virtutem informantur: uno verbo, non *monachus praeclarus* iuxta Xylandrum, sed iuxta tritum in monasteriis loquendi usum *novitius* est. Goar.

p. 529 v. 10. *ὠμοφόρῳ*] *humerale* ad verbum reddidit interpres: tu *fasciam* honoris gratia, pontificum humeros ambientem et extremis ante retroque pendulam, a Latinis *pallium*, archiepiscoporum insigne, dictam, intelliges. *ἐπωμίδα* vocat auctor frequentius. Goar.

p. 530 v. 10. *τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου* *puteum testimonii* vertendum censuit interpres, erronee. *μαρτύριον* enim ecclesia est martyri dicata, ut habet Chrysostomus hom. 31 tom. 5, statim sub initio. hic quoque de Acacii martyris templo aperta fit mentio; ac insuper in Marciano aedes Euphemiae *μαρτύριον* scribitur p. 303. Goar.

ib. v. 23. *τὸ μύρον*] *sacrum chrisma* intelligit ungendis baptismo initiatis institutum, cuius consecrationem, de qua hic sermo, continet Euchologium. Goar.

p. 531 v. 1. *θεοφανίοις*] baptismum non secus in Theophaniis quam in paschate ac pentecoste solemniter quondam Graeci conferebant. eius aquam, veteri more retento, etiamnum hodie festi pervigilio consecrant, morisque institutionem Petro Fulloni Cedrenus assignat. Goar.

ib. v. 3. *τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ*] *in vigilia magna*, reposuit dormitans Xylander, ubi *magnam parasceuem*, passionis nimirum celebritatem non difficulter scribere potuisset. Goar.

p. 531 v. 11. *προτίκτωρ*] cuius officium apud Meursium ieiune describitur, latissime apud Pancirollum in imperii Notit. c. 89. imperatoris latus stipabat. Goar.

ib. v. 12. *ἡρώῳ*] tumuli priorum imperatorum a Constantio in limine ss. apostolorum positi *ἡρῷον* sunt, *heroum loca* et *heroicarum cinerum* loculi, *ἐν ἰδιαζούσῃ μέντοι στοᾷ in peculiari nimirum porticu* a praefato Constantio constructa dispositi. Zonaras in Constantino versus finem. Goar.

ib. v. 15. *trulla*] ne vel me impedirem vel alios, haec ad verbum reddidi. est enim oppido difficile hybridas voces, quas a Latinis Graeci male assecuti et vitiantes suas fecerunt, recte exprimere. ex Evagrii 4 31 apparet trullam esse *θόλον*, id est rotundum fastigium. arbor Persica de cuius miraculo inde refert, in margine *ῥοδακινέα* appellatur; quod obiter annotandum videbatur. Xyl.

ibid. *φουρνική*, *ἄμβωνα*, *σολέας*] hybridas voces asserit Xylander, et se aliosque in eis interpretandis impedire veretur. an oppido, ut existimat, difficile interpretari *τὸ φουρνική*, ecclesiam sive trullam *fornicibus laqueatam*, vel ut scribit Meursius, *instar furni concameratam? φοῦρνον* enim ita vocant Graeci. *τὸν ἄμβωνα suggestum altiorem*, in ecclesiae medio locatum, in quam ab oriente et occidente gradibus ascenditur, ex quo dei verbum et legitur et enuntiatur. *τὰς σολέας gradus altari viciniores*, in quibus sedem habent subdiaconi, et e quibus velut *e solio* regis Christi corpus in populum fidelem distribuitur. Goar.

p. 532 v. 19. *κουρίσκους*] puerascit interpres, *puerulos* hanc vocem referre suspicatus, quae *tonsores* diminutive significat. Paulus Diaconus in Iuliano. Goar.

p. 534 v. 6. *ῥόγαν*] *stipendia militum*, vel imperatorum *dona* calendis Ianuariis, natalibus principum et urbium regiarum, ut hic narrat Paulus Diaconus, eisdem exhibita. ab *erogando* vox deducta. Goar.

p. 536 v. 14. *ἱερομάρτυρος*] pontifices simul ac martyres *ἱερομάρτυρας* ecclesia Graeca nuncupat. Goar.

p. 539 v. 4. *eique inscriptum*] locus mutilus: Tarsi enim hoc epitaphium ei factum est, quod vel Cydni mentio docere possit, si Zonarae non moveremur auctoritate. Xyl.

p. 541 v. 5. *itaque multi*] in margine *τοιοῦτόν σε, τρισαύγουστε Ἰσάκιε, ὁ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνος ἐγνώρισε, κἂν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς προτερήμασιν ἔχεις τὸ ἀπαράμιλλον.* loquitur nimirum de Isacio Comneno, qui aequalis fuit Henrici quarti, annis abhinc circiter quingentis. quod annotavi, ut cum satis constet verba haec non ipsius esse Cedreni sed librarii, appareat codicem exemplari ipso non multis annis fuisse recentiorem. Xyl.

p. 542 v. 16. *Natoliam*] ita vocatur Asiae pars quae Propontide et Hellesponto ab Europa dirimitur, in qua est etiam Bithynia.

Xyl. *minorem Asiam* perperam hic intelligi putat Xylander, quae Graecis *ἀνατολή*, Turcis *Anatolai*, aliis *Natolia* corrupte dicitur. errandi praebuit ansam prava vocum affinitas, quam sincerior emendabit, si vice *Νατωλίας* legatur *Νακωλίας*. ad eam enim Phrygiae civitatem, ad Sangarim sitam, Procopius Valenti occurrit, ibidemque conseruerunt manus utriusque acies. Marcellinus l. 26: *Valens castra promovit ad Phrygiam, et prope Nacoliam collatis manibus.* vide Leunclavii Onomasticon v. Enagiol. Goar.

p. 543 v. 16. cum his praeter historias Marcellini et aliorum gentilium conferenda sunt quae l. 6 habet Ecclesiasticae historiae Sozomenus. apud eum proditores Procopii Agelon et Gomarius, ω magno, leguntur, 6 8. vide et Nicephori l. 11 et Socratem l. 4. oraculum de Chalcedone ex Zonara emendavi; quod etiam apud Socratem exstat, 4 20. Nymphaeum quid sit, disputat Cuspinianus in Valente; citatque locum Zonarae, qui idem est apud Cedrenum, et meo iudicio diversum sentientes refellit. Xyl. *νυμφαῖον* domus publica celebrandis nuptiarum conviviis et ludis dicata. auctor infra: *νυμφαῖον ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγίνοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους.* Goar.

ib. v. 17. *ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν*] *diem festum egit*, Xylander interpretatur. at quem? quo ritu? qua de causa? paucis expedio. nascentis anni celebritatem, sopitis at non exstinctis ob brevius iusto Ioviniani imperium, imo iam renovatis et excitatis gentilium ritibus, captata ex Nymphaei et aquaeductus iam absoluti occasione, ceu dedicationem utriusque vetusto more habiturus et operibus perennitatem superstitiose precaturus, amplo in populum distributo congiario, urbis praefectus peregit. in sinistram huiuscemodi sententiam adducor pravo Valentis erga Christianam religionem animo et libertate gentilibus ab eo concessa, qua ut Theodoretus 4 22 scribit *Ἑλληνικὰς τελετὰς ἐπετέλεσαν οἱ τῇ πλάνῃ δεδουλωμένοι.* eandemque sugillat auctor inferius anno 7. moveor etiamnum vocis *ἱερομηνίας* proprietate, qua nil Christianum sapimus, quam *νουμηνίᾳ* et *καλάνδαις* a concilio Trullano can. 62 et 65 proscriptis, auctoritatum non mediocri producta congerie, praeponderare docet Stephanus; quam denique celebratis Saturnalibus, antiquo ac proinde profano ritu peragi fatetur Herodianus. *τὴν ἀρχὴν τοῦ μηνὸς ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῶν Ἰταλῶν ἔθει.* Goar.

p. 544 v. 11. *πραιπόσιτον*] Simocatta 4 15: *εὐνοῦχον εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένον κορυφαιότατον, ὃν πραιπόσιτον εἴθιστο Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν, ἐξέπεμψε.* Goar.

ibid. *αὐτοῖς τοῖς ἀμφίοις*] vestibus nimirum officii insignibus. Goar.

ib. v. 19. *Dacibyza*] Sozomenus 6 14 legatos Nicomediam ad Valentem venisse scribit; navem eorum incensam fuisse, cum medium Astacii sinus navigarent, et usque ad Dacidam maritimae Bithyniae pagum perdurasse. apud Suidam quoque in *Οὐάλης*

μέχρι Δακιβίζων. apud Nicephorum legitur ita ut apud Sozomenum. Xyl.

p. 545 v. 11. *quae intercesserat magno Basilio*] in Graeco locus est depravatus et Iuliani nomen alienissimum a sententia inculcatum. ego historiam secutus sum, quam habet Sozom. 6 15 et Nicephorus 11 18. Xyl.

p. 546 v. 8. *concilium in Illyrico*] Syrmii. Xyl.

p. 548 v. 2. *Dominica*] Zonarae Domnina. noster Δομνίκαν et alii Dominicam rectius appellant. quod autem dicitur statura fuisse Valens διμοραίᾳ, non sane scio quid intelligendum det. δίμοιρον bessem significat. et si ἡλικίαν aetatem vertas (quod alienum loco videtur), cur 50 annorum aetas δίμοιρον vocetur, non satis apparet, nisi fortassis 75 anni iustum hominis sunt aevum. Xyl. salebras in plano quaerit hic Xylander, et quam pro *statura* sumere deberet, *aetati* vocem applicat in Observationibus. sed nec allata verba sonant: *fuit Valens statura mediocri:* quin potius *ita procera ut bessem videretur exaequare.* nec mirum: frater enim Valentinianus ἦν τῷ σώματι εὐμεγέθης, ac in pietate absimili parem ei potuit natura concedere corporis proceritatem. Goar.

p. 550 v. 12. αἱρετικός initio Gratiani vox prorsus supervacanea veritatique adversa est. et quod de Theodosio dicitur, falsum alii historici ostendunt. ac qui eum curavit interfici, is ab aliis, non ut a nostro Maximianus, sed Maximus nominatur. et sic etiam noster habet anno Theodosii septimo. Xyl.

p. 553 v. 20. συντακτήριον λόγον] orationem titulum hunc praeferentem componendis episcoporum dissidiis a Gregorio theologo pronuntiatam cum Xylandro plerique autumant, quam Billius Observ. sacr. 1 22 ἀποτακτήριον potius censet, qua nimirum alios valere quis iubet. eius coniectura Damasceni maxime, sive auctoris opusculi *quod mortui viventium beneficiis iuventur*, verbis fulcitur, quibus damnati a iustis separati θρηνεῖν τὸ συντακτήριον, *in ultimo digressu lamentari* et de futuro in aeternum dissidio conqueri, perhibentur. scribit quoque auctor inferius p. 555 συντακτήριον ἐκπληροῦν, pro eo quod est discessum votis conceptis deo commendare. Lexicon anonymum: συντακτήριοι λόγοι οἱ ἐν ἐξόδοις ἐπὶ τῶν ἀρχόντων ἀποχαιρετισμοί, οἷος καὶ ὁ τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ θεολόγου συντακτήριος. auctor Bardam Michaelis avunculum mari se commissurum refert συντακτήριον ἐκπληρῶσαι, ante discessum videlicet *nuncupatis votis iter deo commendasse.* Goar.

p. 556 v. 10. *quibusdam rebus*] δι' αἰτίας τινάς est apud Zonaram. noster habet διὰ μιτάτα, quod quid sibi velit non assequor. historia haec est praeter ceteros apud Theodoritum Hist. Eccles. 5 17, apud Sozomenum 7 24, Nicephorum 12 40. sed μιτάτα nullibi quadrant. nisi certamen circense mitaton dixerit, a metis quibus id includeretur. Xyl. ad metam hic allisus iacet Xylander, nescius decertationes aurigarum currus ad *metam agitantium* in

Circensibus ludis vocari *μιτάτα*, easdemque Thessalonicensium seditioni ansam praebuisse, de qua Sozomenus 7 24: ἦν τῆς ἁμαρτίας πρόφασις τοιάδε. Βωτερίχου τότε τοῦ ἡγουμένου τῶν Ἰλλυριῶν στρατιωτῶν ἡνίοχος τὸν οἰνοχόον αἰσχρῶς ἰδὼν ἐπείρασε, καὶ συλληφθεὶς ἐν φρουρᾷ ἦν. ἐπισήμου δὲ ἱπποδρομίας ἐπιτελεῖσθαι μελλούσης, ὡς ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἀγωνίαν ὁ Θεσσαλονικέων δῆμος ἐζήτει ἀφίεσθαι· ὡς δὲ οὐκ ἤνυεν, εἰς χαλεπὴν κατέστη στάσιν. fateor tamen a *metationibus*, quibus inter proficiscendum castra morarentur, *τὰ μιτάτα* deduci. legatur Pancirolus in Notitiam imperii c. 65 et auctor ipse in Adriano voce hac iterum utens non nisi secundo sensu usurpat. Theophanes etiam scribit populum ad seditionem motum διὰ τὰ μιτάτα τοῦ στρατοῦ *propter castrorum metationes*. Goar.

p. 559 v. 2. πλησίον τῶν κιγκλίδων] *iuxta cancellos* populum a sacris penetralibus arcentes, de quibus Allatius de templis, et nos quoque nonnulla circa Euchologium observavimus. Goar.

ib. v. 22. λελωβημένων] potes etiam vertere leprosos: nam λώβην aliquoties pro lepra κατ' ἐξοχήν dicunt hi scriptores. exemplum habes de lepra Constantini magni. Xyl.

p. 563 v. 14. de nummis victoriatis Theodosii divinavi. qui aliquid rectius proferet, a me laudabitur. et de ornamentis urbis nolui curiosius omnia persequi, aliis intentus quam hisce parergis. Xyl. aversa numismatum facies sunt *νικάρια*, aliis emblemata dicuntur. eorum de quibus hic sermo, figuram auctor exprimit. ante particulam ὅτι subintellige scriptum in ms. margine *σημείωσαι*, quod se nusquam exscripturum semel promisit Xylander. Goar.

ib. v. 18. *Πιττάκια* locus urbis Regiae. Goar.

ibid. *Λέοντος*] Leonis magni, qui Marciano successit. Goar.

ib. v. 20. στρατηγίῳ] multa hic urbis loca statuis et vetustis monumentis ornata confuse percenset. unus eorum *στρατήγιον*, quo se praetoriani milites recipiebant. Goar.

p. 564 v. 1. μιλίου] ad aedem S. Sophiae est *μίλιον*, aureum miliare, a quo, sicut et Romano, ab urbe Cpol. incipiebant numerari miliaria. Leunclavius in Pandectis. Goar.

ibid. ἁψῖδος] aedificium arcuatum, sive arcum marmoreum principis olim triumphantis memoriae dicatum, *ἁψῖδα* vocat. Goar.

ib. v. 6. *hospitalis illa*] videtur loqui de Placilla Augusta, Theodosii uxore. Xyl. in aedicula forsan ad Lausi plateam sita, ubi ad manum in tersis poculis cuilibet siti presso transeunti propinatur aqua, quod humanitatis opus religiosissime observant Turcae, iis in urbibus ad quas magis conferta plebecula confluit. Goar.

ibid. *unde habebat nomen*] fortassis rectius, ubi convivia celebrabat. Xyl.

p. 565 v. 5. οἱ δώδεκα κόφινοι] Christi panes multiplicantis miraculo illustres. septem etiam sportas pari portento quondam de-

servientes ibidem repositas narravit auctor anno Constantini 23 et 24, ubi expressius columnam eandem depingit. Goar.

p. 565 v. 19. *magnam crucem*] οἶμαι τὸν ἐν τοῖς ἀρτοπωλείοις, adscripsit librarius margini. Xyl.

p. 566 v. 1. *rursum alii*] senarii sunt in Graeco, sed quales omnino postrema aetas protulit; et paulo post alii sequuntur de sole et luna. et librarius annotavit, τοῦτο νῦν ὁ πολὺς ἄνθρωπος ἀνεμοδοῦ καλεῖ, vulgo sua aetate anemodu, quasi ventorum viam dicas, vocari. Xyl. an ἀνεμοδούλιον?

p. 568 v. 5. *socero Carini*] imo Numeriani, qui huius frater, Cari filius fuit, gener Apri. omnes historici. sed et quae sequuntur ita obscura sunt, ut si rem non acu tetigerim, saltem veniam videar meritus. Xyl.

ib. v. 17. ἐν τοῖς μαγκιπείοις] Suidas: ἀρτοπωλεῖον τὸ μαγκιπεῖον ἐν ᾧ οἱ ἄρτοι γίνονται. non *mancipium*, sed *pistoris officina, pistrinum* est μαγκιπεῖον. ex quo minus fidelem sic restitues versionem: *abolevitque consuetudinem, qua in publicum pistrinum fortuito delapsa aut casu occurrentia animalia molas agere ad senectutem usque cogebantur.* Goar.

p. 572 v. 2. *pauca quaedam*] in margine ὄντως ἐλάλησεν ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχύνετο. alludit ad Ps. 118. sed quod de indictionis sequitur etymo, est ridiculum. Xyl.

p. 575 v. 18. προλήψει, id est opinioni non ratione certa et explorata, sed ob auctoritatem receptae consuetudinis valenti. sic usurpavit etiam Iustinus Martyr ad Zenam, et noster supra. Theophilus autem hic fuit Alexandreae episcopus. Nicephorus 13 4, Sozomenus l. 8, qui liber cum hisce historiis est legendus. Xyl.

p. 578 v. 3. *in colloquiis arrogans*] in margine, θυμὸς δικαίου κρείσσων ἢ τιμὴ κακοῦ. senarius est, indicans praestare ut succenseat tibi probus quam ut malus te honoret. item: ἀληθευτικὸς γὰρ ἦν τὰ πολλά, ὅτι καὶ στόμα σοφοῦ λαλήσει ἀλήθειαν. veritatem enim colebat, iuxta illud: os sapientis loquetur veritatem. Xyl.

p. 581 v. 5. *in quercu*] Chalcedonis erat suburbium. Sozom. 8 17. ex eodem et Niceph. 13 16 Praenetum scripsi, cum codex habeat Πραινέτου: fuit Bithyniae emporium. sed et sub finem Leonis Iconomachi rursus Praenetum scriptum est in nostro. Xyl. urbis CP, non Chalcedonis, ut comminiscitur Xylander, suburbium: Rufinianum enim palatium CP fuisse produnt historiae. Chrysostomus ipse ep. 1 ad Innocentium de Theophilo quam pluribus conqueritur, quod magnam divinoque cultui deditam urbem CP ingressus, iuxta praescriptum clericis morem, ad ecclesiam non se contulisset, sed eius praetercursis vestibulis e navi egressus confestim extra urbem se proripuisset eum in locum quo deinde in Ioannem nefariam tulit sententiam. sacrum morem illum quo episcopus civitatem ingressus ad ecclesiam primo se conferret, a se sororem Marcinam afflicta vale-

tudine iactatam invisente observatum refert Nyssenus in eius vita, ex quo Theophili exscendentis e navi et ad Rufinianum extra urbem, ut Chrysostomo strueret insidias, recta contendentis improbitas manifestatur. Goar.

p. 581 v. 19. Hebdomum autem, cuius mentio haud multo post infertur, fuisse suburbium Cpolis ex Cedreni ipsius multis locis observatum est, ne alios scriptores allegem. itaque ut proprium retinui, non converti. Xyl. Ἕβδομον locus septimo ab urbe lapide dissitus. Goar.

p. 582 v. 3. Comana Armeniae urbs est, Sozomeno fine l. 8 ac Nicephoro 13 37. quod annotandum duxi, ut Zonarae loco mutilato succurrerem. Socrates ad Euxinum pontum collocat 6 21. Xyl.

p. 583 v. 4. *adversus mihi cognominem*] Isidori verba haec non intelligo. Xyl.

p. 585 v. 8. *Arsacius*] μεθ' οἷον οἷος est in margine. et quidem Sozomenus minime malum fuisse refert, nisi quod aliena peccata eum infamem fecerunt. vide 8 23. sed hoc ipsum quod hic in margine est, Simeonis cuiusdam est, ut legere potes apud Nicephorum 13 28. Xyl.

p. 586 v. 6. χρυσίου λίτρας] *auri libra*, scribit Budaeus de Ass. l. 5, *non minus aureis solidis centum aestimari potest.* septuaginta duobus pendere testatur Lexici Iuridici auctor. decidente imperio decem solummodo numerabatur. ubi namque Paulus Diaconus scribit decem libras, νομίσματα ἑκατόν ponit Theophanes. ultimis temporibus octo tantum aestimata est iuxta Blastarem c. 7 τοῦ Τ στοιχείου: ἡ παρ' ἡμῶν νομιζομένη λίτρα νομίσματα ἔχει ὀκτώ. auri porro, non argenti vocabulum in textu legendum est. Goar.

p. 589 v. 4. *Galbam* cur sceleratis annumeraret, non video quam iustam habuerit causam. γάλλας est in codice. et vicinius non habebam quam Γάλβας. Xyl.

ib. v. 12. *in comoedia*] apud Aristophanem de Pericle. quod sequitur in Eudociae historia de Paulino magistro, observatum est ex Zonara Ammiano aliisque scriptoribus magisterium aulicae potestatis ac dignitatis primariae nomen esse. Xyl.

p. 590 v. 19. διπτύχοις] tabulae geminae, e quarum una vivorum, ex altera mortuorum ecclesiae communicantium nomina inter missarum solemnia leguntur, δίπτυχα sunt. Goar.

p. 591 v. 4. quod ad pomum attinet ab Eudocia Paulino dono datum, apud Nicephorum 14 23 legitur non pomum sed ovis. et sane μῆλον utrumque significat. narratio tamen Cedreniana maxime omnibus suis circumstantiis magis de malo quam de ove videtur esse. quod apud Nicephorum legitur Eudociam marito respondisse domi suae munus ipsius suaviter pasci, si ita est in Graeco, omnino de ove accipiendum videtur. quomodo Graeca ibi habeant, nescio.

certe Zonaras itidem ut noster habet, respondisse Eudociam se τὸ μῆλον comedisse. quod de ove responsum quis credat? et apud Nicephorum post c. 49 hoc ipsum μῆλον ἔριδος appellatur, ut est in margine annotatum; et ab Eride fuisse pomum in nuptiis Pelei propositum, notum est. atque ab ove ad pomum ambiguitatis occasione lusisse auctorem non valde videtur probabile. de eo monendum lectorem duxi, ne me nullo consilio a Nicephoro Latino diversum scripsisse putet. Xyl.

p. 593 v. 3. *suo syncello*] is fuit, nisi fallor, Anastasius presbyter, cuius mox mentio fit. quid sit syncellus, prima annotatione docui. haec autem historia in codice satis est confuse et concise. utiliter leges iuxta Socratem 7 32 et deinceps, ac Euagrii l. 1. Xyl. ut de *syncello*, potioribus in alium locum dilatis, nihil hic temere obtrudatur, vocem σύγκελλος dignitatis et honoris, non officii notam esse commoneo; eumque hoc titulo patriarchas insignivisse, quem privati convictus sodalem, animi sui conscium, in negotiis consiliatorem, spiritus directorem, a confessionibus patrem, ac ideo larium eorundem consortem et *concellaneum* (κελλίον enim, ut iam leges, *cella* est) in contubernium admitterent. hinc Nestorii syncellus iste Anastasius presbyter ab Euagrio 6 2, et fautor eius acerrimus, eidem ad episcopatum proficiscenti comes adiunctus enarratur; et ut *syncellus* deinceps, Socrate 7 32 teste, συνῆν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς. τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. quae alibi de syncello se animadvertisse monet Xylander superflua sunt et loco incongrua. qua namque ratione patriarchae fuisset successor designatus, qui non successit, quique non a patriarcha sed ab imperatore throni pontificii haeres solebat tunc temporis enuntiari? Goar.

ib. v. 7. *Augustae scholasticus*] rhetor Nicephoro 14 32. Xyl. e *scholaribus* Augustae domus custodibus unus. de Scholis Pancirollus ad Notitiam imperii c. 63. Goar.

ib. v. 11. *Proclus*] Cyzici fuit episcopus, et Byzantii honoris (puto) causa orationem sacram ad populum habuit, praeside Nestorio. vide Nicephor. idem de Eusebio Dorylai episcopo, 14 47. et Euagrius 1 9. Xyl.

p. 594 v. 4. *sacram epistolam*] sic aliquoties vocantur edicta imperatorum de rebus ecclesiasticis. in ecclesiasticis historiis divales sacras nominari eas observavi. Xyl.

p. 595 v. 16. Oasis in Arabia est. Zonaras. Xyl.

p. 598 v. 14. *in Anaplo*] CP loco ita vocato. Goar. ἀνάπλους interpres Nicephori transitum vertit, 15 22. apparet fuisse suburbium Cpoleos. Xyl.

p. 599 v. 9. φοιδεράτων] φοιδεράτοι ἤγουν ὑπόσπονδοι, scribit Harmenopulus l. 4 tit. 12. de quibus Rigaltius in Glossario Tactico, et Iordanus de rebus Germ.: *dum famosissimam Constan-*

tinus suo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio, qui foedere inito cum imperatore quadraginta suorum milia illi in solatia contra gentes varias obtulere. quorum numerus et milia usque ad praesens nominantur in re publica, id est foederati. ac quoad propositum spectat, quo de Theodosio fit sermo, subdit inferius: *cunctus exercitus in servitio Theodosii imperatoris perdurans Romano se imperio subdens cum milite velut unum corpus effecit, miliaque ista dudum sub Constantino principe foederatorum renovata, et ipsi dicti sunt foederati.* Goar.

p. 600 v. 12. *suumque baiulum*] equidem sic est ad verbum in Graeco et fortassis ita notatur is cuius operae omnia imperator commisisset, *der das* fac totum *were.* Xyl. βαΐουλος ὃς καλεῖται ἐπίτροπος, *vocatur procurator,* inquit Gregoras 4 9. Moschopulus autem παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης ὁ λεγόμενος βαΐουλος. auctor de hoc eodem Antiocho fol. 334: Ἀντίοχόν τινα θαυμαστὸν καὶ λογιώτατον ἄνδρα ἐπίτροπον καὶ παιδαγωγὸν ἀποστείλας. Leunclavius: Magnus baiulus imperatoris qui moderator est et arbiter consiliorum ipsius et actionum, aut etiam tutor eius in minore aetate constituti. Goar.

ibid. Papa hic clericum significat, *ain Pfaffen;* quomodo Augustinus et alii in epistolis persaepe utuntur. Zonaras diserte scribit clericum factum fuisse Euphemiani apud Chalcedonem collegii. quae sequuntur narrationes, male sunt affectae in Graeco. Xyl. alius πάπας, et alius παπᾶς: hic *sacerdos* vel *clericus* privatus, in saeculo tamen degens, ille *papa,* Romanus pontifex. de illo nuper auctor fol. 339. Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, ὃς Κελεστίνου πάπα Ῥώμης τὸν τόπον διεῖπε. de hoc Allatius, nec non Codinus. Choniates etiam ποῦ ποτὲ ὁ παπᾶς; Theophanes: ὁ Κῦρος προσφυγὼν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγένετο παππᾶς. Goar.

ib. v. 17. χάρτους] communius tamen dicitur χάρτης: a quo, reor, vetus Gallicum vocabulum *charte* et *chartre.* ἀπὸ τοῦ χωρῶ deducit Lexicon anonymum bibl. Regiae. Goar.

p. 601 v. 2. *Hypogotthos*] forte Visigotthos. Xyl.

ib. v. 3. *Abaris*] inde Avares, ut Serbi pro Servis et alia. Xyl.

ib. v. 6. *Vasorum custos*] σκευοφύλαξ. Nicephori interpres habet custodem sacrorum donariorum, 14 47. Xyl.

ib. v. 14. *Zumnas*] in eclogis Theodori Anagnostae, principio statim, Tzumas dicitur interfectus a Pulcheria. Xyl.

p. 603 v. 2. μεταστέλλεται τὸν πατριάρχην] Marcianus primus principum Christianorum a pontifice imperii suscepit insignia. Goar.

ib. v. 12. νουμέρου] nil *numero* pro militum cohorte accepto Latinis communius. ab his vox ad Graecos translata. mutuo repudiato *numerum* Graeci ex penu sibi propria dixerunt ἀριθμόν, de quo supra. Oecumenius in Act. c. 15: σπεῖρα δέ ἐστιν ὃ καλοῦμεν

νῦν νούμερον. quid vero σπεῖραι; Suidas: πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμερα. Goar.

p. 606 v. 18. *avitus*] ἄβιβος. sed secutus sum emendatiores scriptores. Xyl.

ib. v. 22. ὁ τῆς μάνδρας στυλίτης Συμεὼν] tres Simeones, eosdemque tres stylitas fuisse in senioris huius vitam editis notis commonstrat Rosweidius. unum πρεσβύτερον καὶ ἀρχιμανδρίτην, alium ἐν Θαυμαστῷ ὄρει, editissimo monte sic dicto, vixisse narrat. hic, qui omnium primus, τῆς μάνδρας, ex monasterio in quo iuvenilem aliquam egit aetatem, ab auctore ἐν Ἀνάπλῳ columnam conscendisse scribitur frequentius. Goar.

p. 607 v. 2. Eudoxiae nomen hic pro Eudocia situm est, quae confusio est alibi quoque obvia. et quod mox dicitur Anatolius successisse Attico, aperte est mendosum: nam Chrysostomo Arsacius, deinceps Atticus, Sisinnius, Nestorius, Maximianus, Proclus, Flavianus Anatolius successerunt. post mentio fit Timothei Aeluri. in margine est ἐβεβαίωσε τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ἔργοις ὁ τρισκατάρατος. significat autem aelurus catum, ut vulgo vocamus; et artes eius animalis notae sunt atque ingenium. de incendio Cpolitano confer Euagrii 2 13. in Eclogis Theodori legitur Θωμᾶ τῶν Ἀμαντίου. Xyl.

p. 611 v. 12. κληρικῷ] clerici nomen apud Graecos non adipiscitur quivis clero cooptatus, sed is tantum qui dignitatem vel officium in ecclesia obtinet. hinc percipis qui sint patriarchae clerici, illi nempe qui circa illum aliquo defunguntur officio, a quo monachus omnis excluditur, eumque licet clero annumerent Graeci doctiores, clericum tamen nusquam esse vel nuncupari concedunt. Goar.

ib. v. 21. στρατηγὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης] qui senescente imperio δομέστικος τῆς ἀνατολῆς, τῶν ἀνατολικῶν, τῶν ἑῴων, τῶν θεμάτων τῆς ἀνατολῆς, ab auctore vocabitur, idem est qui Latinis, si bene coniicio, praefectus praetorio Orientis dicitur. vide Pancirollum in Not. imp. Goar.

p. 612 v. 16. *tropariorum*] id est sacrorum hymnorum sive carminum. sic infra. Xyl. ποιηταί] diversa diversis affecta nominibus Graeci cantillant in ecclesiis hymnorum genera, e quibus quamplura vocant τροπάρια, παρὰ τοῦ τρέπεσθαι, ad instar nimirum aliorum, velut sui cantus exemplarium, vertenda, sive ut aptius dicam, occinenda: *modulos* vocavi in Euchologio, ut ad aliorum *modum* metris compositos et *modulandos*. carminibus quidem iisque elegantibus primitus edebantur: deinceps vero servato syllabarum numero et quantitate neglecta, pressa rudis et austera τῶν τροπαρίων compositio evasit, cuius nihilominus auctores poetarum insigni nomine nusquam se professi sunt exauctoratos. de tropariis et eorum poetis Allatius et Arcudius pluribus disseruerunt. Goar.

p. 613 v. 12. χρυσίου ρρξε] duplicatum ρρ positum est pro nota centenarii, fuitque vertendum auri centenarios 65 et argenti cen-

tenarios 70. id cum ipsa re deprehendi, tum ex repetitione huius notae infra in Michaelo Paphlagone, de avaritia Theophanis metropolitae Thessalonicaei; ubi idem cum libra fuisse apparet. neque est ignotum libram etiam minam fuisse. repetitur postea Zoae post Calaphatis mortem imperio, ubi memorantur centenaria 53, πεντήκοντα τρία diserte. apud Procopium est Leonem in hoc bellum milia trecenta erogasse, l. 3 de bello Vandalico, apud Nicephorum 15 27 mille et ducenta centenaria auri pondera. haec quam inter se et cum Cedreno consentiant, ignoro. quodsi horum scriptorum alterutrum Graece licuisset audire, fieri poterat ut facilius divinarem. Xyl. duo ϱ', linea transversa adacta simul cum accentu utrique superposito, ϱ'ϱ', ex notis Graecorum arithmeticis putat Xylander significare κεντηνάριον, ab ipso millenis aureis, iuxta Ioannis Kahl computum, aestimatum. erudite quidem. at ubi 65 tantum *auri centenaria* enumerat, *argenti* vero 70, videat quam parva sit summa, quae et exercitui centum milia hominum superanti et exhauriendis regiis aerariis satis sit. Theophanes ad 1300 centenaria clare scribit ascendisse, cui consentit Procopius ab ipso Xylandro citatus, nec ab utriusque computo nisi 100 centenariis distat Nicephorus: unde mihi liquet Xylandrum 1225 centenariis a vero numero aberrasse, vel male notas arithmeticas legisse. Goar.

p. 613 v. 18. quod de Asparis filio sequitur, male congruit cum aliorum historicorum narratione et Zonara Nicephoroque in primis, videturque prorsus esse aliquid ex mutilatis versibus consutum. Euthymius monachus fuit, de quo hic loqui Cedrenum constat ex Nicephoro 14 52. Xyl.

p. 614 v. 4. *στέψας βασιλέα*] ex quo forsan profluxit mos, ut quos posteri principes collegas imperii crearent, eosdem quoque manu propria coronarent. videndus Codinus c. 17. Goar.

ib. v. 8. *τῷ ναῷ αὐτῆς*] triplici de causa templum hoc Anastasiae nomen praetulit: unam hic auctor refert, duas alias fol. 315 memoratas reperies. Goar.

ib. v. 9. quod Augustulum scripsi pro Augustalio, auctores correctiores secutus feci, ut et pro Berenica Verinam. Xyl.

p. 615 v. 8. quod Zeno dicitur imperium per annos 27 tenuisse, verum non est, sed pro κζ scribendum ιζ, 17, non 27. testes historici, et nominatim Euagrius, 3 29. Xyl.

p. 617 v. 11. *cum typis*] id est edicto universali, quod nimirum ad omnes pertineret. *τύπον γενικόν* Theodorus anagnosta in hac ipsa historia vocat. saepe admodum hoc vocabulo utitur Cedrenus, et *τυποῦν* pro edicere usurpat aliquoties. Nicephorus, ut in margine versionis annotatum deprehendi, *ἐγκυκλίους συλλαβάς*, quarum et exemplum refert 15 3. postea generale edictum appellavi. vocat et Euagrius circulares epistolas *ἐγκυκλίους ἐπιστολάς*, cuius librum tertium consule. Xyl.

p. 617 v. 14. *πάπα* nomen, quamvis cuilibet sacerdoti absque delectu Graeci soleant affigere, *τοῦ πάπα* nihilominus nonnisi Romano et Alexandrino pontificibus attribuunt: ac ne testes petamus extraneos, sic p. 421 435 et alibi passim Romae antistitem in auctore scriptum legimus. Alexandrinum quoque sic dictum civitatis illius incolarum Timotheo Aeluro praesens facta compellatio demonstrat. *ἐψώμισας τοὺς ἐχθρούς σου πάπα.* ostendunt et quaecunque ab Alexandrina sede prodeunt diplomatum tituli, ex quo Caelestinus ad Cyrillum, ut locum suum in Ephesina Synodo teneret, scripsit. *ἐξ οὗ λόγος*, scribit Nicephorus 14 34, *καὶ τὸ τῆς μίτρας ἐπίθεμα εἰληφέναι καὶ τὴν τοῦ πάπα προσηγορίαν λαβεῖν καὶ τῆς οἰκουμένης κριτὴν ὀνομάζεσθαι.* Goar.

p. 618 v. 19. *ἡ σφαῖρα τοῦ ἀνδριάντος τοῦ φόρου*] *globus* ille nimirum quem statua Constantini in foro erecta manu gerebat, non vero *columnae globus*, ut perperam Xylander; nisi vocabulo columnae statuam in columna Porphyretica positam intelligat, de qua iam auctor fol. 265. Goar.

ib. v. 20. *τοῦ Ταύρου*] platea civitatis ita dicta. Goar.

p. 619 v. 8. *ἔκδικον*] longe est ab exsequendo Latini interpretis officio Xylander, qui non *defensorem* sed *exsecutorem* vertit *ἔκδικον*. quid exsequeretur, edicat? *defensor* certe causis pauperum et ecclesiarum vacabat, cuius titulum gessit Sebastianus martyr. eundem, imo plures, et super omnes primatem ecclesia Graeca inter officiales, de quibus Codinus, recenset. de iis concilium Carthaginense apud Balsamonem can. 78. Goar.

p. 620 v. 3. *Ὄασιν*] magnam videlicet, iuxta Abydon sitam, sterilem, incultam et inhabitatam, in quam deliquentes deportabantur. plura Pancirollus c. 140. Goar.

ib. v. 7. *τρισαγίῳ*] oratio est, qua nil frequentius in ore Graecorum: *ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.* ante cuius ultima verba haec alia Petri Gnaphaei sequaces voluerunt inserta: *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς.* hic porro hymnus non *sanctissimus* utcunque, iuxta Xylandrum, sed *ter sanctus*, ob ter *sanctus* vocem repetitam, in ecclesia Graeca nuncupatur. Goar.

ib. v. 17. *Euthymius*] Euphemius legendum, ex Nicephoro Zonara Theodoro Suida Euagrio, tametsi infra in Anastasio rursum ita legatur. ceterum silentiarium fuisse non magnae dignitatis officium, initio Anastasii monet Zonaras. Cuspinianus quietis ministrum vertit, et esse putat quem iurisconsulti virum clarissimum sacri palatii nuncupent. et sic apud Procopium l. 2 belli Persici legitur Adolium Armenium fuisse imperatoris in palatio ad ea quae sunt quietis ministrum, quod munus Romani silentiarium vocent. sed quid Graeca habeant, scire expediret. alii, meo iudicio, non inepte scribam aulicum, hoc est eum fuisse putant qui nunc secretarius dicitur. rectius *σιλεντιάριος* scribi puto quam *σιλεντάριος*. certe in Leone Iconomacho *σιλέντιον ποιεῖν* decretum scribere significat, ubi Leonis cum

Germano acta referuntur. Xyl. silentiariorum schola inter imperatoris stipatores spectatissima, cui adlectus fuit Anastasius. Euagrius hist. eccl. 3 29: Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιτίθησιν οὔπω μὲν ἥκοντι εἰς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῇ καταλεγομένῳ. isti Graecis sunt ἡσυχοποιοί, qui ad imperatoris latera *silentium* et quietem *indicunt*, iuxta Agathiam, ἐπιστάται τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς. inter *clarissimos* a Dorotheo numerantur: eorum enim, ut ait, λαμπρὰ στρατιά, quamvis Anastasium hunc τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων infimae dignitatis Zonaras scribat; qui nimirum inter aulicos praeclarus, longe tamen ab ambienda purpura positus fuisse videretur. Goar.

p. 622 v. 19. καλήγια] allusum putat Xylander ad *caligas* Latinas. qui vero linum, lanam aut sericum corrosisset et devorasset Zeno? facilius certe *calceos*, quos vox καλήγια refert. dubium omne tollit Euchologium, ubi religionis candidatum habitum monachi suscepturum, cui ritui praesens olim adfui, iubet a se abiicere τὰ ἐν ποσὶ καλίγια (ita scribit), non *caligis*, sed *calceis* pedes nudare. Goar.

ib. v. 22. ὅθεν — ἔκτοτε] reddidit Xylander mutile et ignare. repono: *unde et eius iussu, ne recluderetur Zeno, regiorum sepulcrorum custodes fuerunt instituti.* Goar.

p. 623 v. 2. *qui vocantur Nephthalitae*] quae antecedunt, mutila iudicans asterisco notavi. hi autem Hunni Persarum vicini, a Procopio l. 1 belli Persici Euthalitae vocantur, ut quidem in Volaterrani legitur versione. nam etiam apud Nicephorum sunt Nephthalitae, 16 36, et apud Suidam ex Iosepho gens ad orientem habitans commemoratur. Xyl.

p. 626 v. 3. ἀπαιτεῖται ὁμολογίαν παρὰ Εὐθυμίου] ex quo postmodum imperatores et principes ut fidem publicent et scripto sacramentoque firment, in consuetudine posuerunt. scripto vero fidem professus est Zeno, cum deinceps repetierit et vi facta receperit p. 358. vide p. 403. Goar.

p. 627 v. 6. φόλλεις] folles. huius monetae meminerunt etiam alii auctores, et lege finem Cononis Iconomachi apud nostrum. quin et Suidas docet follem esse obolum. idem testatur Timotheum Gazaeum grammaticum istius tributi causa in Anastasium edidisse tragoediam, in Τιμόθεος. Xyl.

ib. v. 19. *Ioannis Scethis*] Scythae legitur apud Euagrium, 3 35, et in Eclogis l. 2 Theodori anagnostae. loquitur autem de Longino Zenonis fratre, eiusque socio Theodoro, qui Isauris concitatis rebellabant; quanquam Zonaras Longinum hunc a Zenonis fratre diversum faciat. Xyl.

p. 628 v. 14. Aretham puto ducem Persicum dici, qui Nicephoro est Zarethos, 16 35. Amida urbs est Mesopotamiae. de bello hoc Persico Procopius l. 1 copiose. Xyl.

p. 629 v. 2. τῶν δύο μερῶν] Prasinorum videlicet et Venetorum frequenter in Circensibus certaminibus digladiantium. de quibus alibi. Goar.

ib. v. 16. εἴς τι φρούριον] quale sic explicat Theophanes: ὃς ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς τὴν Πέτραν τὸ φρούριον τῆς Ἀσίας, καὶ ἐκεῖ ἐτελεύτησε. Goar.

p. 630 v. 2. percussorem Macedonii non Ascholium sed Eucholium lego in Eclogis Theodori, Εὐχόλιον. et pro ἱεροσυλίαν ibidem rectius ἱεροσύλους. de Anastasiopoli, a Nisibi stadiis 98 dissita, Procopius loco citato. quid ὡρεῖα sint, Suidas videtur docere, cum ταμιεῖον interpretatur; et Graece in Pandectis pro horreo ponitur. alioquin putassem ᾠδεῖα scribendum, odea. Xyl.

ib. v. 21. *Barbarum*] apud Nicephorum legitur Barbam, 16 35. Euchaita urbs est ad Pontum, ut ex sequentibus patet. Xyl.

p. 631 v. 14. mansiones ad verbum dixi, quae vulgo monasteria aut claustra dicuntur, unde monachi ἔγκλειστοι. alicubi in margine μονή est, quod in textu ναός, templum. de Studio et eius aede vide et Suidam. Xyl. de inclusis monachis vide Balsamonem in can. 41 Trullanum. Goar.

p. 632 v. 8. *uncis gladiis concidisset*] ἠγκυλοκόπησεν. apud Nicephorum est, eos exsectis linguis adhuc locutos, 16 36. Xyl. correctius interpretor: *Cabades autem quosdam in Perside Christianos cum aculeis lacerasset, illi nihilo secius postmodum ambulaverunt.* vox enim κόπτω alteri in compositione iuncta nusquam, recentiori Graecae locutionis modo, scissionem, sed actionis repetitae frequentiam indicat. sic ῥαβδοκοπῶ fustibus saepius caedo, σφυροκοπῶ malleo iterum atque iterum tundo. unde ἀγκυλοκοπῶ uncis scorpionibus aculeis factam in cruribus pedibusque lacerationem potius quam gladiis conscissionem significare censendum est. Goar.

p. 636 v. 14. Ἀκυντιανῇ] ex Acyntiano marmore *flavo,* ex Acyntio monte ad Chalcedonis littus delato. λάρνακα vero interpretor *capsam* et *tumulum,* non *cistam.* Constantinus in *porphyretico,* id est rubro, hic in *flavo,* Iustinus in Proeconesiaco, id est *albo,* Tiberius in *prasino* marmore fuere repositi. Goar.

p. 637 v. 1. Λουππικίαν ἔστεψεν] Iustinus uxorem celebri pompa coronasse primus legitur. coronationis ritum habes apud Codinum c. 17 et in Euchologio nostro ad calcem. Goar.

ib. v. 2. δῆμοι] numero multitudinis non populum gregatim, sed varias populi factiones partesque in ludis pompis conventibus publicis sibi invicem pro variis coloribus quibus se ornabant in varia quoque studia nonnunquam abeuntes significat. de quibus nonnihil supra et infra copiosius. Goar.

ib. v. 13. *de interitus experte*] vide Niceph. 18 45. Xyl.

p. 638 v. 6. ἐδημοκράτει τὸ Βένετον μέρος] hoc est, pars Veneta supra reliquas tres eminebat potestate, et Prasinam sibi semper aemulam vi rapinis tumultu caedibus devastabat. Venetam vocat

partem Veneto, id est caeruleo, colore a Prasina viridi conspicua dignoscendam. duarum partium residuarum haec albis, altera roseis insignibus utebatur. factiones, ut nuper diximus. singulae audiebant, et ex aurigantium curuli certamine et de pernicitate cursus decertantium studiis inter se discrepantibus conflabantur. ex oppositis vero ludorum aemulationibus graviora per civitatem dissidia enascebantur, quae cives ad arma seditiones et nefanda quaeque facinora impellebant exempla suggeret auctor Iustiniani anno 22 p. 375, 35 p. 387, Mauricii ultimo p. 403. Simocatta plerisque historiae suae locis. δήμαρχοι erant eorum capita et duces, quos propria voce tribunos vocares, δημοτεύοντες singuli quique parti addicti et adscripti. v. memoratus Simocatta 8 7. hinc, quos in Iustiniani anno 31 p. 386 vocat auctor κοσμικὰς δημοκρατίας, unius in alteram partem, non CP modo sed et alibi passim, *generales conflictus*. et verbum eiusdem δημοτεύειν, quod est *populum per tribus et partes recensere* ac deinde ceterae militiae annumerare. videndus omnino Balsamon in can. 24 Trullanum. Goar.

p. 639 v. 9. de Homeritis videndus Niceph. 8 35 et 17 32, qui historiam Arethae atque Elesbaanis fusius habet descriptam, 17 6. sed populi agitatores verti, qui sunt δήμιοι: puto loqui eum de factione Veneta. de Homeritis etiam Procopius l. 1 belli Persici: noster infra, ubi de Mahometo. Xyl.

ib. v. 23. *Scirtus amnis saltabit*] apud Nicephorum 17 3 in margine hexameter Graecus est adscriptus: Σκίρτος σκιρτήσει τε κακὸν σκίρτημα πολίταις. ego pro τε scriberem τι, nisi forte de multis versibus hic unus est, quo copulae sit locus: *affliget miseros Scirti saltatio cives*. Xyl.

p. 641 v. 5. ἐπέχον] lego ἀπέχον. planities vero illa, a septimo lapide quo distat, dicitur Ἕβδομος. de qua supra. Goar.

ib. v. 20. *Hypapantae*] quod nimirum quasi in occursum prodiretur Christo in templo dedicando. est enim solemnitas quam usitate purificationis dicimus. quod primo ex Martini Poloni Chronicis didici, qui tamen pestis causa institutam dicit sub Iustiniano magno; quod idem est apud Nicephorum 17 28. et consentit, quod Sigebertus perhibuit id fuisse anno a Christi natalibus 542, quo sane tempore Iustinus decesserat, vel ipso Cedreno teste. meminit Paulus Diaconus l. 16 rer. Rom. mansionem Augustae credo intelligi monasterium a Pulcheria conditum. Xyl.

p. 642 v. 8. *Euphraemius Amidenus*] fuisse Orientis praefectum (quod hic κόμης dicitur, comes) satis liquet ex Euagrio 4 6 et Nicephoro 17 3. Xyl.

ib. v. 13. χαροπόν] *truci vultu* exposuit Xylander, a quo sensu longe vox abest, de oculis tantum interpretanda, *caesiis et volubilibus oculis* spectabilem Iustinianum commendans. Goar.

ib. v. 15. ὑπατείαν] epulum putavi, aut missilia dona in populum de more coniecta, vel ludos. vide infra. Xyl.

p. 642 v. 20. *templo Sergii et Bacchi*] locus mutilus, ut mirum non sit si non optime divinaverim. tamen Procop. orat. 1 de structuris Iustiniani videtur non repugnare a nostra versione. Xyl.

p. 643 v. 1. μοναστήριον περιφανῶν ἀνδρῶν] in quod nobiles illustresque viri se reciperent. Goar.

ib. v. 8. στρατηλάτην] magistrum militum vocat Rigaltius, de quo Pancirollus abunde in notitiam imperii. Goar.

ib. v. 11. *Herulorum*] hos emendatius Herulos vocari scias quam Eluros. et apud Euagrium Ἔρουλοι, citato etiam ad partem Procopio, vocantur, 4 20. quod itidem est apud Niceph. 17 13. itaque ausus sum scriptionem pravam Zonarae, etiam insessam, elidere, tametsi varie corrupta sciam gentium nomina. sed hinc emendatio nulla speranda, ut puto. Xyl.

ib. v. 18. οὐ γὰρ εἶχεν Ἀρμενία] Pancirollus c. 131: *Iustinianus subactis finitimis barbaris magnam et interiorem Armeniam dictam novam provinciam creavit, l. ult. c. de Offic. Magist. militum, quem Zetae Magistro militum* (Τζίταν *vocat auctor*) *commisit. magnam, inquit, Armeniam, quae interior dicebatur, et gentes Antizenam videlicet, Angilenam, Astyaneam, Sophenam, Sophonenam, in qua est Martyropolis, Belabitenam, et primam et secundam Armeniam, et Pontum Polemoniacum curae tuae cum suis ducibus commisimus.* duces enim et comites magistro militum subiiciebantur. Pancirollus idem c. 139. Goar.

p. 644 v. 2. Οὔννων τῶν λεγομένων Σαβὴρ] hi versus Danaprim et Danastrim fluvios siti, Chersonae viciniores ex Constantino de admin. imp. agnoscuntur. Goar.

ib. v. 13. Βοσπόρου] Bosporus hic non Thracicus sed Maeoticus est, cuius accolae Patzinacae; de quibus et illo Bosporo Constantinus de adm. imp. c. 42. Goar.

p. 645 v. 8. ἐξωκιονιτῶν non assequor. coniicio eum Arianis fortassis templa extra urbem et quasi privatos conventus permisisse. sane infra in Nicephoro Generali mentio fit cuiusdam improbi eremitae Nicolai, qui in Exocionio degens impietatem imperatoris iuverit. ἔξω κιόνιον, columnam quae extra sit, aut columellam, ad verbum notat. Xyl. extra urbem regiam ad columnam ἔξω κιόνιον dictam, a qua vicini ἐξωκιονῖται, Ariani ecclesiam retinere permissi morabantur. auctor infra p. 552. Goar.

ib. v. 14. πληροῖ — ἐποίησε] veritati textus, fidelior haec versio quadrat. *absolvit etiam aream regiae Illi cisternae* (*supernam*) *eamque maiorem reddidit.* vixit autem Illus sub Leone et Zenone magister militum. Goar.

p. 647 v. 11. ἡ ἀνταρσία τοῦ λεγομένου Νίκα] ex corruptis et obscuris Theophanis verbis series rei colligitur. ad Circenses ludos quandoque profecto Iustiniano inter ceteras acclamationes populus etiam τοῦ βίκας *tu vincas*, Latine, Graece νίκα, apprecatus est; confestimque gravaminum sibi illatorum Calepodium quendam reum

postulavit ad poenam. ex Prasinorum autem et Venetorum sibi iugiter adversis vocibus non modico tumultu exorto, *αἱ τῶν δήμων* factiones de quibus superius, Hypatium imperatorem exclamarunt, qui nihilo secius cum plurimis perduellibus Belisarii Mundi et Narsetis armis in illa seditione misere exstinctus est. GOAR.

p. 647 v. 15. *ἥ τε ἁγία Εἰρήνη*] clarius *Sanctae Irenes templum*. GOAR.

ib. v. 16. *προσκήνιον τῆς βασιλικῆς*] suggestum elevatius atrio exteriori regiae domus. vocat Simocatta 1 1 *προαύλιον περιφανὲς καὶ περίδοξον προσκήνιον*. GOAR.

ib. v. 17. *τὸ Αὐγουσταῖον*] Simocatta 1 10 scribit esse *ἀνάκτορον ἐν τῷ μεγάλῳ θαλάμῳ τῷ πρὸς τῇ μεγίστῃ τῶν βασιλείων αὐλῇ. Αὐγουσταῖος δ' ἄρα οὗτος κατονομάζεται.* e regione erat columna, et columnae statua Iustiniani superposita, de qua hic eiusdem anno 16. GOAR.

p. 649 v. 20. *ὑπατείαν ποιήσας*] supra annotavi *ὑπατείαν* pro munere quod consul populo daret poni, principio Iustiniani *ὑπατείαν διδόναι*. verum id hic locum quomodo habeat aut non habeat intelliges. Zonaras de hac re ita: *Βελισάριος δὲ καὶ ὑπατείας ἠξίωτο.* apud Procopium, qui Gilimericum hoc negotium libro belli Vandalici priore descripsit, ita legitur, Volaterrano interprete: "paulo post Belisario decretus triumphus more antiquorum. nam consul factus est, curuli sella humeris captivorum invectus argentea, zonas aureas aliasque e spoliis Vandalorum divitias populo dispersit, quanquam rem novam facere visus." XYL. *consulatum gessit in urbe*, expressit Xylander; unde et male agit interpretem. ad auctoris mentem: *militibus donativum, populo congiarium distribuit*, vel *vetusto consulum more pecuniam in populum sparsit*. nam de nummis eius Victoriatis. *ὥστε Ἰουστινιανόν*, etc. GOAR.

ib. v. 24. *enimvero invidia*] non ineleganter in margine est adscriptum: *τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἦν τῶν ἀνθρώπων ὁ ὄλεθρος. ἀνάγκη τοίνυν ἐστὶ καὶ μέχρι τέλους παρέπεσθαι τοῦτον καθάπερ σκιὰν τῷ ἀνθρωπείῳ γένει.* XYL.

p. 650 v. 14. *carmen*] *τροπάριον*. id totum annotatum est apud Nicephorum 17 28. XYL. in Arianae haeresis odium, ad laudem verbi dei incarnati hymnum huiusmodi, tum alio tempore, tum in missa statim sub initio, persolutis duobus primis antiphonis occinendum Iustinianus edidit. *ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, καὶ σταυρωθεὶς θεὸς ἡμῶν, θάνατον θανάτῳ πατήσας, εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* GOAR.

p. 651 v. 6. *Ξενοδόχος τοῦ Σαμψών*] eo quod ad S. Sampsonis ecclesiam a Constantino exstructam domus hospitalis esset,

cuius Menas praefecturam agens vagis pauperibus excipiendis intendebat. Goar.

ib. v. 9. *ζήσας χρόνον ἕνα*] hunc Silvestrum alii, qui pontifices Romanos descripserunt, Silverium nominant; qui cum successisset Agapeto, ab Antonina Belisarii uxore iussu Theodorae Augustae, quae eum ob Anthimum Theopaschitam ab Agapeto deiectum oderat, falso crimine Romae prodendae circumventus, pontificatu spoliatus et in Pontiam relegatus est, cum papa anno paulo amplius fuisset. Paulus Diaconus l. 16, Marianus Scotus, Martinus Polonus. miror Nicephorum Agapeto successorem facere Agathonem; quem eius interpres Bonifacium cur putet, non satis intelligo. Silverio suffectus fuit Vigilius; quod ipsum quoque ex Procopio Nicephorus refert 17 13, et Agathoni successisse Silverium scribit 17 26. scribit autem Procopius l. 1 belli Gotthici, non longe a fine, Silverium, quod ad Gotthos defecturus esset, a Belisario in Graeciam transmissum, eique Vigilium substitutum fuisse. vide et Novell. 42. Xyl.

ib. v. 11. *processio*] usus sum trito vocabulo, quo notatur caterva eorum qui pontifices in solemnitate aut publica supplicatione subsequuntur. λιτή est in Graeco. Xyl. ἐξῆλθεν λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως. postremus et praecipuus in aede sacra dedicanda ritus, est sacrarum reliquiarum in ea depositio. has, praeviis dedicationis caeremoniis iam absolutis, ex vicina ecclesia, solemni processus ordine in recens consecratam inferunt Graeci. in dedicando itaque S. Sophiae templo e S. Anastasiae, de quo superius, processionis pompa cum reliquiis profecta est. Goar.

ib. v. 14. in numero annorum forte cum Zonara legendum ͵ς μ pro ͵ς η, quadraginta, non octo anni supra 6000. Xyl.

p. 652 v. 6. *στρατηλάτην τοῦ Ἰλλυρικοῦ*] non *praefectum*, sed *magistrum militum* in Illyrico. Goar.

ib. v. 18. *Εὐφρατησίαν*] hoc est Commagenem. sic Procopius hac ipsa in historia l. 2 belli Persici "postquam in Commagenorum regionem, quam Euphratesiam vocant, Chosroes pervenit" etc. quod, et ipsum sensum secutus, ante pro ἐλθόντων legi ἐλθών. Xyl.

p. 656 v. 16. *Axumitarum*] Auxumitarum Indorum est apud Nicephorum 17 32, et Domnus Homeritarum, princeps Indorum, pro Damiano rege Ebraeorum. Xyl. Azumitenses vocat Paulus Diaconus l. 16. de istis Homeritis Procopius de bello Pers. 1. Goar.

p. 658 v. 15. *procensus*] credo publicum fuisse conventum, quo ad populum prodiret imperator. sic et infra in Iustino curopalata. Xyl. πρόκενσος *processus* sive *processio* est, λιτή etiam dicta. de vocabulo Meursius erudite. aliam porro processionem huiusmodi solemnem ad Hebdomum, id est septimum lapidem, habitam Iustini anno 9 legimus. Goar.

p. 659 v. 23. *Hierosolymitani*] Eutychii nomen inculcatum omisi. locus est suspectus ob vocem τοποτηρηταὶ δέ. Eustochius eo

tempore fuit episcopus Hierosolymorum. vide Evagrium 4 38, Niceph. 17 27. Xyl.

p. 660 v. 3. *caecus*] ἀπὸ ὀμμάτων. vide Nicephorum 9 17. Xyl.

p. 674 v. 10. κύρις ἐλέησον] vox a Graecis non adeo misericordiae exquirendae quam insoliti casus admirandi gratia vulgo pronuntiata. Goar.

p. 675 v. 7. ἐφούλκισε] nescio quid sit hoc, nisi fortassis sub furcam mittere. sic infra in Pogonato ἐφούλκισεν ἐν Συκαῖς. Zonaras habet eos interfectos fuisse. fortassis de ficis suspensos crederem, nisi Ficus esse suburbii Cpolitani nomen ex eius Leontio didicissem. Xyl. non *suppliciis* quibuscumque, ut nutans interpres, sed *suspendio furcave peremit*. Goar.

ib. v. 17. μετὰ φιλανίας haud dubie mendosum est, ut et pleraque quae sequuntur difficillima interpretatu, tum quia mendis non vacant, tum quia barbaris et semilatinis vocibus intermixtis perspicuitate carent, ut et paulo ante. Xyl.

ib. v. 19. κτητόρια quid sint, nescio sane. apparet fuisse festos dies, sive inito imperio sive alteri rei destinatos, qui magno sumptu agerentur. neque memini aliquid de iis alibi legisse. Xyl. κτητόρια τοῦ δωδεκαημέρου *convivia laetitiaeque indicia per duodecim dies a Christo celebranda*. κλητόρια iudicat Meursius legendum, cui assentior Pauli Diaconi auctoritate ductus: *prandia, quae ex more fiunt in decem et novem accubitis cessare fecit*. Theophanes primum ἄριστα vocaverat; eademque Luitprandus 6 3 fusius describit: *est domus iuxta Hippodromum, aquilonem versus, mirae et altitudinis et pulchritudinis, quae deca ennea cubita vocatur. quod nomen non ab re sed ex apparentibus causis sortita est:* δέκα *enim Graece, Latine decem,* ἐννέα *novem, cubita a cubando inclinata vel curvata possumus dicere. hoc autem ideo quoniam quidem novemdecim mensae in ea quae secundum carnem est domini nostri Iesu Christi nativitate apponuntur; in quibus imperator pariter et convivae non sedendo, ut ceteris diebus, sed recumbendo epulantur; quibus in diebus non argenteis sed tantum aureis vasis ministratur etc.* videndus Leunclavius V. Conocluc. in Onomas. Goar.

p. 676 v. 16. κοσμικαὶ δημοκρατίαι] puto eum vocare, cum populus contra magistratum insurgit. notum est dictum eius qui democratiam suadenti respondit, domi suae eum debere eam instituere, si eam formam vere probet. Xyl. *partium* et *factionum*, de quibus supra, sese mutuo incursantium et tumultuantium *caedes*. Goar.

ib. v. 21. Ἰουστινιανοῦ φιλοκαλουμένου τοῦ τρούλου] forte, cum Iustinianus in eo esset ut trullam reficeret. Xyl. *absoluto iam atque picturis caelaturis et opere tesselato perfecte exornato trullo*. quae interpres omisit. in voce τροῦλος alii λ geminant. Goar.

ib. v. 23. κιβώριον] trullus quattuor columnis ad altaris an-

gulos sitis fultus, illudque tegens et ambiens, quales plerumque veteres ecclesiae Romanae adhuc servant, *κιβώριον* est. Germanus in Mystagogia, Codinus de templo S. Sophiae, et nos ex eis plura circa Graecarum ecclesiarum descriptionem. GOAR.

p. 677 v. 5. reliqua etiam reliqui, ne mihi et aliis nullo fructu essem molestus. *πίνσους* pinnacula verti. apud Suidam est, *πισὸς καὶ πινσός, πεσὸς δὲ παρὰ Προκοπίῳ.* ex Zonara sane liquet, cum magnum templum ab imperatore esset iam absolutum (huc respicit vox *φιλοκαλουμένου*), casum hunc evenisse. XYL.

ib. v. 2. *πινσούς*] a *pisis* et leguminibus ridicule lectores arcet Meursius, ubi pro voce *πινσός pinsum* et *pisum* reponit. insulse quoque *pinnacula* reddidit Xylander, quae sustentacula sunt, *pilae* nimirum et *stelae quadrae* grandiores concameratum tectum suffulcientes. casui non absimili impediendo in S. domo Lauretana, quam reparando illi qui Cpoli obtigit, curam adhibitam describit Turselinus Lauretanae historiae l. 3 c. 7: *Basilicae testudo* (trullus) *stabat octo latericiis innixa pilis. attamen sive superstructorum parietum altitudine, sive nimio impositi plumbi pondere degravante, succumbere oneri et rimas agere repente coepit, novo cellae ornamento cellaeque cui imminebat foedam ruinam minitans.* (sacra cella sub tholo, ubi CP ciborium eique suppositum altare erectum erat, locata est). hinc quibusdam interiectis: *confestim de communi sententia* (Sangallus architectus cum Nerucio) *pilas tanto oneri impares intentiore cura munire ac firmare aggreditur. igitur validis trabibus testudinem protinus fulcit, et circum effossis strenue fundamentis pilas impigre convestit quadrato lapide, firmatque quattuor inter alternas pilas arcubus minoribus exstructis, qui super imposito oneri forent satis.* uno verbo auctor noster *ἤγειρεν ἄλλους πινσοὺς καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλον.* GOAR.

ib. v. 5. *κοχλίαι*] gradus rotundi per gyrum in altum tendentes, quorum exterior structura pilas interiores communiebat et trullum subfulciebat. GOAR.

ib. v. 6. *τῶν ἀψίδων*] quattuor nimirum arcuum quattuor pilas simul connectentium et concamerato tholo sive trullo, ad eum excipiendum, suppositorum. GOAR.

ib. v. 20. *Οὖννοι*] Hunnos Cotriguros vocat Agathias, quos sub Zaberga duce in Europam irrupisse refert l. 5. GOAR.

ib. v. 23. *muri Anastasiani*] is ipse mox Longus murus dicitur. fuit autem exstructus ab Anastasio Dicoro imperatore. eius descriptionem qui volet, petat ex Anastasio Silentiario Suidae et ex Nicephori 16 39. XYL. ad barbarorum excursus reprimendos ab Anastasio exstructi ad Cherronesi isthmum. Agathias citatus: *in hoc isthmo porrectior inaedificatus est murus, in utrumque mare productus.* *μακρὸν τεῖχος* sparsim in hoc historia vocatur. GOAR.

p. 678 v. 5. *ποιῆσαι φοσσάτον*] nihil minus est quam *fossam agere*, iuxta Xylandrum, sed *copias cogere*, *castra ponere.*

φοσσάτον est στρατός, ut Glossae Graecobarbarae docent; dicitur quoque de *castris vallo munitis*. GOAR.

p. 678 v. 10. πλοῖα δίπρυμνα] *actuarias naves multiplici remigio, et ipsas amphiproras*, scribit Agathias. *actuariae* sunt quae remis aguntur, *amphiprorae*, quae utrimque proram habent, sicut et δίπρυμναι, quae utrinque puppim; quae quandoque sine temone sunt, et non versae hinc inde agi possunt. amphiproras huiusmodi Zonaras accurate describit in Constantino: πλοῖα δ' ἦσαν τὰ μὲν πλεῖστα μονήρη, ἔστι δ' ἃ καὶ δίκροτα. καὶ τισὶν αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς πρώρας καὶ ἐκ τῆς πρύμνης πηδάλια ἥσκητο, καὶ κυβερνήτας ναύτας τε διπλοῦς εἶχον, ὅπως καὶ ἐπεὶ πλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, μὴ ἀναστρεφόμενοι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐν τῷ πρόσπλῳ καὶ τῷ ἀπόπλῳ αὐτῶν σφάλωσι. GOAR.

ib. v. 13. *Curopalatam*] vox composita. est autem dignitatis appellatio, quod vel ex Zonara discas. Evagrius initio tomi 5 eam interpretatur, cum Iustino dicit fuisse aulae custodiam, hoc est palatii curam, commissam, quo munere fungentem Romani curopalatam vocent. sic et Nicephorus 17 33. sed et Iberiae curopalates alibi memoratur. XYL. a suscepta *cura palatii*, ut loquitur Cassiodorus in Var. et Marcellinus l. 26 et 31. quia curat palatium, Latinis *cura palatii* dicitur. GOAR.

ib. v. 15. Σαγγαρέως] *Sarum* vocat Procopius l. 5 de Aedific. Iustiniani, orat. 5, eumque ex Armeniae montibus sua narratione deducit. *Agoreos* illi nomen imponit Paulus Diaconus, ac breviter de illo: *coepit imperator*, inquit, *aedificare pontem Agoreos fluminis, convertens eundem amnem in alium alveum, voluitque arcus mirabiles quinque, et fecit eum meabilem, cum antea ligneus fuerit.* alii Sagarim vocant, ad quem Nacolia Phrygiae civitas sita est. Zacarim hodie dicunt Turcae ex Leunclavio. GOAR.

ib. v. 16. καμαρῶν] ea vox curvum et flexum notat. poëta: *hirtae camaris sub cornibus aures.* XYL. καμάρα vel aliis καμέρα *fornix* est, *arcus, tholus concameratus.* GOAR.

ib. v. 21. προβολάς] fortassis scribendum προπωλάς. XYL. μαγκιπεῖα longe esse a *mancipio* significando iam superius insinuatum est. *pistrinum* enim est, sive *panis* vaenum expositi *officina*. προβολή vero *officina* quidem est, sed ea *qua merces exponuntur*, nil tamen in ea fit operis. ἐργαστήριον tandem artificum est, qua industria humana opus quodcunque potest elaborari. auctor infra ultimo Iustiniani anno. GOAR.

p. 679 v. 14. *Viriam et Brincas*] nomina vitiosa. et difficile coniectu quid sit restituendum. res gestae Narsetis contra Gotthos sunt apud Procopium libro ultimo belli Gotthici. XYL.

ib. v. 21. μεσίαυλον] allusionem non sensum notat Xylander circa μεσίαυλον, quod *aream, atrium*, patentem sub dio locum moenibus tamen clausum indigitat; de quo iam superius. hic vero tectum aliquod aedificium, at media in area locatum subindicat. GOAR.

p. 679 v. 21. ad vocem *Γαρσονοστάσιον* annotatum est in margine. ἐμοὶ δοκεῖ παιδοστάσιον· γαρτζούνιον γὰρ παρὰ Λατίνοις τὸ παιδίον. ceterum haec vox Latina non est, sed Francica hodieque est. Xyl. scribit idem Theophanes; verbumque est ex Italico Graecoque conflatum, et est *pedissequorum statio*, le parvis des garçons, ou laquais. Goar.

p. 680 v. 18. ἔπιπλα *aulaea, stragulae, vela* proprie sunt *pepla*, non *instrumenta*, ut corrupte interpres. Goar.

p. 684 v. 17. "Ἄβαρες] Simocatta 1 3: Οὖννοι δὲ οὗτοι προσοικοῦντες τῷ "Ἴστρῳ, ἀπιστότατον ἔθνος καὶ ἀπληστότατον. Goar.

ib. v. 18. *Artabanus*] hunc Zonaras Ardamanem nominat, Evagrius l. 5 Adaarmanem. Xyl.

ib. v. 22. *Hormisda*] rege Persarum Zonarae: nam Evagrius hunc quoque Chosroen facit. Xyl.

ib. v. 23. τῇ μεγάλῃ έ] sic vocat feriam quintam, seu diem Iovis malis, quae proxime est ante pascha, celebris institutione sacrosanctae coenae, *der hoch oder grünen donnerstag*. sic et Zonaras in posteriore imperio Constantini Leonis F. Xyl.

p. 685 v. 1. τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ] modulus est in Basilii missa, communionis tempore cantandus. Goar.

ibid. quam imaginem dicat, ignoro, nisi quis putet de linteo impressa a Christo et ad Abgarum Edessenum missa sui imagine accipiendum. Xyl.

ib. v. 4. Χερουβικὸς ὕμνος] decantatur quotidie inter sacros liturgicos hymnos, cum a mensa propositionis dicta ad altare, solemni processu, sacra dona, id est, panis et vinum, deferuntur. Arcudius opere de Concordia utriusque ecclesiae, Euchologium in notis ad Chrysostomi liturgiam. Goar.

ib. v. 6. ἐξκουβιτώρων] ad fores palatii *excubabant* illi et aditum observabant. Glossae Basilicorum: ἐξκουβίτωρες τῶν παρεξόδων τοῦ παλατίου ὑπάρχοντες φύλακες. Simocatta quasi Cedreni scholiastes futurus 3 11 de Tiberio nostro scribit: Ἰουστῖνος Τιβέριον υἱοθεσίᾳ κοσμήσας, καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν ποιησάμενος ἀνηγόρευσε Καίσαρα. ἡγεμὼν δ' ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα ἐξκουβιτώρων τῇ συνήθει φωνῇ ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν. isque idem forsan est quem post memoratos *excubitores* domesticorum *comitem excubitorem* nomine recenset Marcellinus l. 20. Goar.

ib. v. 7. στυφόμενος τοὺς πόδας] Zonaras eum ex pedibus laborasse ait. Xyl.

ib. v. 15. ἀρχιστρατήγου] ignorat Xylander *caelestis militiae principis* Michaelis nomen, et pueriliter *principem ducum* appellat. Goar.

ib. v. 18. *Eutyches*] Eutychius legendum ex Zonara et Nicephoro 17 36. et post paulo Cedrenus ita habet. Xyl.

p. 686 v. 16. *ἐν ταῖς ποσὶν αὐτοῦ πεσόντος*] adoptatos ad pedes adoptantium procidere docet ritus Euchologicus. praestat id Iustino Tiberius, et Sophiam Iustini uxorem non iam *δέσποιναν*, *imperatricem*, sed *matrem* sibi commendatam agnoscit. refert idem Simocatta loco citato; ipsumque patriarcham adoptionis vota ex Euchologio legisse narrat, ad cuius preces etiam adstantes bene sint adprecati. GOAR.

ib. v. 21. *Προικοννησίῳ*] lapidis albi a Strabone l. 13 laudati, e Proeconneso Propontidos insula eruti. GOAR.

p. 688 v. 10. *ὁ δὲ ἐδήλωσεν*] quia templi illius et Augustae unum erat commune Anastasiae nomen. de templo iam plura nos cum auctore. GOAR.

ib. v. 20. *imbricatas*] *σωληνωτάς*. divinavi hic; et *ὄρνας*, quia non intelligam, reliqui. XYL. hic se divinasse affirmat interpres: quidni? cum et falsi sint vates? nullus tamen hic divinationi vel deceptioni locus, cum *σωληνωταὶ στολαὶ* non sint aliae nisi vestes multifido taeniolarum textilium ordine variegatae, quae sive directis canaliculis sive obliquis spiris distinctae effulgeant, luxuriam tamen, levitatem, profusionem aspectu suo praedicant. *σωλὴν* enim *canalis et alveolus est*, ex quo *canaliculatum et alveolatum* quodcunque opus *σωληνωτόν* vocant Graeci, quod Galli *canellé* pronuntiant. GOAR.

ibid. *ἀπὸ βλατίου*] *textum multitium* est *τὸ βλατίον*, vel *sericus* quivis *pannus*: ubi enim in Nicetae Choniatae Alexii Comneni l. 3 una lectio habet *ἄνευ τῶν βλατίων*, altera ponit *πλὴν τῶν σερικῶν νημάτων*. unde nugae sunt et nullius momenti commenta, quae circa *blatteum colorem*, id est roseum vel purpureum, et Graecum *βλαττίον* ex nominum allusione, velut e Delphico tripode, enuntiat sparsim Gretserus in Codinum. GOAR.

ib. v. 21. *ὀξέως*] nusquam *acuti vel vividi*, cum Gretsero citato, sed cum Graecis modernis *violacei* coloris vocem indicium esse dixeris; ac si velis attentius auctorem examinare, eiusmodi violacei decertantium in Circensibus ludis chlamydes fuisse affirmabis, quae a purpura non omnino abessent, *χλάμυδας* nempe *παραπλησίας τοῦ βασιλικοῦ*: intellige *χρώματος* vel *σχήματος*. GOAR.

ib. v. 23. *διδακτυλίους ὄρνας*] *oras* sive *limbos* duorum digitorum latitudine. *ὄρνα* vero dicitur, quia vestis *ora* vel *ornamentum* sit; ac propterea locus in quo sistebant vel se exornabant in Circo decertaturi, *ὀρνατούριον* dicitur apud Theophanem, ac imperatorem Philippicum *εἰς τὸ ὀρνατούριον τῶν πρασίνων* refert adduxisse Ruffum quendam; quem locum eundem *oratorium Prasinorum*, ubi nimirum *oris* et *limbis* vestibus attextis sese adornabant, dicit Paulus Diaconus; quem eundem *ἀρματώριον* Cedrenum vocasse contemplabimur. GOAR.

p. 689 v. 3. *ὑπατείαν*] intelligo monetam consularem: nam imperatores consulatum quoque gessisse et in titulis suis commemo-

rasse notum est. infra quoque in Phoca ὑπάτια pro donis missilibus et in populum sparsis ponitur, cum verbo ῥίπτειν. Xyl.

p. 689 v. 12. Δάρας] Mesopotamiae urbem ab Anastasio conditam: de qua in Anastasio. Goar.

ib. v. 20. *Persarum tuldam*] sic et infra. credo fuisse signum aut vexillum praecipuum, sicut infra in Heraclio pro turma ponitur, *ein fanen*. Xyl. somniat hic circa *tuldum* Xylander, et *vexillum* referre fingit, a quo semotum erat omne vexillum, ad conflictum siquidem deferebatur vexillum, cum sarcinis iumentis impedimentis pueris, quae τοῦλδον significat, nullum aut superfluum. Suidas: σαγμάρια τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα ἀποσκευήν, καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων. Goar.

p. 690 v. 9. συμβολαίοις] *diplomatis et literis* correctius hic interpretabere quam cum Xylandro *contractuum formulis*. Goar.

p. 691 v. 2. συκάμινα] hem! *cucurbitale* interpretis acumen *cucurbitam* legentis, ubi tantum *mori fructus* aliis colligere licet. Goar.

ib. v. 6. ὑποστρέψας ἐν τῇ ἰδίᾳ κλίνῃ] ad proprium lectum moriturus reversus est Tiberius, cum senatum exercitum et patriarcham de nuncupando imperii successore Mauricio fuit allocutus. ἐπὶ τὴν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλήν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, προαυλίῳ περιφανεῖ καὶ περιδόξῳ τῷ πρεσκηνίῳ φοράδην ἤχθη. quae Simocattae 1 1 verba minus proprie reddidit Pontanus. πολυστιβάς enim οἰκία pro aedificiorum et habitationum superstructa et coacervata congerie, non pro herbis et frondibus thororum sumitur. Goar.

p. 692 v. 14. *in Romaniam*] in dicionem Romanorum, εἰς τὰ Ῥωμαίων Zonarae. Xyl.

p. 693 v. 1. βεργίῳ] apud Nic. 18 87 legitur vimine. Xyl. *virga viminea*, λύγῳ a Theocriti scholiaste vocata: βεργίοις ἤτοι λύγοις δῆσαι. Goar.

ib. v. 10. Μαρτυρούπολιν] Armeniae urbem quadraginta militum martyrio illustrem. Goar.

p. 694 v. 18. βάνδοις] vexillis, puto militaribus, quae nobis *baner* dicuntur. Suidas in Βάνδον: οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Xyl.

ib. v. 21. *publica deprecatio*] litania nimirum hic λιτὴ πρεσβεία dicitur, et Suidae quoque λιτή est παράκλησις. eam ergo videtur litaniam instituisse, quae fieret ab uno fano ad alterum, caterva populi et pontificum procedente. supra λητή legebatur, minus recte. λιταί notum est vocabulum vel ex Homero, quid denotet. Xyl.

ib. v. 22. κατὰ παρασκευήν] *Parasceuis* singulis, *sextis* dictis *feriis*. Goar.

p. 695 v. 24. Δαονίῳ] Thraciae loco. Goar.

p. 696 v. 9. Σιμοκάττου apud Suidam duplici τ, estque

cognomentum Theophylacti sophistae. ceterum haec Chosroae praedictio lucidior fere est apud Zonaram et Nicephorum 18 27. Xyl.

p. 698 v. 22. Μαγναύρας] Luitprandus 6 2: *est Cpoli domus palatio contigua mirae magnitudinis ac pulchritudinis, quae a Graecis ρ loco λ posito, Magnaura, quasi magna aura, pro aula, dicitur.* Goar.

ib. 23. ἀρμαμέντον δημοσίων ὅπλων locus. Iustinianus Nov. 85. Goar.

ib. v. 24. *senes morbosi*] λωβήν pro lepra saepe noster sumit, ut in Constantino etiam annotavimus. itaque vertere possis leprosos senes et fratres. verum ego in his omnibus, quod essent obscura, verbum verbo extuli, ut peritioribus coniectandi esset materia. Xyl. repone *leprosorum.* Goar.

p. 699 v. 1. τοῦ ζωτικοῦ ἐγχόρηγον] *sumptuum ad vitam necessariorum penum.* Goar.

ib. v. 8. Areobindi et Diaconissae templorum meminit et Niceph. 18 42. Xyl.

p. 700 v. 9. κεράτια τέσσαρα sunt numismatis sextans. numisma enim 24 ceratiis, 12 vero miliarisiis aestimatur: unde κεράτιον miliarisii medium, folles 12. Scholiastes Basilic. Eclog. 23: χρὴ γινώσκειν ὅτι τὸ ἓν κεράτιον φόλλεις εἰσὶ δώδεκα ἤτοι μιλιαρισίου τὸ ἥμισυ. τὰ οὖν δώδεκα κεράτιά εἰσιν, νομίσματος ἥμισυ· τὸ γοῦν ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιαρίσια ιβʹ, κεράτια κδʹ. Goar.

ib. v. 12. *in singulos duobus miliariis*] hunc locum prorsus non intelligo, quod neque de nummo satis constat quid valuerit, neque de notis ιʹ ιʹ θ λ δʹ. miliarisium numismatis decimam partem facere annotavit Suidas: sed id rem non explicat. videre potes infra finem Leonis Iconomachi. Xyl.

ib. v. 16. τῷ σιλεντίῳ] *concilium, coetus, iudicium, consultatio* est σελέντιον sive σιλέντιον. auctor in Leone Isauro: σιλέντιον κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων. Latine quoque silentium pronuntiavit Paulus Diaconus in eodem Leone: *silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas.* Zonaras Leonem alterum, philosophum, ita morbo iliaco detentum narrat ὡς μηδὲ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Goar.

ib. v. 19. quae sequitur de viso in Nilo amne monstro, desumpta videntur ex Niceph. 18 36. Xyl.

p. 703 v. 6. σπάθην] Isidorus 18 6: *framea, gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatham vocant, ipsa est romphaea.* Goar.

ib. v. 15. ἐποίησε παιδία ὡς τὰ ξυλοκώδωνα] fatue omnino et imperite lusisset in Mauricium populus, si utcunque, iuxta Xylandri sensum, *eum nolarum lignearum instar* filios suscepisse effutivisset. ξυλοκώδωνον itaque, cuius vice Theophanes ξυλοκούκουδον scribit, cum nil aliud sit praeter *ligneum crepitaculum* vel *globulus*

ligneus concavus et undequaque perforatus, in quo nuclei vel tintinnabula includuntur, ut perstrepero eius sonitu recreentur pueri, et populus ad ludicrorum istiusmodi instar Mauricii filios se tenere proclamet, summum in eos patremque Mauricium manifestat contemptum, eorumque mortem ludum, gemitus ludicrum strepitum sese habiturum minatur. *κούκουδον* porro *nucleus* est et *globulus, ξυλοκούκουδον* lignum streperis huiusmodi globulis plenum. an non Xylander vir ligneus et puerorum *ξυλοκώδωνον*; Goar.

p. 704 v. 15. *ὀμφαλίῳ*] signo rotundo in areae medio fixo. Goar.

ib. v. 22. *ᾐτήσατο κοινωνῆσαι*] non dissimulabo me hic secutum esse nihil praeter coniecturam, neque aliud tum ad animum accidisse. si cui non satisfacio, excogitet aliquid commodius. sane postea Theodosius quoque Mauricii F cum ad supplicium iussu Phocae traheretur, *παρεκάλεσε πρότερον μεταλαβεῖν τῶν θείων μυστηρίων.* Xyl. timet Xylander hominis de vita desperati et eucharistiam postulantis pietatem fateri in suis notis. Goar.

p. 705 v. 14. *μαγιστριανός*] hic alias *μαγιστεριανός* dictus, et apud Theophanem *πρωτοκούρσωρ*, in glossis Basilicorum vocatur *μανδάτωρ* et *ἡμεροδρόμος*. Lexicon anonymum bibl. Regiae: *ἡμεροδρόμος ὁ ἥλιος καὶ ὁ πεζοδρόμος λέγονται, καὶ οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι διὰ τὸν βορέαν.* Leo Constit. 3: *μανδάτωρες δέ εἰσιν οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες.* hinc eos expertos, vigiles, variarum linguarum gnaros expetit Mauricius, addit quoque voce sonora dotatos, ad iussa quaeque publice efferenda; unde inter Iustinianum et factiones *mandator* ut utriusque partis interpres et mediator eloquitur apud Theophanem: hic vero *missus* est, et responsa fert ad imperatorem. auctor iterum in Iustiniano Rinotmeto statim sub initio. Goar.

ib. v. 21. *προβάλλονται ἔξαρχον*] similibus verbis prius fuerat usus Simocatta 8 7: *τὰ πλήθη ἔξαρχον τὸν ἑκατόνταρχον Φωκᾶν προεστήσαντο.* quia nondum imperii nomen vel insignia ei detulerant, sed ut fit in tumultu, *caput* et *ductorem*, data imperii potiundi spe, sibi praeposuerant. Goar.

p. 706 v. 2. *δρόμων,* sicut et infra usurpatur hoc vocabulum, navis est cursui, hoc est celerrimae navigationi, apta: est enim *δρόμος* cursus, tales fuisse quas Latini celoces appellant, ex Nonio Marcello et iis quae adducit scriptorum locis apparet, suffragante etiam primae syllabae quantitate. vide ad hanc historiam quae habet Nicephorus 18 40. Xyl.

ib. v. 6. *Ῥήγιον* Thraciae urbs in Propontide, Hebdomo ad meridiem inferior, in qua Leon philosophus pontem aedificavit, de qua Constantinus de Admin. Imp. c. 51. Goar.

p. 707 v. 8. *κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου*] eo nempe urbis

campo, quo exstructum erat palatium dictum *tribunalium novemdecim accubitorum*. Goar.

p. 707 v. 12. τῆς ξυλοκέρκου πόρτης] ad imam sinus partem versus occidentem est ξυλόκερκος porta, a palis in eius fundamento fixis sic dicta. Leunclavius. Goar.

p. 709 v. 5. ἀνάτειλον] progredere. sic apud Cicer. 1 de Nat. deor. "cum subito a laeva Roscius exoritur." Xyl.

ib. v. 15. μεταλαβεῖν τῶν θείων μυστηρίων] solem meridie quaerit Xylander, et an haec verba communionem sacram indicent nutat. Goar.

p. 710 v. 1. *Calligraphus*] si non sit proprium, pictorem significat. paulo aliter historiam refert Nicephor. 18 41. et in margine nostri adscriptum est per genios in aëre versantes (ἐναερίων πνευμάτων) fuisse ista Alexandreae nuntiata. Xyl. nec proprium nomen est, nec *pictorem*, ut Xylander innuit, significat. Simocatta exponit 8 13: ἄνδρα τινὰ τῶν εἰς κάλλος γραφόντων, ὃν ἐν συνθέσει φωνῆς καλλιγράφον ὀνομάζει τὰ πλήθη. de tachygraphis et calligraphis Origenis historiae ecclesiasticae. illi notarii erant, et ut celeriter, ita minus belle, hi tardius, at elegantissime pingebant, literasque coloribus et auro distinguebant; ac propterea χρυσογράφους dictos nonnunquam reperies. Goar.

ibid. παννυχίδος] convivio autem etiam sacro nocturno licebat vertere. Xyl. non a quibuscumque *excubiis*, sed quas cum amicis nocturnus conviva peregisset domum repetebat calligraphus. Simocatta, qui quem morem memorat Alexandrinorum, *ut natis maribus diem septimum solemnem agentes noctem, quam longa est, luxu et convivio traducant*, de eo Euchologium post baptismatis officium. Goar.

ib. v. 2. ἐκ τῶν βωμῶν] interpres: *ab altaribus*. inepte: non enim in altaribus, ut ab iis loquerentur, erant simulacra. sed nec cuilibet simulacro suum erat altare. repono *ex basibus suis*. βωμός enim ut *altare* ita et simulacri *basim*, eo quod altaris exhibet figuram, significat. suffragatur Simocatta. Goar.

ib. v. 5. Augustalem puto ab Augusto missum urbis praefectum intelligi. Xyl.

ib. v. 12. τὸ πάκτον ἐπαυξήσας] *aucto tributo*: non enim modo *pacta* et conventa, sed et tributum pactamque tributi pendendi gratia pecuniam πάκτον indicat. auctor in Phoca anno 4: ὁρίσαι καὶ λαμβάνειν πάκτα. Goar.

p. 711 v. 10. σακελλάριος] *sacellae praepositus* et ecclesiae aerario. Goar.

ib. v. 14. ἐν τῷ μόλῳ] non *in portu ipso*, sed *ad portum*; hoc est in aggere portum, ubi nimis aperta sunt eius ostia, circumambiente, et fluctus ventosque violentius irrumpentes retundente. Goar.

ib. v. 19. *Crispus*] Priscus Zonarae, Nicephoro, aliis,

quanquam generum Phocae Crispum Zonaras in Heraclio vocat, ut quidem legitur. Xyl.

p. 711 v. 21. στρατηγὸν Ἀφρικῆς] στρατηγόν hic *praefectum* interpretor. cum enim Africa a vicariis primo gubernata anno 439 in potestatem Vandalorum transiisset, iis demum post 95 annos profligatis a Iustiniano, vicario abolito, proprium *praefectum* ab imperatore accipiebat, cui substitutus ὑποστράτηγος hic memoratus is potest esse qui prius regebat, *vicarius*. Pancirollus in Notitia Imp. Occid. Goar.

p. 712 v. 13. κόμητα ἀνατολῆς] comes Orientis sub sua dispositione Orientis provincias a Marcellino et Imperii Notitia relatas habebat. dignitatem eius militarem statuit Ambrosius ep. 29 ad Theodosium, civilem Valesius in Marcellini l. 24. cui Zosimus ab ipso relatus inclinat, et apprime favet auctor civilia negotia ab eo pertractata et Antiochensium Hebraeorum seditionem ab eodem poenis inflictis coercitam enarrans. Goar.

ib. v. 18. τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα] quam non Edessenam postmodum inventam, sed Camulianensem vel aliam miraculose expressam aut ad prototypum non manu factum a pictore effictam ac ideo ἀχειροποίητον quoque dictam scribit Gretserus Opusc. de Imag. non manu factis c. 15. de illa quoque Damascenus Studites in Thesauro. Goar.

ib. v. 19. εἰς τὸν λιμένα τῆς Σοφίας] portus CP capacissimi pars est ex parte Galatae, Σοφία a Iustino de uxoris nomine nuncupata. vide auctorem Iustini anno 2. Goar.

p. 713 v. 22. τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου] sacrum illud oratorium translatis S. Stephani reliquiis condidit Theodosius. auctor in eius vita. Goar.

p. 714 v. 6. βασιλικῷ σχήματι] morem illum antiquum praecessor Mauricius renovare studuit. auctor eius vitae anno 1. Goar.

ib. v. 20. ἐστέφθη Ἐπιφανία] prima haec ex impp. filiabus ob Augustae matris mortem Augusta fuit coronata. Goar.

p. 715 v. 5. στέψαντος αὐτὴν Σεργίου] non ab ipso modo imperatore, ut a Iustino primo factitatum narrat auctor, sed a patriarcha quoque coronabatur Augusta. Goar.

p. 717 v. 12. *in anno* 60] locus mutilus et divinatoris egens. Xyl.

ib. v. 16. *usque ad* *] librarius in margine adscripsit: ζητητέον ἕως πότε, ὅτι οὐδὲ εἰς τὸ ἀντίγραφον ἔκειτό τι περὶ τούτου. Xyl.

p. 718 v. 2. *Bono*] sic est et apud Zonaram. et in margine nostri codicis pro Βονόσῳ erat annotatum Βόνῳ. Xyl.

p. 719 v. 8. Τούρκων] hic primo Turci nomen legitur in auctore, de quibus iam p. 341: Τοῦρκοι τῆς ἑῴας, οὓς καὶ Χαζάρους ὀνομάζουσιν. Goar.

ib. v. 10. θεμάτων] thematos nomen hucusque auctori inno-

minatum, antiquis, quo nunc capitur sensu, ignotum. significat autem primo legionem alicui provinciae vel genti impositam. Constantinus Themat. Orient.: πρῴην καὶ κατ' ἀρχὰς τάγματά τινα καὶ λεγεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμένα κατ' ἔθνος. ipsae vero provinciae temporis processu θέματα sunt vocatae; ac ne longius testimonia petamus, scribit hic auctor: διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων διερχόμενος. plura Rigaltius et Meursius. Goar.

p. 720 v. 14. quod scripsi lunam emersisse, ὑπέστη erat in Graeco: sed coniecturam ex circumstantiis feci. Xyl.

p. 721 v. 13. ἐν Γαζακῷ] locus est mutilatus. Xyl.

ib. v. 14. βίγλα vox Latina Graeco more posita. sic saepe apud Nicetam. Xyl. βίγλα *excubiae militares.* ἐπισκοπὴν vocavit Simocatta 2 9, *exploratum* scilicet, et secretam latentemque hostium disquisitionem, Cedrenus in Mauricio κατασκοπήν. Goar.

p. 722 v. 9. *evangeliis*] nimirum ut inde sortes captaret. divinandi hoc genus superstitiosum et impium, quod et D. Augustinus memorat atque improbat, fine 119 epistolae ad Ianuarium. sic profani Virgilianas sortes consulebant, cuius rei exemplum est in Adriano Spartiani et alia alibi. Xyl.

ib. v. 12. *ductus miseratione*] in margine ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἰσάκιος ὁ Ἄγγελος, καὶ οὓς ἐπ' αὐτοφώρῳ εὗρε καθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐφιλοτιμήσατο καὶ ἀξιωμάτων ὕψει ὑπερεβίβασεν. Xyl.

p. 723 v. 7. ἠπλήκευσε *castra posuit.* hanc esse huius vocis significationem, ex frequente eius usu apud nostrum deprehendi, rei notitia barbarum vocabulum explicante. Xyl. ἠπλήκευσεν] *castra applicuit, admovit, posuit, fixit.* ita Paulus Diaconus. verbum a Latina lingua traductum est τὰ ἀπληκεύω. *castra metor.* Goar.

p. 726 v. 19. μαγαρίτην] quem moderni Graeci ἀρνόπιστον vocant, is est qui abnegata fide foedo gentilitatis ritu sese inquinavit et polluit. μαγαρίζω namque est *inquino, contamino, sordibus impleo,* et metaphorice *legem violo et turpi desertione Christianam religionem foedo.* Theophanes: ἐκώλυσεν Οὔμαρ οἶνον ἀπὸ τῶν πόλεων, καὶ μαγαρίζειν τοὺς Χριστιανοὺς ἠνάγκαζεν. Paulus Diaconus uno verbo complexus est, *apostatare.* hinc μαγαρίτης *qui fidem abnegavit;* quam vocem ad eum quoque qui profano vetitoque cibo se polluit ecclesia Graeca extendit. Goar.

p. 727 v. 6. *Nestorianae religionis*] Persam Nestoriano errori socium atque patronum fuisse equidem non credet qui vel quae ante dicta sunt de eius superstitione recordetur. sed tamen infra in anno Heraclii 19 scribit noster Edessae ecclesiam sub Chosroa fuisse a Nestorianis occupatam. Xyl.

p. 728 v. 18. σκαφῶν γλυπτῶν] naviculae fluviatiles uno ligno excavato tumultuario praeparatae, μονόξυλα dictae, σκαφαὶ γλυπταί, *exsculptae* nimirum et scalpello rudiori trunco efformatae.

auctor de iisdem sexcentis in locis, ubi de Russis et Patzinacis mentionem agit. usum earum, et qua ratione per terram trahi vel hominum humeris soleant transportari, enarrat fusissime Constantinus de Admin. Imp. c. 8, de Patzinacarum ἐν μονοξύλοις navigatione. Goar.

p. 728 v. 18. τὸν κόλπον τοῦ κέρατος] portum Cpolitanum. Leunclavius. Goar.

p. 729 v. 9. κατὰ τόπον τὸν λεγόμενον τῆς παλαιᾶς πέτρας] exinde illuc loci fiebat secundum antiquum typum processio, cuius ritum et preces exhibet Euchologium recens editum. petra illa praegrandis est, versus portam Adrianopolis nomine dictam. Goar.

p. 730 v. 19. βάνδον significare *vexillum* facile est Simocattam legenti agnoscere, 3 6. sic Paulus Diaconus Latine vocat. addit Rigaltius etiam τάγμα *bande troupe* indicare. assentiar, si modo cohortem vel agmen illud intelligat, quod sub uno *bando* sive vexillo, unde nomen accepit, militat, *une compagnie*. Goar.

p. 731 v. 15. λωρίον] nusquam *lorica* est, sed *balteus*, ex quo scutum vel ensis pendet, *lorum*. Germanus in Mystagogia. Goar.

ibid. τὰ βραχιόνια] trito magis verbo legit Theophanes βραχιόλια, quae sunt ad brachia, *armillae*. ad sartores brachiorum indumenta Xylandri. Goar.

ib. v. 16. Scaramangium quid sit, cognosci posse puto ex iis qui linguam Graecam corruptam callent. audio ea lingua editam esse Iliadem Homeri, quam utinam nancisci possem. utinam vero lexicon eius linguae edatur, quo posteriorum temporum notitia apertior fieret. Xyl. τὸ σκαραμάγγιον] Achmes c. 131 interpretatur καββάδιν. est autem καββάδιν sive καββάδιον *tunica* exterior, stricta quidem et corpori adhaerens, at brevior et globis ante pectus iuncta, nec sago militari omnino absimilis est. Goar.

p. 732 v. 11. ξύλα μεγάλα ἀλόης] ξυλαλόη vulgo, medicis autem Agallochon dicta. ubi enim Dioscoridis codex Graecus περὶ ἀγαλλόχου, marginis annotatio τὸ νῦν ξυλαλόη scribit. addit Matthiolus optimum e Calecut emporio Lusitanos advehere, quod igni succensum suavissimum perflet odorem. Goar.

ib. v. 12. *metaxa* genus est panni serici. vide quae annotavit Langus in Nicephori 17 32. Xyl. μέταξαν] *fila serici* sive *sericum infectum*, non pannum ex eo textum significat. Goar.

ibid. καρβάσια καμίσια] *carbasinas camisias* interpretatur Xylander. feliciter. iis tamen lineas subtiliores bombycinasque, ad nitorem delicias et ostentationem ab orientalibus gestari consuetas, velim hic intellectas. Goar.

ib. v. 13. asemum quid sit nescio, nisi forte argentum non signatum seu (ut Maro loquitur) infectum significat. Xyl. argentum nullo adhuc charactere cusum et signatum. Goar.

ib. v. 14. νακοτάπητα] νάκος quidem *vellus* refert, at non

ideo *νακοτάπητα pellicea vestis stragula* est, ut coniicit Xylander, sed *aulaeum* vel *tapes* e serico vel lana *villosus*, tapes Persicus vel Armeniacus vulgo vocatus, cuius villi vellus quodammodo referunt. Goar.

p. 732 v. 18. Theophania sunt id quod hodie Epiphaniam vocant, *der heiligen drey Künig tag*, sic dicta, quod Christo baptizato et pater se audiendum et spiritus sanctus in columbae specie cernendum praebuerit. Dastagerdum et Dystagerda idem sunt. Xyl.

p. 733 v. 5. *satellitem*] σπαθάριον. paulo ante, de Razasta, armigerum verti. dicitur a spatha, qui est ensis vel pugio. Xyl.

ib. v. 11. καρδαρίχαν] καρδαρήγαν legit Theophanes, scribitque: *καρδαρήγας οὐκ ἔστι κύριον ὄνομα, ἀλλ' ἀξία μεγάλη παρὰ Πέρσαις τοῦ τῶν Περσῶν στρατηγοῦ.* Goar.

p. 734 v. 13. *Chosroen patricidam*] nam Hormisda patre capto et in vinculis necato regnum obtinuisse fertur. Xyl.

p. 736 v. 5. τῶν Ἰακωβιτῶν] qui Iacobi Syri cuiusdam monachi sequaces, ac Eutychis et Dioscoridis in plerisque asseclae. lege vero annum 20, non 25, ut annorum series non interturbetur. Goar.

ib. v. 14. *Phasidis*] Phaselidis habet Paulus Diacon. l. 18, ut in 7 centuria historiae Ecclesiasticae novae citatur. est autem Phaselis Pamphyliae urbs maritima, Lyciae propinqua. et hanc lectionem praefero, quanquam Phasidis etiam Zonaras habeat. Xyl. toto spatio *a Phaside Lazorum Colchidos urbe et fluvio* ad Phaselim Pamphyliae aberrat Xylander in notis. Goar.

ib. v. 18. Φαράν] urbs est inter Aegyptum et Arabiam media. Goar.

ib. v. 19. *aqua submergendam*] ὑδροβαφῆ. fortasse diluta et inepta ac futilis. Xyl. correctius *leniter tinctam; futilem* et *fucatam* rectius dixeris quam *aqua submergendam*. Goar.

p. 737 v. 3. *edicto sancit*] in margine *δόγμα ἐπὶ δόγματι ἀδογμάτιστον.* credo hoc voluit, edictum ineptum ineptae sententiae tuendae causa factum fuisse. sed et haec sunt ibidem annotata: *ὅρα ὅπως ὁ ἀνδρικώτατος οὗτος βασιλεὺς τοῖς αἱρετικοῖς περιέπιπτεν, οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ αὐτοθελῶς.* Xyl.

ib. v. 12. *S. Maximus* abbas fuit in Africa, quem, et eius duos discipulos, quod Monotheletis se opponerent, Constans Heraclii N. imperator necavit, ut ex Zonara etiam liquet, et noster ad annum eius 16 non dissimulavit. locus est confusus. alii (Diaconus l. 18 et 19) Theodorum Cpoleos faciunt episcopum. Xyl. particula *καί* his verbis *τοὺς μαθητάς* praeposita, historiae veritas ac auctoris sensus habetur legitimus. Pyrrhus enim et Maximus Theodori Romani pontificis non fuere discipuli: sed sub Theodoro quae circa Pyrrhum et Maximum nec non Maximi discipulos acta sunt, contigere. Goar.

ibid. *καὶ Μαρτῖνον*] historiae inversus ordo, ut summatim plurima proponantur. Goar.

p. 737 v. 16. *ὁ ἐρημικὸς Ἀμαλήκ*] Mahometus.

ib. v. 18. Gabithana et Iermochtia clades paulo inferius commemorantur. Xyl. *Γαβιθάν* Syriae urbem. de praelio ad eam commisso inferius Heraclii anno 24. Goar.

ibid. *Ἰερμουχάν*] legit auctor anno 25 *Ἰερμοχθᾶν*, ac Syriae fluvium esse commonstrat. Goar.

p. 738 v. 1. *ecclesiae persecutor*] is fuit Constans Heraclii nepos. Xyl.

p. 751 v. 7. *stipendium*] *ῥόγαν* est in textu: sed ex Choniata didici hoc esse quod Graeci *μισθόν* dicunt. ac multo clarius ex nostro in Leone Iconomacho sub finem, ubi verbum est *ῥογεύεσθαι*. et non procul a fine Nicephori *ἀπὸ γενικῶν* Saraceni stipendia militum intercipiunt, centenariorum 13 rogam. ac in Constantino Leonis F *ῥόγα* exponitur *συνήθης διανομὴ τῶν στρατευμάτων*. et in fine Romani Argyri *ῥόγας συγκλητικῶν* refertur *διανομή*. denique Suidas etiam *ῥόγαν* interpretatur *βασιλέων εὐσέβειαν καὶ φιλοτιμίαν*. paulo ante *συγχάρια* conieci *παρὰ τὸ συγχαίρειν* dicta, *glückwünschung*, munera gratulatoria. Xyl.

p. 754 v. 8. *annos* 12] idem est apud Zonaram in Constante Heraclii N. in Chronologia Nicephori archiepiscopi Cpolitani legitur anni 2 d. 26. eam Graecam ipse non vidi: Latine edita est, versa a Germaniae eximio ornamento et bonarum literarum columine Camerario, quem honoris causa nomino. Xyl.

p. 755 v. 15. *Colassenses*] errorem sequitur a geographicarum rerum et nominum ignoratione propagatum, de quo alias. et Colassenses paulo post, ubi de Paulicianorum haeresi dicit, cum Asianis numerantur. Xyl. non Rhodii modo, sed et Choniatae Phrygii, qui et Passalenses, sunt Colossenses; quod annotasse debuerat Xylander, ne impingeret. Goar.

p. 756 v. 12. *buccinatoris*] *βουκηνάτωρος*: non enim putavi esse proprium. res non magna. Xyl. *βύκινον* aut *βούκινον* *buccina* est, corneum et recurvum instrumentum, vento in bellis inflandum. differt a *tuba*, quae minor est, et Leonis Const. 7 dicitur *μικρὸν βούκινον*: *buccina* vero iuxta Nicetam in Manuele Comneno *ἐπιμήκης αὐλών* est, ac ideo *μακρὸν ὡσεὶ βούκινα* scripsit l. 6. hinc *σάλπιγγα* sive *τοῦβαν* a *buccina* saepius distinctam legas, quamvis Leo citatus etiam hanc cum illa confundat, cum ait signum fieri *τῇ τούβᾳ, ἣν νῦν λέγουσι βούκινον*. Goar.

p. 757 v. 16. *Simeonem nomine*] locus est mutilus, et ut ex sequentibus liquet, sic legendum: Simeonem nomine, sed qui se Titum nuncupari vellet. post hunc Genesium, qui tamen se Timotheum etc. Xyl.

p. 761 v. 6. *alibi*] credo eum innuere librum aliquem theologicum a se conscriptum; qui fortassis non magna cum rerum iactura intercidit. quid si fuit *δογματικὴ πανοπλία*, armatura (puto) contra pravas opiniones de rebus sacris, quae supra, ubi de Mahometi deli-

riis narrat, in margine citatur, ita quidem, ut plura iis quae ibi referantur in illa sis inventurus. Xyl.

p. 761 v. 15. *communicant*] accedunt ad mensam dominicam. Xyl.

ib. v. 20. *Slavinos*] supra in Iustiniani anno 31 Sthlavini scribuntur, et deinde aliquoties. Xyl.

p. 764 v. 6. *Πωγωνάτος*] a promissa barba, quam e Sicilia redux Cpolitanis ostentavit, cum ex urbe digressuro primo lanugo circa genas exoriretur. Goar.

ib. v. 13. *ἐφούλκισεν*] *furca suspendioque damnavit*, mutato ϱ in λ pro *ἐφούϱκισεν*: non in suburbio, ut Xylander, verum ut Strabo l. 7, *ἐπὶ τὸν ὑπὸ τῇ συκῇ καλούμενον λιμένα, in Syces portu*, qui nunc Galatae. Goar.

ib. v. 22. *ἀπὸ Ἑβδόμου μέχϱι τοῦ Κυκλοβίου*] septem itaque milibus passuum, ab Hebdomo qui est septimus ab urbe lapis, ad Cyclobium portus CP locum, extendebatur navium Saracenicarum ordo. Goar.

p. 765 v. 2. *τοῦ βϱαχιολίου τῆς χϱυσῆς*] est Aurea porta versus Blachernas in imo sinu *τοῦ κέϱατος*, sinus CP. *βϱαχιόλιον* est *flexus* ipsius sinus, *Κυκλόβιον* eiusdem sinus fauces, sive CP extrema pars versus Hellespontum. Goar.

ib. v. 8. *ad Sylaeum traiiceret*] *ἐκποϱίζων*. Zonaras *γενομένου τοῦ στόλου κατὰ τὸ Σύλαιον*. verbum *ἐκποϱίζειν* hoc modo usurpatum alibi non observavi. pro Sylaeo Melanchthon Maleam habet. Xyl. Sylaeum secundae Pamphyliae urbs. Goar.

p. 766 v. 6. *milia decem*] Zonaras habet tria. notae numerorum ι′ pro Γ′ affines habent figuras. servos quoque habet tantum 8. Xyl.

p. 767 v. 1. *gubernabat*] verbum in Graeco deficit, *τῆς δὲ διοικήσεως Ἀλεξανδϱείας Πέτϱος μοναχός*. et vero Zonaras diserte scribit Alexandream tunc archiepiscopo caruisse, a Saracenis, ut et Hierosolyma, occupatam. sed in actis huius synodi, quae et citantur Centuria historiae Ecclesiasticae novae septima, exstat Petrum presbyterum et monachum locum tenuisse archiepiscopi Alexandrini. Xyl.

ib. v. 9. *Polychronius*] nomen proprium monachi, qui mentitus visionem divinam, haeresim suam ut defenderet, mortuum sese in vitam revocaturum scheda suae professionis imposita iactavit; et cum ad rem ventum esset, turpiter sese dedit, neque tamen ab errore destitit. Acta Synodi. Xyl.

p. 770 v. 10. *πάλματα* quid sint, nescio. et post *συνέβη* deest aliquid. Xyl. *πάλματα salebrae, scopulorum asperitas.* Goar.

p. 771 v. 4. *τούτῳ τῷ ἔτει*, nota numeri omissa. sed actum hoc fuisse primo anno, ex sequentibus liquet. ceterum Abimelechus hic Arabum fuit princeps, Maniae successor. Xyl.

ib. v. 5. Mardaitae sunt a lege Saracenica apostatae, ipsis

Saracenis infensissimi. nominis cum Hebraeorum Maranis communis est radix. Leunclavius. GOAR.

p. 771 v. 7. *Arabes Romanis*] hoc in Graeco mutilum est. sed ex Zonara complevi. XYL.

ib. v. 19. *χάλκειον τεῖχος*] Mardaitarum agmen, quo velut aeneo muro obiecto Saracenorum irruptiones reprimebantur. GOAR.

ib. v. 21. *equestres exercitus*] καβαλλαρικὰ θέματα. sic Blondus et Diaconus. XYL.

p. 772 v. 3. quandoque *obsequium*, frequentius *provinciam* et *agmen* militum refert vox ὀψίκιον. *legionem* significat, ubi, tum apud auctorem tum Theophanem, τοὺς τοῦ Ὀψικίου, κόμητα Ὀψικίου et similia leges. provinciam Asiae, Bithyniam nimirum, designat in Leone Philosopho: ἠγάγετο δὲ κόρην ἐκ τοῦ Ὀψικίου. in Romano Lecapeno: περιενόστει τὸ Ὀψίκιον. in Zoe: ἐν τοῖς τοῦ Ὀψικίου κτήμασιν αὐτοῦ. GOAR.

ib. v. 5. *κλεισούρας*] Suidas κλεισοῦραι: οὕτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. clusas vocant Francorum annales. loci quoque praefectura κλεισοῦρα est. Constantinus de Admin. Imp.: καὶ ἐγένετο κλεισοῦρα. praefectus ipse κλεισουριάρχης. GOAR.

ib. v. 10. *Cyprinam insulam*, τὴν Κυπρίνων νῆσον. haud scio an Cyprum. XYL.

ib. v 17. *Σεβαστοπόλει*] Ponti Cappadocii urbe, de qua Ptolemaeus 5 6. GOAR.

ib. v. 23. *conto*] φλαμουλίου. Zonaras δόρατι. apud Nicetam significat σημαίαν. hastile ergo vexilli fuit, et pro signo militari foederis literas Arabes gestarunt. XYL. φλαμουλίου] in ipso conto, unde *flamula*, praeliantium *signum* sive *vexillum* dependebat. de *flamula* plurima Rigaltius. GOAR.

p. 773 v. 2. *pharetram*] κούκουρον. apud Nicetam hoc pro γωρυτός positum est. inde nostrum Teutonicum *köcher;* aut potius hoc a nostro desumptum. XYL.

ib. v. 8. *Sabbatius*] Sabbis patricius, et Cerasa est apud Diaconum. XYL.

ib. v. 17. ἐξουσιαστήν] qui infra in Basilio et Constantino Romani FF dicetur Ἐπείκτης: qui praeest operis, et eas urget. GOAR.

ib. v. 21. *loris*] δι' ἀβηνῶν. habenis puto. apud Suidam est μάστιγας αὐτῇ ἐν ὀχήματι ὡς οἱ γραμματισταὶ παισὶν ἐπιθέμενος. XYL. *scuticis,* quales sunt equorum *habenae.* Meursius de illis docte verbo ἀβίναι vel ἀβῆναι. GOAR.

ibid. monachus] ἀββᾶς. sic et supra de monacho qui Mahometis Gabrielum suo testimonio comprobavit. et alias etiam. de generali logotheta supra annot. 1. XYL.

p. 774 v. 4. Phialam puto dicere eum, quod alias est amphitheatrum, in quo sedens populus ludos spectaret. Suidas non videtur abludere in ἀμφίθετος φιάλη. Diacon. l. 19 ait phialam ideo

exstructam, ut ibi populus imperatorem exciperet; quod huic sententiae non repugnat. nam σαξιμοδέξιον quid sit, sciunt (opinor) barbari. Xyl. πλησίον δὲ τοῦ παλατίου] ex regiae CP descriptione, penetrata obvii primum muri porta, amplissimum atrium fidelissimo satellitio munitum popularibus turbis pervium et concessum occurrisse liquet. ibi Venetae parti, cui propensius affecti erant imperatores ob rebelliones a Prasina ceu potentiore saepius excitatas, Iustinianus hic sedes lapideas, quibus sese redeuntem vel egressurum faustis acclamationibus exceptura consisteret, exstruere moliebatur. vicini nihilominus templi religione deterritus, ne se populi querelis obiiceret, patriarchae Callinici vota coeptis auxiliari expetiit. ille non deiiciendis sed dedicandis templis cum preces ab ecclesia statutas primo respondisset, mox imperatoris auctoritate victus, vim factam et assensum violenter extortum novo dei praeconio adinvento manifestavit apertius. βάθρα porro τῶν Βενέτων *lapideae sedes* erant *Venetae factioni parandae,* et ut loquitur Paulus Diaconus, *bases populi construendae, ut illic imperatorem susciperent.* nam et ibidem vel iuxta constitisse Prasinos, colligo ex Leone Grammatico in Theophilo scribente, τὰς ἀναβάθρας ἔνθα οἱ δῆμοι ἵστανται. alium nihilo secius locum a Prasinis Venetos delegisse Simocatta, ubi de coronatione Leontiae Phocae tyranni uxoris, scribit 8 2. Goar.

p. 774 v. 4. τὴν φιάλην] machina, qua e statuis marmoreis, metallicis fistulis vel apertis tubis profunditur, spargitur, in altum evibratur, ac tum oculorum cupidine satiata ad concurrentis populi sublevandam sitim et exstinguendos ardores servatur et ultro liberaliter aqua exhibetur, φιάλη est, quasi *phiala,* lymphis exhibendis vas idoneum. huiusmodi phialis aedes publicae, templa, nec non palatia semper abundare exquisiverunt; de quibus Euchologica et doctissimus Allatius. Goar.

ib. v. 5. τελεῖσθαι ἐκεῖ τὸ σαξιμοδέξιμον] at qui celebrabatur istud σαξιμοδέξιμον, ut perficiendo locus ecclesiae foret necessarius? vocabulum obscurum et difficile paucis enodat Leo Grammaticus in Theophilo. φιάλην (forsan φιάλιν) ἐν ᾧ γίνεται τὸ σαξιμοδέξιμον λεγόμενον, τῶν ἵππων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν διερχομένων μετὰ χρυσῶν σαγισμάτων. partes itaque in Circo decertaturae, vel praecedentem imperatorem (facta toties in historicis decantata προελεύσει sive προόδῳ, hoc est cum solemni pompa, processu) comitaturae in Saximodeximo tectos aureis stragulis equos ostentabant, et eo digressae capessebant viam. locus forsan ita dictus, quod esset εἴσαξις δήμων δεξομένων, *partium populi imperatorem excepturarum introductio.* Goar.

ib. v. 12. εἰς τὸ Πετρὶν ἐκκλησίαν] ad destructam compensandam. Πετρίον saepius in hoc opere nuncupatur. Goar.

ib. v. 19. στρατηγὸς τῶν ἀνατολικῶν comes Orientis est, de quo Notitia Imperii, στρατηγὸς τῆς Ἑλλάδος proconsul Achaiae

est sive Graeciae, Illyrici praefecto quondam subiectus. Notitia Imperii, et in eam Pancirollus c. 103. Goar.

p. 775 v. 4. *Callistratici*] meminit Zonaras in Philip. Xyl.

ib. v. 10. *suis armatis*] μετὰ ἁρμάτων. non video quam huc commodi fuerint currus. forte ἅρμων, ut multa Latine. sed et infra in Monomacho in Catalini Patzinacae historia ἅρματα pro armis diserte ponuntur, neque id semel. Xyl.

ib. v. 19. λουτῆρα] *baptisterium* magnae ecclesiae, alias λουτρόν, κολυμβήθρα, βαπτιστήρ dictum. Goar.

ib. v. 21. *refodiantur*] ἀνασκαφῇ. obscurum quid sibi hoc velit. ego tamen arbitror his verbis significari Iustiniano huic Rhinotmeto abrogari imperium, neque volui mutare quicquam, tametsi prope constet mendum subesse, et non satis pateat quid sit viventis ossa refodi. certe sic infra est in eodem iterum imperante, bisque positum, ἀνέσκαψαν τὸν Ἰουστινιανόν, abrogarunt ei imperium. quod credo factum ita esse, ut statuae imperatori positae simul everterentur. idem est in Artem. et in Calaphate. et hic paulo post nomen ἀνασκαφῆς ponitur pro abrogatione imperii. Xyl.

p. 776 v. 3. *ad Bovem*] βουνόν pro βοῦν mendose habet codex, quod vel ex Zonara liquet. meminit huius fori saepe supra etiam noster. vide Zonar. in fine Phocae. Xyl. *Βουνόν Montem*, locum Cpolis ita vocatum. Vaurum scribit Paulus Diaconus, Xylander *Bovem*, sed ignare: quamvis βουνόν in neutro modernis *carnem bubulam* sonet. Goar.

ib. v. 9. *Alidis*] Ἀλιδί. Diaconus Senalidus. et pro Ῥώμην haud dubie legendum Ῥωμανίαν, vel saltem hoc per illud intelligendum, ut post in Apsimaro. pro πατριάρχης πατρίκιος ex eodem scribe. Xyl. *Λαζικῆς*] Colchidis regionis. Goar.

ib. v. 16. ταξατίωνα καταλιπών quid sit, nondum didici. Xyl. *taxationem* Iureconsulti interpretantur: sed alia est hic vocis interpretatio, inquit Meursius. certe, subdit ille, Xylander non satis bene *legatum:* debuerat potius *praesidium* ponere, tuendo nimirum ipsi Ioanni concessum ταξατίωνα ἴδιον. sic apud Const. de Admin. Imp. κρατοῦντος τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐπεστράτευσαν οἱ Ἄραβες τῇ Ἀφρικῇ, καὶ ταύτην παρέλαβον, καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου στρατοῦ ταξατίωνα ἐν ταύτῃ κατέστησαν. Goar.

ib. v. 17. *protosymbulus*] apud Zonaram protososymbulus legitur, vitiose puto. Xyl.

ib. v. 19. φοσσατικῶς ἀπληκεύει] interpretor: *iuxta militiae leges exercitum viresque omnes admovet.* Goar.

ib. v. 21. drungarius est tribunus militum, ut ex Aeliano et libello de Officiis Palatii Wolfius annotavit. vide Turnebum etiam, 24 25 Advers. Cibyratae in Cilicia sunt. Xyl. δρουγγάριον τῶν Κιβυρραιωτῶν] erant in exercitu Romanorum navales turmae sicut et terrestres, proprio provinciarum nomine dictae. nominatissima fuit Cibyrraeotarum a Cibyrra sive Cibyra Cariae urbe magna Straboni

l. 13 vocata, cui praefectus δρουγγάριος dictus imperabat. δροῦγγος autem totius classis erat pars tertia vel quarta, δρουγγάριος huiusmodi *militum globi* ductor. hinc sicut δροῦγγος scribit Mauricius l. 1 Strategicorum μέρος ἐστί, τὸ ἐκ τριῶν μερῶν συγκειμένων ἄθροισμα, drungarios totidem fuisse sequitur. Leo in Naumachicis οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλώϊμοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντο ποτὲ τοῖς ἄνω χρόνοις. Theophanes στόλον τῶν Κιβυρραιωτῶν memorat in Copronymo. Goar.

p. 777 v. 2. ἐν Συκαῖς] in loco *Galata* nunc dicto, de quo Stephanus. *Sycae*, inquit, *est civitas e regione novae Romae.* idem habet Socrates 2 30. Goar.

ib. v. 6. μονοστράτηγον] hic drungario opponitur, qui solus aciei imperat. Goar.

ibid. *pedestribus equestribusque*] τῶν ἐξωκαβαλλαρικῶν. ex Zonara videtur legendum, quod secutus sum, τῶν πεζῶν καὶ καβαλλ. Xyl.

ib. v. 22. *Abdelas*] legitur et Ἀβδερᾶς. sed illud praetuli, cum Diaconus hunc vocet Habdallam Saracenorum ducem, l. 20. sed quod ibi legitur Tarentum obsedisse, perspicue est mendosum, legendumque, ut noster recte habet, et apud hunc et apud alios Antaradum, quae insula est inter Cyprum sita et Syriam. sed et reliqua noster plenius, utiliter cum aliis comparandus. Xyl.

p. 778 v. 23. Chazari populi sunt iuxta Danubium et Patzinacas, quorum princeps *chaganus* et *pech* appellatur. Constantinus de admin. Imp. c. 42: ὁ γὰρ χαγάνος ἐκεῖνος καὶ πὲχ Χαζαρίας. Goar.

p. 779 v. 2. *Phanagoraeam*] φαγουρίαν male legitur, et melior lectio supra scripta est. urbs est ad Bosporum Cimmerium. Xyl.

p. 780 v. 11. Ἀπολλωνιάδα] urbem in Parnasso iuxta Delphos. Stephanus. Goar.

ib. v. 20. ἐν τῷ τείχει ἐφούλκισεν] apud Zonaram ἐν ξύλοις παρὰ τοῦ τείχεσιν ἀπηώρησε. quo ex loco coniicere datur, φουλκίζειν esse in crucem agere aut in furcam: id est, quod de ligno suspendere, *hencken*. Xyl.

p. 781 v. 1. βάϊα esse ramos, vel ex D. Ioan. evang. c. 12 notum est. puto significari primam partem ludorum, et ad singulas decursiones certantium signum ramo datum fuisse. Xyl. finis et dimissio cuiuscunque operis, et maxime celebritatis ἀπόλυσις est: βαΐον autem hic *laurea* est, victori certaminis data. *ad completum* igitur *primum usque certamen* Leontii et Apsimari colla pedibus calcabat Iustinianus. indignum porro, qui purpuram tulerant, tulerunt deinde supplicium in Circo, in quo non adeo dilata ignominia, necdum editis spectaculis, multatos quondam servos legimus apud Livium l, 2: *servum quidam paterfamilias, nondum commisso spectaculo, sub furca caesum medio egerat Circo.* apud Cicero-

nem de divin. 1: *servus per Circum cum virgis caederetur.* apud Lactantium 1 7: *Autronius Maximus diverberatum servum sub furca medio Circo ad supplicium egerat.* ad βαΐον redeo. Lexicon anonymum bibl. Regiae vocabulum πριβήϊον exponit τὸ ὑπὲρ τιμῆς διδόμενον *quod honoris causa datur* βραβεῖον. sane πρῶτον βαΐον non longe ab eo distat. Goar.

p. 782 v. 10. *addita custodia*] φαμιλικῶς. cum famulis, puto. sic et Cuspin. f. 199. σοῦβλαι forte sunt sublicae. Xyl. σούβλας *verva* vel *palos* aptius quam *sublicas* interpretabere. Hesychius quasi scholiastes: σκόλοψιν ὡς ὄπτησιν· τοὺς γὰρ παλαιοὺς κακουργοῦντας ἀνεσκολόπιζον ὀξύνοντες ξύλον διὰ ῥάχεως καὶ τοῦ νώτου, καθάπερ τοὺς ὀπτωμένους ἰχθῦς ἐπὶ ὀβελίσκων. Goar.

ib. v. 22. *primores eorum*] valde dubito de huius loci sententia. κεφαλάς capitaneos, ut loquitur, intellexi. Xyl.

p. 783 v. 20. *Δαματρύα*] Bithyniae urbem; de qua iterum auctor in Monomacho p. 643. Goar.

p. 784 v. 4. παραπορτίῳ] παραπύλιον scripsit auctor p. 143, *posticum* videlicet, sive *minorem* ad maioris alterius latus *portam*. sic παρεκκλήσιον est *minor ecclesia* sive *capella* ad maiorem sita, παραλαύριον *minus monasterium* iuxta maius, et ab eo dependens. Goar.

p. 785 v. 6. *duce Philea*] διὰ τοῦ Φιλέα. aut per Phileam, ut loci sit nomen: nihil enim habeo certum. certe Suidas loci meminit hoc nomine: ubi autem locorum sit non habetur. Xyl. τοῦ Φιλέα] locum, non hominem hic interpretari ipsa dictionis constructio postulat: est autem ad latus urbis regiae oppidum, inter ipsam et Ponti Euxini fauces medium. Goar.

ib. v. 14. neque satis scio quid armatorium sit, an ab armis, an ab ἅρμα. laeve scriptum reperi. Xyl. *oratorium Prasinorum* scribit Paulus Diaconus. aptius ὀρνατούριον Theophanes, locum videlicet in Circo, quo vestibus et armis Prasini decertaturi se adornabant. ἁρματώριον a sumendis ibidem armis vocat Cedrenus. Goar.

ib. v. 17. *princeps secretariorum*] ὁ πρωτοασηκρῆτις. Xyl. πρωτοασηκρῆτις] Paulus Diaconus interpretatur *primum a secretis*. Codinus in Orig. Cpolit. ἐπιστολογράφον *amanuensem* institutum refert. idem rursum ei Iuris dicendi potestatem supremam assignat de Off. c. 5. τὸ τοῦ πρωτασηκρῆτις (sic enim scribit) ὑπηρέτημα δῆλον καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος· πρῶτος γὰρ τῶν σεκρέτων λέγεται (alia lectio apud Meursium habet τῶν κριτῶν). ἔστι δὲ ὅτε συγκρίνουσι μετ' αὐτοῦ βασιλικῷ ὁρισμῷ καὶ ἕτεροι ἐντιμότεροι τούτου. Goar.

ib. v. 18. *haeretico*] αἱρετικός. lego genitivo casu αἱρετικοῦ: nam Zonaras satis ostendit pium fuisse, et alii. Xyl.

p. 786 v. 7. κοιτατώριον *tabella* e qua pontificis institutio a consecrante legitur. Euchologium. Goar.

p. 786 v. 8. *ἡ θεία χάρις etc*] verba quae instituendo, eadem in aliam sedem transferendo pontifici apud Graecos deserviunt. ibidem. Goar.

ib. v. 13. *in Phoeniciam*] sic Zonaras. noster εἰς τὴν Φοίνικα. Xyl.

p. 787 v. 7. *τῶν ἀνατολικῶν στρατηγός*] nuper στρατηγὸς εἰς τὰ καβαλλαρικά dictus, primo σπαθάριος· ὅ σωματοφύλαξ ἐστίν. Goar.

ib. v. 19. *ὑπηρεσίᾳ*] Zonaras ἀποσκευῇ. Goar.

ib. v. 22. *auri scriptor*] ad verbum haec obscura. Zonaras quidem vectigalium publicorum exactorem ante imperium fuisse ait. sed hic credo aliud notari. Xyl.

p. 789 v. 11. *spatharius*] hic non armigerum, sed dignitatem aliam ordinemque militarem, significari apparet. nam et protospathariorum exstat mentio saepe iterata, et Sergius, qui contra Leonem Isaurum in Sicilia seditionem movit, protospatharius dicitur infra. et in Michaelo Balbo duo protospatharii sunt, Photinus ac Damianus, aliique alibi. Ameras seu Amerades videntur dici, quos Vuaschas nunc usurpant, praefecti. Xyl.

p. 790 v. 1. *imperatorem faustis*] locus obscurus. ex Pauli Diaconi l. 21 colligitur quid sibi velit. is enim scribit Aegyptias classes cum frumento transfugisse Cpolin. videtur aliquid deesse. Xyl.

ibid. *ἀπὸ τῆς Ἱερείας μέχρι τῆς πόλεως*] a Propontidos supra urbem faucibus, Ἱερόν Straboni l. 7 et ἱερὸν στόμα dictis, sex miliarium spatio ad ipsam usque urbem. Goar.

ib. v. 23. *πρωτοσπαθάριος*] Codinus de Off. Curiae Const. c. 5: τὸ παλαιὸν πρῶτος τῶν σπαθαρίων παραμονῶν. ensem imperatori accingebat. Goar.

p. 791 v. 3. *Ὀνομαγούλου*] *asini genam habentis.* ita vulgaris fert dictio. Goar.

ib. v. 4. *magistratus et praefectos*] προβολὰς καὶ ἄρχοντας. supra, sub finem Iustiniani, pro voce προβολάς suspicabar προπωλάς legendum. sed si ex hoc loco coniecturam sumere velimus, προβολάς a Cedreno pro magistratibus scriptum fuisse, locus ille fortassis ita fuerit accipiendus, ut intelligantur per tumultum non mancipia modo, sed et procerum res familiares direptionem passae. Xyl.

ib. v. 15. *apostrophos*] proprium alicuius promontorii aut litoris puto esse, ab avertendo vel reflectendo dictum. Xyl. non *montem aut promontorium,* sed *flexuosos et retortos sinus* haec indicat. Goar.

p. 792 v. 2. *μαγαρίζειν*] ex Paulo Diacono et quidem reipsa vocem hanc intellexi. Xyl.

ib. v. 4. *Caballinus*] quem alii Copronymum vocant a merda in baptisterium excreta. Xyl.

ib. v. 6. *τῷ τρικλίνῳ τοῦ Αὐγουστέως*] triclinium hoc, ubi

Mauricii et Constantinae nuptias refert celebratas, depingit Simocatta 10 1. *Αὐγουστάλιον* vocat Euchologium in coronatione imperatricis. GOAR.

p. 792 v. 7. *τὸν μέγαν βαπτιστῆρα*] respectu minoris. de utroque Euchologium. GOAR.

ib. v. 13. *susceperunt*] nempe ex baptismo. ordinum principes dixi *θεμάτων προύχοντας*, quia et infra *θέματα* Artabasdum pro Copronymo imperatorem creasse dicuntur. ponitur vox ea etiam pro exercitibus, ut duces intelligere liceat. XYL.

p. 793 v. 4. *ἐν τῷ τριβουναλίῳ*] interpres *pro tribunali*. errat vocis ad Latinam allusione male ductus. *tribunalium* enim palatium erat augustissimum. favet et Cedrenum explicat Himerius: *ἐν τῷ παλατίῳ τῷ τριβουναλίῳ Εὐδοκίας γυναικὸς Θεοδοσίου τοῦ ἐκγόνου Θεοδοσίου.* dicebatur idem novemdecim Accubitorum, de quo p. 307. GOAR.

p. 794 v. 8. *πρόοικον*] *domus regiae maiorem* apud Gregorium Turonensem, apud Paulum Aemilium *magistrum militum* dictum reperies; cui parem non officio sed nomine Graeci habuerunt *ῥαίκτωρα*. rectorem domus vocat Luitprandus c. ult. Hist. GOAR.

ibid. *torrens*] *ὁ χείμαρος*. vel sit proprium, Chimarus. torrentes autem sua exundatione non parvis aut male aedificatis pagis, sed urbibus quoque minime contemnendis magnas clades inferre vel Basilea docere potest. *δογματικήν* papae epistolam ad verbum decretalem verti. XYL.

p. 795 v. 20. Oecumenicum magistrum dictum puto, quasi cuius doctrina totus terrarum orbis illustraretur, aut cuius per omnem Christianitatem vigeret auctoritas. XYL.

p. 796 v. 18. *στράτωρ*] *ἱπποκόμος*, *qui equorum curam gerit*, equiso. GOAR.

p. 797 v. 1. *tormenti lapide*] *ἐκ τοῦ μαγγανικοῦ*. apparet machinam sic vocare, quae magnum lapidem funibus contenta torqueret. mangonem vocat Paulus Diaconus l. 21, prope ad verbum hoc, ut pleraque, referens. XYL.

p. 798 v. 10. *seditiosum*] *φατριαστήν*. *φατριάν* esse aliquid tribus aut curiae simile, cum aliunde tum ex Suida apparet. ego secutus sum coniecturam. XYL.

ib. v. 12. *σύγκελλον*] Xylandri de syncello scripta suarum annotationum prima praesenti loco congruunt. presbyteris enim quibusdam in contubernii vitae familiaritatisque consortium a patriarcha receptis nonnunquam, eo vita functo, patriarchae dignitas deferebatur; ac processu temporis non officio, quod fingit Xylander, sed *syncelli concellaneive* honore et nomine patriarchae successor designatus, ornabatur. legendus hic auctor in Michaele Theophili filio, ubi de Ianne. attendenda quoque Theophanis verba: *ὁ Λέων ἔχων ἐν τούτῳ σύμμαχον καὶ συμμέτοχον Ἀναστάσιον μαθητὴν καὶ σύγκελλον αὐτοῦ, συνταξάμενος αὐτῷ, ὡς τῆς ἀσεβείας ὁμόφρονι, καὶ*

τοῦ θρόνου μοῖχον καὶ διάδοχον γενέσθαι. unde et Stephanus Basilii filius cum Photio educatus, et syncelli dignitate promotus, nullo discrimine in eius locum est subrogatus. auctor infra in Leone statim sub initio; nec non inferius, ubi Euthymium Nicolai quoque syncellum in patriarcham postmodum provectum narrat. ac denique disertis idem verbis hoc aliquando positum in more, ut syncellus esset qui deinde patriarcha, explicat in Constantino Monomacho p. 775. GOAR.

p. 798 v. 16. *Diippus* videtur fuisse appendix Circi. Zonaras habet *διίππιον.* apparet locum significari equestribus decursionibus destinatum. XYL. Circi stadium, quo bigae quadrigaeve excurrunt. *duppim* reddidit Paulus Diaconus: sed mendose. GOAR.

p. 799 v. 1. *θηριομαχῶν*] alludit ad id quod Paulus de se commemorat, 2 Corinth. 11. XYL. ad Leonis ferocis imperatoris nomen, non ad Pauli verba, ut scripturit Xylander, auctor alludit. GOAR.

ib. v. 4. *Διάλογος ἐκλήθη*] ab auctoris sententia recedunt nonnulli, qui Gregorium magnum, nominis huius primum, *Διάλογον* ob scriptos ab eo dialogos vocitatum scribunt. GOAR.

ib. v. 10. *Chrysorroas*] auro fluens, hoc est aureum orationis flumen fundens; quam laudem Aristoteli tribuit Cicero. Diaconus Chrysaoram minus apte videtur vocare, aureo ense armatum: tametsi ob acrem idolorum defensionem videri queat hoc titulo cohonestatus. Lentrabus autem quid Graecis significet, non magis video quam quid Manzur. de quo aliquid poterat coniici, si *λέντραβος* Graecum esset. Manzer fortasse est Mamser ממזר, quod et in sacris literis et in Aramaea lingua spurium significat; atque ea vox est in Hispano idiomate retenta. Mansuris filium credo dici. in actis Cpolitanae synodi est fuisse Manzurem ignominiae causa a patribus ibi dictum. XYL. Paulus Diaconus: *et pro Mansur, quod eius avitum nomen est, quodque redemptus interpretatur, sensu Iudaico, novumque ecclesiae magistrum, Manseron* (spurium expone) *mutato nomine vocitabat.* Chrysorroas sacris viris dicitur, de nomine fluvii Damascum patriam praeterfluentis. GOAR.

ib. v. 12. *μελῳδός hymnorum ecclesiasticorum auctor* apud Graecos. GOAR.

ib. v. 14. *τῶν γραπτῶν* proprium putavi; et Graptensem episcopum feci, valde dubius. sed res non magna. XYL. nil magnum equidem et momento dignum Xylandro errasse; et tituli *inscriptorum* vice, ob iambos utriusque fratris ab impio Theophilo frontibus inscriptos, Theodorum *Graptorum episcopum* pro ingenii captu instituisse. de dira illa inscriptione auctor in Theophilo. GOAR.

p. 801 v. 8. Hieracitae qui fuerint, nondum scio. novi ea tempestate in Italia *γυναιοιέρακας* fuisse. sed hi nihil huc. XYL. *τὸ Ἱερόν* fauces Propontidos, a quibus Hieracitae. GOAR.

ib. v. 13. *Ξηρολόφῳ*] columna est qualis Traiana vel Antoniniana Romae, ex uno solo lapide, ac ideo incolis *μονόπετρα* vocata,

e cuius radicibus gradus cochlearis per medium ad eius summa ascendit. Ξηρολόφος quasi *moles arida* vocatur. pluribus de illa Suidas et Codinus in Orig. CP. Goar.

p. 801 v. 18. διαλαλεῖν non est *cives alloqui*, verum *edictum promulgare, voce praeconis iubere.* Goar.

ib. v. 19. *Quaestoribus nostris*] qui a singulis ordinibus tributum exigerent. κάνονος vox hodieque pro constituta pecunia usurpatur vulgo, quae annua solvatur. Xyl. *tributum* capitatim edicto posito *pendendum.* Goar.

t. II p. 3 v. 10. *ne quis*] hunc locum ex Suida restitui. Xyl.

t. II p. 4 v. 5. *parce nobis domine*] Cedreni immanem blasphemiam abominantis verba. sed in margine adscriptum est: ἐὰν δέ τις μύρον πολύτιμον εἰς ἀλάβαστρον ἐμβάλῃ, χοιρωδέστατε, εἶτα κενώσῃ αὐτό, οὐ πάλιν ἡ εὐωδία τοῦ μύρου τῷ ἀγγείῳ προσμένει; Xyl.

ib. v. 14. quid sit παρίππιον, non satis novi. credo fuisse rhedam aut vehiculum cursui idoneum, quod unus aliquis eques comitaretur. quid si veredus ita appellatur? Xyl. Pancirolus de cursu publico: *concessa evectione unus aut alter equus permitti censebatur: cum vero tertius veredus indulgebatur, parhippus aut paraveredus dicebatur.* est itaque parippus cursus publici equus. Goar.

t. II p. 5 v. 10. *Theopolis*] hoc est cognomentum magnae Antiocheae et apud nostrum et apud alios. Xyl. cur Antiochia Θεούπολις, scripsit auctor anno Iustiniani 2. Goar.

ib. v. 16. *signum in caelo*] nimirum crucis, qualis magno Constantino apparuerat. Xyl.

ibid. *Validus*] οὐαλίδ. Hali hic vocatur a Diacono l. 22 et aliis, princeps Saracenorum. et Izidus Gizid. qui aliquanto post Βάκταγμος legitur, is Βακτάγγιος est apud Zonaram. Xyl.

t. II p. 6 v. 12. Chrysopolis urbs Asiae trans Propontidem, e regione Cpoleos, *Scutaret* nunc Turcis dicta, perperam a quibusdam cum Chalcedone confunditur. Goar.

t. II p. 7 v. 12. Γερμανίκειαν Syriae urbem. Ptolem. Goar.

ib. v. 13. Δουλιχία altera Syriae urbs est, Doliche Ptolemaeo dicta. Goar.

t. II p. 8 v. 3. ἐπίπλοις *peplis et velis sacris.* Simeon Thessal. de templo ἱερὸν ἔπιπλον τῆς ἁγίας τραπέζης vocat altaris indumentum, id est *mappam.* Goar.

t. II p. 9 v. 7. *Chrysaronitae*] Chorosanitas Diaconus vocat l. 22, populum orientalis Persidis. Xyl.

t. II p. 10 v. 12. *praeceptorem*] Germanum puto, cuius fuit syncellus. Xyl.

ib. v. 15. *palatio Syriae*] locus fuit haud dubie Cpoli. acta huius concilii, quod 7 Cpolitanum dicitur, palatio Hieriae legunt. Xyl.

t. II p. 11 v. 7. *ἀποκρισιάριον*] Latinis quoque vox haec familiaris pro legato, placita responsave hinc inde ferente. Goar.

t. II p. 12 v. 2. *Zicchia*] apparet fluvii nomen esse *ζικχίας*. et multo hoc emendatius legi puto quam Lyciam in Diacono hanc ipsam historiam totidem prope verbis referente l. 22. ceterum ex hoc loco lector in permultorum propriorum nominum notitiam pervenire potest, quibus loca Cpoli vicina notantur, et quae in his historiis passim occurrunt. idem pro Cupha habet Euphram. Danastris et Danapris mentio supra facta est in Rhinotmeto: non procul Euxino Ponto fuisse inde liquet. Masiam ex Diacono vicissim sumpsi, cum meus habeat Mediam, *Μηδίας*. Xyl.

ib. v. 12. *Galata* urbs nominatissima ex adverso portus CP, ex cuius parte erant palatia Sophiana, et ab iis gelu mari compacto, sicut ex opposita Asiae Chrysopoli, transitus facilis erat, usque ad D. Mamantis in CP intimo cornu situm. Goar.

ib. v. 14. *σκάλα climacem* quidem et gradus quoscunque nonnunquam significat: hic autem a scalae sensu deturbanda est dictio, et navali seu ei portus loco ad quem e navibus merces efferuntur et descendunt nautae affigenda. *ὅρμον* proprie vocat Moschopulus, *τὸ μέρος τοῦ λιμένος, εἰς ὃ ἑλκόμεναι αἱ νῆες δέδενται, ὃ οἱ κοινοὶ σκάλαν λέγουσι.* de scalis maritimis CP pluribus Pancirollus opusc. de 14 urbis eiusdem regionibus. Goar.

t. II p. 13 v. 11. *Tumtzam*] Zitas habet Diaconus, et haec paulo fusius refert. ubi quod legitur *misso igne in cohortes,* mendum est: quid enim sit ignem cohortibus iniicere? potest autem corrigi, si pro cohortibus legas *cortes:* nam noster *αὐλάς* vocat, nos tuguria. Stephanum monachum *νέον* vocat, quod epithetum apud alios abest. Xyl.

t. II p. 14 v. 1. *στεφανίτην*] hoc quid sit, nescio. Xyl. hoc est, *nuntio monachali vitae remisso uxorem ducere suasit.* abhorruerunt Theophanes, Paulus Diaconus, auctor et alii a tam foedo scelere palam evulgando, nec nisi metaphora, coniugiisque honestioribus insignibus velatum, edicere decreverunt. nam cum sine coronis sponsalia Graeci non celebrent, idem est apud eos *coronari* et *nuptias contrahere,* nuptiae siquidem ipsae *στεφάνωμα* vocantur; earumque et coronationis sponsorum ritum perspicuum videre est in recenti Euchologio. coronatus ergo pro monacho cum processit patriarcha, sponsaliorum iugo se subdere commonstravit, ieiuniorumque rigor simul illi relaxatus est, nec ulla fuit amplius voluptas a qua sibi duceret abstinendum. confirmat expositionem allatam tetrum imperatoris, de quo memorat auctor, facinus: nam et *monachorum habitum sive studium ignominiose traduxit, et publicae contumeliae in Circo exposuit, iubens unumquemque eorum manu ducentem mulierculam in medium prodire.* Lachonodraco impietatis aemulus ad eius nutum in provincia sibi demandata edixit, ut inferius

iacet, *qui mihi et imperatori vult obsequi, is ornatum saecularem induat hacque ipsa hora uxorem ducat.* GOAR.

t. II p. 14 v. 1. quod ad citharoedos attinet, alii habent, eos ut adhiberet suae mensae imperator permisisse patriarcham. sed quomodo ego verti, ita videntur postulare verba; et sententia est melior. non enim crediderim imperatoribus usu musices interdictum fuisse: sed monacho fidicines, ut luxuriam provocantes, scilicet non erant audiendi. XYL.

ibid. κρεῶν μεταλαμβάνειν] exanctorationis Cyrilli, nuper CP patriarchae, causa crimen e multis fuit unum, quod vetito carnium esu patriarchium ἐμαγάρισεν *inquinaverat.* GOAR.

ib. v. 9. *in custodiam dedisset*] ἀσφαλισάμενος ita converti. non dissimile illud Lucae Act. 16: τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. XYL.

ib. v. 17. *Pelagiae*] marem hunc facit Zonaras. XYL.

t. II p. 15 v. 6. *chelandiis*] Zonaras triremes habet, et apud Mesembriam naufragium passas scribit. XYL. navigium minus, inter scaphas et lintres a Paulo Diacono numeratum. *omnes naves,* ait in Iustiniano, *dromones videlicet, trieres, scaphas, chimaeras et lintres usque ad chelandia collegit.* GOAR.

ib. v. 17. Manetis haeretici nomen merito infame est; quod in hoc quasi omen fuisse perversitatis innuit Cedrenus tom. 3 fol. 96. Diaconus l. 21 Manetis Cybiorensium sub huius patre ducis meminit. XYL.

ib. v. 18. quid officii sit τὸ βουκκελλάριον, ignoro. et sane hic loci potius nomen videtur. et in Romano Argyro monasterium nominatur Mantineum, situm in Buccellario. et hiatus in Buccellariis terrae motum subsecutus in Michaele Paphlagone refertur. cum his confer quae habet Suidas, ac Turneb. 24 16 Advers. ubi Buccellarium officii nomen fuisse docetur. Buccellariorum praefecti mentio, praeter nostrum, est etiam apud Zonaram in Irena, tom. 3 f. 96. XYL. regionem vocabulum indigitare nullus negaverit. ea est Galatia et Gallograecia, iuxta Suidam: *Βουκελλάριοι οἱ Ἑλληνογαλάται, καὶ ἡ τῶν Βουκελλαρίων χώρα ἡ Γαλογραικία.* plura de Buccellariis erudite tractat Rigaltius, sed quae sensum allatum dictioni tribuendum non evertant. GOAR.

t. II p. 16 v. 18. quod de idolis in domo patriarchae sequitur, ad verbum reddidi. credo eum sustulisse gemmas (ψηφῖδας hoc intelligo) quibus ea fuerant ornata. XYL.

ib. v. 23. τοῦ πατριάρχου ποιήσαντος εὐχήν] nullum officium, nullam dignitatem oratione non praemissa suscipiunt Graeci: creando Caesari idonea, de qua hic sermo, habetur in Euchologio recens cuso versus finem. GOAR.

t. II p. 17 v. 1. quod de permutatione Syriaca refertur, ob brevitatem est obscurum. constat tamen Syris delectatum fuisse Co-

pronymum, ut fortassis quosdam ex Syria in Thraciam acciverit, aliis in eorum loca missis. Xyl.

t. II p. 17 v. 3. mutile interpres *coronata*, quam nuptiarum contrahendarum causa coronatam scribere debuisset, iterato siquidem coronis imperatrices ornabantur, semel ut tori, secundo ut imperii consortes. secundas coronas numeravit auctor plerisque locis: primas hic recenset, easdemque fusissime describit Simocatta 1 10. Goar.

ibid. in aede S. Stephani] vel potius corona sacra, *ἐν τῷ ἁγίῳ στεφάνῳ.* quae autem sit illa corona sacra, incertum. fuit quaedam a Mauricio dedicata, quam suo malo Leo huius filius sibi sumpsit, nescio an ea ad huiusmodi alioquin usus adhibita. Xyl. in Palatii Oratorio. Goar.

ib. v. 5. *Romanorum dicionem*] Ῥώμην. sic et alibi. Xyl.

ib. v. 10. *Berzetiam*] Diaconus habet Beritiam, et pro Lithosoraea Lithsoriam. apparet nostra esse emendatiora. idem pro Elericho habet Telericum. Xyl.

ib. v. 20. *τὴν γενειάδα*] adversa fortuna mulieres capillos, viri barbam etiam hodie sibi detrahunt Orientales. Goar.

ib. v. 22. *κατὰ τῶν σκελῶν ἀνθρακωθείς*] *bubones igniti extumuerunt et exarserunt in eius inguinibus.* ita proprie reddendus auctor, iuxta Theophanis scripta. Goar.

t. II p. 18 v. 6. *σώζου*] correctius reddo *vale* quam *incolumis esto.* Goar.

ib. v. 8. *τοῖς χαλκοπρατείοις*] ubi aerea quaeque supellex venum exponebatur. Goar.

ib. v. 16. Nobilissimorum titulo exornabantur qui Caesarem natu maiorem filium sequebantur. Dempsterus in antiquitatibus Romanis. Goar.

t. II p. 19 v. 2. *Tellerigus Longobardorum*] falsum esse hoc puto, et inculcatum a Bulgaro, de quo sequitur: longe alio enim loco tum fuit res Longobardica quam ut Byzantii opem implorarent. Xyl.

ib. v. 6. *μοναχοὺς προεβάλετο μητροπολίτας*] ab antiquo monachos in pontifices evehunt Graeci, alios rarissime. Goar.

ib. v. 19. primus inter palatinos sacerdotes erat papias, et custos palatii, cui tum ex religione tum ex auctoritate facile fuerat imperatrici sacras imagines subministrare. de papia commodius alibi. Goar.

ib. v. 20. primicerios istos ecclesiasticos autumo, non palatinos, quos religionis fideique sensus non ita proxime tangebat. de his Imperii Notitia, de illis Codinus c. 1 et Euchologium de Offic. ecclesiae CP. Lexicon anonymum bibl. Regiae *πριμμικήριον* uno verbo exponit *πρωτοταξώτην*, *ordinis cuiuslibet primum.* hi quos ecclesiasticos autumo, primi cantorum in choro recensebuntur. Goar.

t. II p. 22 v. 21. *indictione*] ita signum illud hic interpretor, de quo supra: nam Diaconus annum proximum, quo synodus Byzantii tentata fuit, indictionem novam videtur liquido vocare, l. 23. de armatis autem eam turbantibus locus est in nostro mutilus. Xyl.

t. II p. 23 v. 4. *catholica*] templum puto dici, in quod conveniretur ad synodum celebrandam. in templo Sophiae id factum acta eius docent. Xyl.

t. II p. 24 v. 21. *patris*] mallem matris. Atroa et Quaestoria quid loci sint, videndum. Xyl.

ib. v. 22. *rasos*] sic saepe loquitur. Xyl.

t. II p. 25 v. 11. εὐφημεῖσθαι] ut multos annos ei apprecarentur tum in popularibus tum in ecclesiasticis conventibus, ac nomen eius ubique cum filii imperatoris nomine celebraretur. Goar.

ib. v. 18. κόρτην cohortem esse ex aliis locis didici, ut in Nicephoro de Bardanio. credo ergo praetoriam hic aut aliam nobilem notari. Xyl. τὴν κόρτην] errat, ubi frequenter alludit interpres, et κόρτην putat esse *cohortem*. corrigit errorem Codinus de Offic. Cur. CP. scribens εἰς τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν, ἥτις κόρτη ὀνομάζεται. *tentorium* itaque, non *cohors* imperatoris est κόρτη. Goar.

t. II p. 26 v. 23. *quod decuit*] Zonaras habet Constantinum pro tributo stercus iumentorum Bulgaro misisse. Xyl.

t. II p. 27 v. 6. Προύσῃ] Asiae civitate non longe a Nicomedia. Goar.

ib. v. 14. *Porphyra* locus est in palatio puerperiis imperatorum, maxime Constantinorum, celebris; qui cognomen ab eo duxerunt, ut vocentur Porphyrogeniti. Xyl. unde porphyrogenitus. Luitprandus 1 2: *Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo quae Porphyra dicitur natum appello. Constantinus enim domum istam aedificari iussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suae sobolem istic in lucem prodire, quatenus qui suo ex stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.* haec ille rerum Graecarum in sua legatione testis oculatus. Goar.

t. II p. 28 v. 1. *Copronymi genus exstinctum*] nam Leo Constantini mortuus fuerat iam ante. Zonaras. Xyl.

ib. v. 11. τῆς δὲ Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ κομμέρκια] fauces Propontidos sunt infra, versus Aegaeum mare, Sestos et Abydos, supra, versus Pontum Euxinum, τὸ Ἱερόν, ex Thraciae parte. his in faucibus, ne Cpoli defraudetur, penditur vectigal, quod ab Eirene minutum auctor memorat. Goar.

ib. v. 20. *hanc unam culpam*] quasi vero atrocius hoc et magis nefarium atque impium excogitari quippiam potuerit. itaque non inepte librarius, *ταλάντα τε Κεδρηνέ, καὶ τί τούτου χεῖρον; ποῖον γὰρ θηρίον ἐπιβουλεύει τοῖς ἑαυτοῦ ἐγγόνοις;* stultissime, inquit, Cedrene, quid hoc ipso sit deterius? quae enim vel fera suo

insidiatur foetui? et rursus cum iuste hoc factum ait Cedrenus in secundis Michaelis Balbi nuptiis, annotavit: qui hoc iuste ais factum, saeve Cedrene? *πῶς λέγεις δικαίως, ἄγριε Κεδρηνέ;* idem ad Chrysaorii sententiam de eunuchis adscripsit: *εἴθε πάντες ἐποίουν κατὰ τὴν σὴν παραίνεσιν, Χρυσαόριε, εἰς τοὺς παμβεβήλους εὐνούχους.* id est: utinam, Chrysaori, omnes huic de tuo turpissimis eunuchis consilio paruissent. Stauracios oportuit esse duos, aut altero loco falsum esse nomen. Xyl.

t. II p. 31 v. 3. *in Principis*] *ἐν τῇ Πριγκήπῳ.* Zonaram secutus sum, tametsi noster crebro ita appellet. Xyl. *τῇ Πριγκίπῳ*] Propontidos insula infra Cpolim, in Astaceno sinu. Goar.

ib. v. 18. *ὀρθομαρμάρωσιν*] *arcus aedificii* semicirculum et antiquum *σίγμα* C refert, et iunctis inter se marmoribus construitur. *sub erectis marmoribus constructus murus* inconditum est Xylandri aedificium. Goar.

t. II p. 32 v. 22. *exercitus*] *θεμάτων*, quod provincias etiam alias designat. sed Zonaras scribit *ἑῷα τάγματα*, exercitus Orientis, eum creasse imperatorem. Xyl.

t. II p. 33 v. 3. pro *φοιβεράτων*, quod nihil (puto) significat, *φοιδεράτων* ex coniectura legi, quanquam rursus in Leone Armenio *φοιβεράτων* legatur. sed ibi Zonaras *φοιδεράτων* habet. Xyl.

ib. v. 4. *τοῦ κόμητος κόρτης*] qui *comes cortinariorum* a Codino dicitur: *ὑπηρετοῦσι δὲ οἱ κορτινάριοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν.* et iterum: *εἰσὶ καὶ κορτινάριοι ἔχοντες καὶ οὗτοι ἔνοχον, ὃς κόμης καλεῖται.* Goar.

ib. v. 9. *Catabolio*] si non proprium, portum aut stationem navium denotare videtur. Xyl. Ciliciae urbs est Anton. Goar.

ib. v. 13. *Πρώτῃ*] iuxta urbem, Propontidos insula. Goar.

ib. v. 18. *ἀποίητον*] ineptum, nullius pretii, *ungemacht oder ungeschaffen*, ut nos loquimur. Zonaras rem explicavit disertius. Xyl. *fatuum* et *inertem*, qui ne quicquam agere aut moliri potest. Goar.

t. II p. 34 v. 18. *κοῦρσος piraticum navale.* Goar.

t. II p. 35 v. 18. *κεφαλητίωνος*] videatur auctor p. 457 anno Leonis Isauri 16. Goar.

t. II p. 36 v. 14. *quod is contra leges*] ante haec verba haud dubie aliquid excidit. nam neque Iosephus oeconomus neque Nicephorus patriarcha, sed huius antecessor Tarasius patriarcha Theodotam a Constantino repudiata Marina ductam coronavit. sed iam tum Platonem communione Tarasii abstinere coepisse scribit, rursumque Nicephori subrogationem deinde improbasse, nimirum ambitione impulsum; quod Zonaras non dissimulat. ergo imperator, qui ante ob dissidium cum Tarasio hunc Platonem sciret a Constantino in carcerem (quod annotavit idem) coniectum, tum quoque de eo cum sociis tandem eiiciendo per occasionem egit. Iosephus autem oeconomus quid ad eam rem conduxerit, non liquet. Xyl. proprie: *quod is, adversante legum sacrarum iure, nuptialibus coronis impositis*

Constantinum et Theodotam coniugio copulasset. non is ipse vero Nicephorus nuptiis interfuit aut benedixit, sed Iosephus, *oeconomus* ab auctore vocatus, a Theophane *monasterii Concuratae monachus et abbas*, qui iussu Tarasii vi a Constantino compulsi nuptialis benedictionis ritum est exsecutus. quem quia Nicephorus Tarasii successor et fautor protegeret ac ecclesiasticae communionis socium faceret, Plato et Studitae monachi, nefandae illius copulae perpetui adversarii, velut ecclesiastici iuris violatorem habebant, nec ullum deinceps sacramenti consortium cum eo vel cum Nicephoro retinere decreverunt. his attentis cuncta Xylandri diluuntur dubia, quidque in eo coniugio Iosephus praestiterit liquet. modus porro loquendi de nuptiis sub coronationis voce iterum observandus. Goar.

t. II p. 37 v. 7. paulo post, cum Cedrenus decem invectas imperio calamitates a Nicephoro memorat, librarius annotavit sub eo quoque decem plagas Romanorum imperio immissas, respiciens nimirum ad Aegyptias: *ὅρα καὶ ὑπὸ Νικηφόρου τῇ Ῥωμανίᾳ ἐπενεχθεῖσαν δεκάπληγον.* Xyl.

ib. v. 15. Chartiaticum quid sit, sane ignoro. fortassis exactio fuit ad sustentationem scribarum et cancellariae, ut vocant. Xyl.

ib. v. 19. *fumarium tributum*] *rauchsteur.* puto de singulis focis exactum fuisse, in quibus ignis fieret. omnia haec sane sunt obscura. quod ad octavum attinet, sic divino, voluisse eum ut quivis avi sui aut proavi modo censeretur, ac tantundem atque ille solvisset tributi penderet, etiamsi eorum bona inter varios heredes divisa singulis longe minorem censum reliquissent. ex historia cerularii, decimam sui auri partem ademptis reliquis domum referente, si cum Zonara comparetur, videbitur aureus vel nomisma aureum decima librae pars fuisse; quod fuit annotandum. sed et in Ioanne Tzimisca, ubi capnicum ab eo scribitur abolitum, animadvertere licet obolum fuisse argenteum, nomisma aureum. *περισπασμόν* solicitudinem verti; quod scilicet humanissimus imperator non ignorans curas cum opibus augeri, et locupletes in magna esse solicitudine, cerularium istum voluerit molestia liberare, privatum tam anxie possidendo auro. Xyl.

ib. v. 20. *τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν* non *aerarium* vel *fiscum* quomodolibet, sed *privatum* principis *peculium* ac *dominium* interpretor. huius praefectus *κουράτωρ*, quem Harmenopolus *λογοθέτην* vocat, de quo Agathias l. 5: *Ἀνατόλιον μόνον φθαρῆναι ξυνέβη, ἄνδρα τῇ τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρός γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέως οἴκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. κουράτωρας δὲ τούτους καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* ac ne ab auctore discedamus: ipse pinguiores agros et uberiores monasteriorum possessiones *τὰ κρείττονα τῶν κτημάτων* in regiam suam *curatoriam* et dominium Nicephorum rettulisse dilucide narrat. memorat quoque Theophanes in Iustiniano *κουράτωρα τῶν*

κουρατωρειῶν, et in Mauricio Ἀριστόβουλον κουράτωρα τῶν βασιλικῶν οἴκων. Goar.

t. II p. 38 v. 9. Δωδεκάνησον] ruit hic simul cum Xylandri versione *duodecim insularum* ficta *civitas*, si Δωδεκάνησον *duodecim Cyclades insulas* (quarum una erat praefectura et dispositio) interpreteris, quas Strabo quoque duodenario numero comprehendit, quibus et alias accessisse asseverat l. 10. Goar.

ib. v. 15. κομμέρκια] *commerciorum vectigalia*, et tributa quaevis pro mercium asportatione fisco pendenda. auctor supra in Irene: Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια ἐκούφισε. Goar.

t. II p. 39 v. 19. *exteriori columella*] ἔξω κιονίῳ. supra coniecturam meam exposui. sed et hoc suspicari licet, extra urbem in aliquo suburbio hunc, simulata a mundo discessione, in columna aliqua constitisse, quales supra Daniel Stylites aliique sunt commemorati. in autographo ἐξω est sine accentu, ut quasi cohaerere et coaluisse in unam vocem cum κιονίῳ videatur. quae sequuntur, prorsus sunt confusa. Xyl.

t. II p. 40 v. 14. τὰ Εὐχαῖτα] Hellenopolis antiquis dicta, demum Theodoropolis, a Ioanne Zimisce ob corpus Theodori martyris in ea conditum reparata, Asiae urbs est. Goar.

ib. v. 19. γενικὸν λογοθέτην] ex praesenti loco γενικόν hunc λογοθέτην pro eo quem *cancellarium* dicimus sumi non posse liquet. quin potius τὰ δημόσια τέλη, quod hic exsequitur, ἀναβιβάσαι, et alia fisco obvenientia ἀπαιτῆσαι, ad *aerarii publici* (γενικοῦ) *praefectum* spectat. vide auctorem infra p. 568, Curopalatam ad calcis extrema. Goar.

t. II p. 41 v. 20. *corpora Bulgarorum*] τῶν ὁμοφύλων. quod si ad Christianos referas, sensus erit eum adeo spoliis colligendis fuisse intentum, ut ne suis quidem humandis tempus dederit. Xyl.

ib. v. 22. ταμιεῖα] in quibus videlicet bona Crumi conderentur. aula principis habitationem significat. Zonaras. Xyl.

t. II p. 47 v. 22. *imperatorio modiolo*] mundum imperatricis apparet fuisse. Xyl. *modiolum* muliebris eiusdemque regiae vestis genus esse, ut indubium textus ipse manifestat; cuius forma, si bene sim assecutus ex veteribus imperatricum figuris, sacco virili imperatorio non fuit absimile. distentum enim erat undequaque indumentum, et absque sinibus rigidum, circa lumbos adstrictum, ad pedes nonnihil amplius, et formae pene deformis. de manicis ita laxis ut ad terram usque defluerent taceo: satis quippe est invenustum illud qualecunque vocasse *modiolum*, ad *modioli* vasis potorii ad summum elati, ut Vitruvius loquitur, et rursus ad imum revertentis imitationem compositum. an quia *modimperator* vocaretur, qui leges convivis inter pocula diceret, ac propterea Graecae imperatrices *modiolum* sibi vindicare decreverint, mihi incompertum est. alii mitram expo-

nunt: at cum περιβάλλειν non de capite sed de corpore efferatur, ab allata de veste sententia non discedo. Goar.

t. II p. 47 v. 23. iocum autem in nomine Barce non intelligo, quo uxorem Leonis notarit. Xyl. quibus scommatis Leonis uxorem impeteret Procopia imperatrix, non exponit auctor: tantum circa nomen eius multis lusisse innuit. nec difficili negotio. illi namque proprium cum *barca* (navigii genus intellige) nomen erat commune. Goar.

t. II p. 48 v. 4. ἐπιβατήριον εὐχήν] scribit Xylander *votum pro felici* in urbem *introitu*, quam pro suscepto imperio et regio throno conscenso fecit patriarcha Nicephorus precem. in malam partem de eo qui rem alienam occupat, potest et in bonam sumi. sic ἐπιβατήρια θῦσαι, qui naves conscensuri sacrificabant, dicebantur. Leo vero, ita Paulus Diaconus, *scripserat Nicephoro de fide sua, petens etiam ut cum oratione et nutu eius imperium sumeret.* Goar.

ib. v. 6. *Michaelo equis*] is est Michaelus Balbus. Xyl.

t. II p. 52 v. 24. φοιδεράτου legendum aliqui putant: retineo φοιβεράτου, de agmine dictum a *foederatis* diverso; de quo auctor p. 755 D et nos ibidem. Goar.

t. II p. 54 v. 11. τῇ κέλλῃ] cellae Graecorum monachorum sunt tuguria sibi invicem iuncta, circa mediam aream, in cuius iterum meditullio est ecclesia. demortui itaque alterius cellam hic occupabat. Goar.

t. II p. 60 v. 23. εἱρμοῦ] habetur tractus ille iambis compositus in officio Laudum matutinarum, die nataliciis Christi consecrato. de εἱρμοῦ significatione ecclesiasticorum rituum expositores Arcudius, Allatius, Euchologium. Goar.

t. II p. 61 v. 5. καθοσιώσεως] quod vocabulum ex aliis locis permultis didici sive maiestatis sive etiam structarum imperatori insidiarum crimen notare. et quod de uxoris nuptiis sequitur minatum Balbum, obscurum est vel ob ambiguitatem τοῦ αὐτοῦ. fortassis statuit Theodosiam Leone caeso ducere. quod de linguae morbo dicit, alludit ad Tantalum Orestis Euripidei. mox ubi scribitur quomodo Theodosia Balbum supplicio iam imminenti eripuerit, in margine est annotatum ὅρα πῶς οὐ λείπει μέθοδος τὸν θεόν, ὅτε βούλεται συντηρεῖν τινά. est sane exemplum hoc memorabile παραδόξου σωτηρίας. Xyl.

t. II p. 62 v. 9. ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις] in palatio augustiore, iuri dicundo designato, ad Hippodromum exstructo. πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀσηκρητεῖα. ἐκεῖσε γὰρ τότε τὸ τῶν ἀσηκρῆτις ἦν καταγώγιον. successu temporis, ut hinc liquet, alio translatum fuit. Goar.

t. II p. 65 v. 15. κανικλείου ἀξίωμα quid sit, nescio. fit mentio etiam apud Nicetam in Manuelo Comneno. Xyl. de *caniclei* praefecto post Meursium Gretserus plurima tum in comm. Codini,

tum in addendis, nil tamen quod *caniclei* nomen vel officium exponat. utrumque breviter exsequor. *κανίον* explicant Glossae Graecobarbarae *ἀλάβαστρον, φωκάδιον, μυροθήκην, vas unguentis condendis* ex alabastro vel pretioso fictili metallove confectum: *κλέος* autem cum *gloriam* sonet, *κανικλεῖον* erit vasorum huiusmodi nobilissimum. illudque erat, quo rubeus liquor sive cinnabaris imperatori chrysobulla scripturo servabatur et proferebatur. vasisque huiusmodi custos erat *ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου.* dictis suggerit auctoritatem Nicetas in Manuele Comneno 1 4, ubi cum Stypio natum quendam Theodorum *εἰς τὴν τοῦ κανικλείου μεγαλοπρεπῆ προβιβαζόμενον τιμὴν* asseruisset, Ioannem Hagiotheodoriten ideo invidia motum subdit eiusdem Manuelis 3 4: *ἐκ τοῦ τῷ Στυπειώτῃ δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον καὶ τοῖς ὅρκοις τοῦτον ἐπιστατῆσαι.* Goar.

t. II p. 66 v. 3. *τὴν τρίτην φυλακὴν τῆς νυκτός*] auctor paulo infra: *ὥρα ἦν ὡς δεκάτη τῆς νυκτός*, a principio noctis horarum et vigiliarum, quarum tertia circam decimam terminatur, ducto numero. Goar.

t. II p. 67 v. 21. *διὰ σκύλων* suspectum. nomen est loci proprium, et verti non debuit. infra, ubi describitur in Michaelo Theophili filio Theoctisti interitus, eadem vox repetitur. Xyl. praesenti vocabulo nusquam *spolia* cum Xylandro intelliges, sed custodiae carcerisque publici locum, quo maioris infamiae causa trucidati Leonis cadaver ignominiose tractum fuit. auctor infra p. 543 Theoctistum iamiam neci tradendum eo ductum et asservatum narrat: *ἤγετο μὲν οὖν πρὸς τὰ σκῦλα, φρουρᾷ τέως παραδοθησόμενος.* Goar.

t. II p. 69 v. 14. *ψυχικά*] non ad religionem solum, sed universim ad animam pertinent. Goar.

t. II p. 71 v. 11. *Ἀθιγγάνους παλαμοσκόποις, λεκανομάντεσι, νεφοδιώκταις, γυτευταῖς* annumerat Balsamon in canonem 61 Trullanum; et in 65 *οἰωνοσκόποις, γνώσταις καὶ ἐγγαστριμύθοις*, quasi profanis vaticiniis et superstitiosis divinationibus deditos. serpentes in sinu gestare, futura praedicere et plurima nugari refert, quae ne scriptis quidem tradantur digna sunt. Goar.

ib. v. 17. *ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος υἱοθετησάμενος ἦν*] *susceperat e baptismo et adoptarat.* secundum omisit Xylander, cuius ecclesiasticum ritum habet Euchologium. Goar.

t. II p. 73 v. 1. *gentilibus eorum*] vel suis gentilibus: nam de Iudaeis intelligi non posse, ex sequentibus liquet. Xyl.

ib. v. 9. *τὴν νῆσον τοῦ Ἀκρίτου*] in Propontide, iuxta Protem dictam. Goar.

ib. v. 17. sabbato ieiunare nefas Graeci ducunt ex canonum Apostolorum nomine evulgatorum 66. Goar.

ib. v. 22. *de deo, qui est supra omnia*] hoc ita intelligo, noluisse eum Christum in formula iuramenti et sanctos nominari, sed

Iudaico more creatorem mundi noluisse, illo circumscripto, iurari. Xyl.

t. II p. 75 v. 11. *fraudem struenti*] haec verba de meo addidi connectendae historiae causa. videtur enim, si modo nihil excidit et narratio integra est, Thomas hoc egisse, ut a Romanis summae rerum praefectus exercitus eorum aut urbes et provincias Agarenis proderet. Xyl. falso Xylander: *imperiumque Romanum ipsis*, id est Agarenis, *subiecturum*. quibus enim deinceps Romanus imperaret, aut quo commodo ductus se Saracenis subiiceret? verius reponendum, post proditos Saracenis Romanos fines tyrannum *Saracenorum proprium principatum ipsis solummodo subiectum relicturum promisisse*, ne quam in posterum a Romanis molestiam paterentur. Goar.

t. II p. 78 v. 12. Ζίκχων] inter Sarmatas Asiaticos Ζίγχους numerat Ptolemaeus Geog. 5 9. Russis, Chasaris et Patzinacibus Chersonesiis vicinos locat Constantinus c. 6, eosque Ζίχους vocat. Goar.

ibid. Καβήρων] hos Scythis adiungit Stephanus ex sententia Eudoxi. Cabaros vocat Constantinus c. 39 et 40. Goar.

ib. v. 15. *eum in filium adoptatum*] quemnam? et quidem mox rursum mentio fit huius adoptati filii. sed ne Zonaras quidem eum nominat. id quidem ait, Balbum sibi Constantini nomen sumpsisse. Xyl.

t. II p. 81 v. 3. *Gregorium*] is Leonis, iste Scyri exsulans consobrinus videtur fuisse. sic enim verto ἀδελφιδοῦν, vocem varie de cognatis usurpatam. paulo post haec opinio perspicue confirmatur. Xyl.

ib. v. 9. Ἀναργύρων] plures a Graecis coluntur Ἀνάργυροι, medici *a mercede capienda alieni*. nominatissimi sunt Cosmas et Damianus, quorum templum ἐν τοῖς τοῦ Παυλίνου. Goar.

ib. v. 20. τὴν ἐσθῆτα τῆς πανάγνου θεοτόκου] de qua auctor Leonis anno 17. Goar.

t. II p. 87 v. 14. τὰς ἑταιρείας] *exteros belli socios*. Goar.

t. II p. 88 v. 10. παράγραπτος καὶ νόθος υἱός] *illegitima adoptione Thomae adscriptus*. Goar.

t. II p. 91 v. 20. ἀμερμούμνην] Leunclavius Onomastico 2: *Emir Mumini*, inquit, *dominus est caerimoniarum aut princeps sacrorum* inter Saracenos. *a Graecis Amermumnes scribitur in eorum historiis.* idem alibi: *Amermumnes, Graecorum in historiis* Ἀμερμούμνης, *factum est ex Emir et Mumini; quorum illud dominum significat aut principem, hoc ritus sive caerimonias sive cultus et* θρησκείας. *nam proximi secundum Haliphas ita nominabantur, velut principes sacrorum aut reges sacrorum, more Romano. Iovius interpretatur optime credentium in religione principes: sed potius dicere debuit, rectae religionis aut* ὀρθοδοξίας *aut virorum sacrorum principes.* Goar.

t. II p. 93 v. 17. *Χάνδαξ ὀνομαζόμενος*] idem modernis Graecis *χανδάκιον*, et correctius *χάνδαξ*, ac *χάραξ* antiquis, scilicet *fossa, vallum,* unde universae insulae *Candiae* nomen deinceps est inditum. GOAR.

ib. v. 19. *fama rei ad Photinum*] haec sic verti ut sententia cohaereret: nam in Graeco locus est mutilus. XYL. supplevimus ex Scylitze. GOAR.

t. II p. 94 v. 1. *κόμητα τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου*] hunc nullo negotio *comitem stabuli,* ut veteres Franci loquebantur, intelligere possumus, quem posteriores Graeci *κοντοσταῦλον*, nostri *constabulum* et *constabularium* vocaverunt. GOAR.

ib. v. 10. *Saracenos*] promiscue, ut et alii, Agarenos Saracenosque ponit. quod autem de Chandace praecessit et sequitur, omnino inter se pugnat; nisi in media historia aliquid excidit, aut in nominibus erratum est. qui enim iubeantur castra in Chandace ponere, ubi ea iam ante habebant? XYL.

t. II p. 97 v. 20. *συντουρμαρχῶν*] *τοῦρμα* agmen est tribus ordinibus, sagittariorum videlicet, peltastarum et lanceariorum, constans: hi ad centum, isti ad trecentorum, alii ad quingentorum numerum ascendebant, quibus *τουρμάρχης* exercitus duci subiectus praeerat. haec pauca e pluribus a Rigaltio docte collectis. GOAR.

t. II p. 100 v. 5. *πενταπύργιον*] quattuor rotundis in quattuor angulis, et una in medio quadrata turri exstructum. GOAR.

t. II p. 103 v. 14. *Θεοκτίστη ζωστή τε καὶ πατρικία*] una *zostes* sive *cinctae* privilegio et *patriciae* nomine augetur Theoctista Theodorae mater. ambierunt enim etiam feminae sublimiorum et viris solummodo concessarum appellationes dignitatum, quidni et insignia, quae nullam arguerent in viris iurisdictionem, solam indicarent sublimitatem et honorem? patriciatus autem dignitas iurisdictione, qua solitaria est, vacat, gloriae fere supremus est gradus, ad quem proinde feminas sibi coniunctiores potuerunt imperatores evehere, nec non patriciatus virilis insignibus exornare, *cingulo* nimirum. huius coniecturae Cassiodorus auctorem se prodit Var. 6 2. cuius verba sunt: *hinc est quod patriciatus honor ipse cinctus est, cum vacaret, nihil iurisdictionis habens et iudicantis cingulum non deponens:* morte quippe non exstinguitur honor huiusmodi. subdit propterea: *ornatus individuus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere quam de mundo exire; unique tantum cedit* (*coronae*) *fulgori, quem interdum etiam a nobis constat assumi.* ita formula ex principis persona. ex quibus quam vicinus fuerit imperatorio Theoctistae ceu socrui delatus honor non difficile est colligere. secundam zostem leges p. 580, tertiam p. 591. *ζώνης ὑπεροχήν*, sicut et ob crimen *ἀφαίρεσιν*, memorat liber Leonis et Constantini AA. tit. 7 tomo 2 Iuris GR. GOAR.

t. II p. 104 v. 23. *παρακεκομμένος*] ut *fatuus,* ita et *toto corpore truncus, nanus,* atque etiam *excisus virilibus, eunuchus.*

alias quantumvis fatuus in mulierum contubernium non fuisset admissus. Goar.

t. II p. 105 v. 1. *Δένδερις*] Turcica dictio; hominemque, ut aiunt Graeci, *τρεμουλιάρην*, humeris et capite subsilientem et *tremulum* refert. Goar.

ib. v. 7. *suas pulchras puppas*] ex hoc loco facile est Cuspiniani locum emendare, quem *καλάμου* legisse apud Zonaram puto *ὑφέν*, cum *μου* sit pronomen encliticum; et quid calaminina sint, merito quaeratur, atque (ut puto) non immerito etiam quid thalami esse possint nimia. multa sunt talia apud Cuspinianum, quae ex nostro et Zonara facile suae restituantur integritati. Xyl.

ib. v. 10. *μάναν*] *matrem*, vulgaris idiomatis vocabulo. Goar.

t. II p. 106 v. 8. *timiditatis accusatum apud imperatorem*] sic divinavi, *ἀνανδρίας ἔγκλημα προσάψας εἰς βασιλέα.* Xyl.

t. II p. 111 v. 4. *nonnulli neglecto*] ad verbum locus est obscurus. ceterum Hierotheus, cuius mentio paulo post fit, sodalis fuit Dionysii Areopagitae; de quo videre potes Nicephorum 2 20. Xyl.

t. II p. 114 v. 1. *Χαλκῇ*] duplex Chalce Cpoli a portis aereis dicta, una palatii, altera fori: haec fuit ecclesia ad forum ex Zonara in Monomacho, illa palatii ingressus. utrique Salvatoris imago ad excitandam populi palatinorumque devotionem superpicta fuit. Goar.

ib. v. 5. *non est deus*] videtur monachus alludere ad apostoli dictum in epistola ad Ebraeos c. 6, idque ad se accommodare. prodromus D. Ioannis Baptistae epitheton est, quod is Christi praecursor fuit. quem autem locum Esaiae confessores isti, quos mox Cedrenus praedicat, ad confirmandum simulacrorum usum cultumque produxerint, sane coniicere non potui. eos quidem videntur iambi Theophili indicare, prius Hierosolymis quoque exsulare iussos, Byzantium venisse. Xyl.

t. II p. 117 v. 15. *ἐφιλοτιμεῖτο δὲ καὶ μελῳδὸς εἶναι*] verto: *sacri quoque poetae nomen ambivit.* *μελῳδοί* namque Graecis sunt non qui cantui, sed sacrae poesi vacant, quales fuerunt Cosmas Maiumensis, Damascenus, Timocles, Theophanes et alii. Goar.

ib. v. 16. *στιχηρά*] *versus*, proprie. genus carminum in ecclesia concinendorum. Goar.

t. II p. 118 v. 1. *οὐ παρῃτήσατο τὸ χειρονομεῖν*] intelligo cum manus agitatione cantum rexisse, mensuramque, ut vocant, praescripsisse, ut ad manus motum tempora carminis quod canebatur responderent. ita Horatius vult virgines Apollinem et Dianam Sapphico carmine celebrare, ipso praeeunte, 4 od. 6: *Lesbium servate pedem, meique pollicis ictum.* *τὸ στιχηρόν* carmen est, *βαϊοφόρον* festum (ut vocant) palmarum. librarius adscripsit *οὐκ οἶμαι*, non putare se hunc esse auctorem. Xyl.

t. II p. 118 v. 3. ἐξέλθετε ἔθνη] de his consulendum Graecorum Triodion. Goar.

ib. v. 14. Κρηνιτῶν] apud Zonaram per ι legitur, Κρινιτῶν, Crinitarum seu crinitorum. Xyl.

t. II p. 119 v. 2. *Α. in Th.*] Alexius in Theophilum. Xyl.

t. II p. 122 v. 16. τοῦ δομεστίκου] cum plures iidemque varii posterioribus saeculis apud Graecos fuerint domestici, quis eorum hic intelligatur dubium est. nam quamvis vox δομέστικος idem indicarit primaevo tempore quod οἰκειακός, ad familiam vel quasi ad familiam spectans, deinceps tamen ad *praepositum ducem* et cuiusvis ordinis *primum* significandum traductam testis est Ioannes Citri episcopus in Iuris Graecoromani volumine: ἡ τοῦ δομεστίκου προσηγορία κατὰ Λατίνους τὸν ἐξάρχοντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δηλοῖ. hinc in ecclesia chori dextri domesticus ac pariter sinistri, nec non alii; et quod militiam attinet, Orientalium thematum, sicut et Occidentalium, scholarum item domestici, ac tandem supremus omnium μέγας δομέστικος, apud Codinum de Offic. Cur. Const. c. 1 et seqq. ad propositum. pro Orientalium Occidentaliumve thematum praefecto δομεστίκου vocem in praesenti ab auctore usurpatam non asseret, qui scholas universas cum unico hoc domestico in conflictu cessisse observaverit. exponenda itaque vel de magno domestico, totius exercitus sub imperatore duce, vel de solarum praetorianarum scholarum praefecto, δομέστικος τῶν σχολῶν penes Codinum vocato, cuius, ut asserit ipse c. 5 n. 42, par ferme fuerat ac magni domestici potestas, cum hic toti exercitui imperaret, ille Romanas solum satellitum scholas duceret, φοιδεράτους autem, exteros nimirum belli socios, comes foederatorum, qualis hic Persarum ductor Theophobus, sub sua dispositione, ut cum imperii Notitia loquar, teneret. vide infra Theophilum *foederatos* Persas eorumque agmina Romanis ducibus suspicione in Theophobum enata subiicientem. Goar.

t. II p. 123 v. 3. χορδαῖς] minores citharas sinu quidem exiguo, verum protenso manubrio, simul tribus aut quinque chordis instructas, asperum et a militari non alienum emittentes sonum, quales etiamnum hodie, forsan a Graecis olim acceptas, in castris animos exhilaraturi Turcae pulsant, χορδάς hic vocari existimo. Goar.

t. II p. 124 v. 10. φάλαγγος ἀρχηγός] alio nomine τουρμάρχης, de quo Rigaltius. hoc autem 42 martyrum agmen ex Armeniis erat. Goar.

t. II p. 127 v. 4. στρόν] quamvis etiam pro στρατόν ponatur, tamen id non quadrat. et σταυρόν legi. sed quid moris in eo fuerit, nondum didici. Xyl. σταυρόν] *crucem ei mittit,* ait Xylander. at quam crucem? quo fine? tacet. mysterium evulgo. literis secretiora revelantibus ac pollicita sive pacta addito iuramento firmantibus solebant quondam in sacramenti testimonium crucem praefigere. Pontanus ex Phranzis Graeco textu: *vocatur in conspectum imperatoris Cpolitani, qui mecum ex Iberia legatus advenerat. et imperator*

manu sua eo vidente tres cruces cinnabari in fronte bullae ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamque auream in manus legato tradit. Leo Grammaticus: ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος τοὺς τιμίους ὑπέγραψαν σταυροὺς ὅρκῳ βεβαιοῦντες. similem, vagi et mendici monachi opera Theophilus usus, ne religionis deesset species, ad Manuelem misit, ut sacris sive χρυσοβούλλῳ fides amplior adderetur. hinc σταυροπάτας sacramenti huiusmodi violatores vocant moderni Graeci, qui *crucem conculcant*, hoc est, iuramentum ea primum in charta tabulis exarata firmatum intemeratum servare non verentur. his affinia eruditissimus *de Marca* in patriis Annalibus. GOAR.

t. II p. 127 v. 13. *princeps Ismaelus*] nescio an proprium sit hoc, an vero Ismaelitam significet, ut gentilicium. mox rursum ita ponitur. XYL.

t. II p. 128 v. 3. *compater*] σύντεκνος. ex sententia et Zonara hoc didici; qui scribit Michaelum Theophili F a reduce Manuelo fuisse ex baptismo susceptum. *Gevatter*. XYL. qua ratione scripsit Zonaras ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Μιχαὴλ ἐδέξατο. hinc illi cum patre Theophilo compatris commune nomen. GOAR.

t. II p. 129 v. 1. φατριάρχην] ceu perditorum et perduellium ducem φατριάρχην Ἰαννῆν censuit auctor vocandum. Xylander iconomachi factus patronus πατριάρχην legit et religiose colit. GOAR.

ib. v. 4. δρόμου λογοθέτην] logotheta est cancellarius, ut vocamus, aut libellorum magister sive archivi praefectus. pro δρόμου legerem, si liceret, δόμου, ut intelligeres domesticum imperatoris atque intimum secretarium. nolui tamen ex coniectura mutare, praesertim cum sic rursum legatur initio Michaeli Theophili F et alibi frequenter, et Wolfius citet ex libro de Officiis palatii id munus iam tum, cum ille liber scriptus fuit, ignotum fuisse. interim non dissimulabo Himerium, qui sub Leone Basilii F (quem et philosophum nominant) rem contra Agarenos praeclare gessit, a nostro protoasecretis, a Zonara dromi logothetam dici. dissenserintne scriptores, an duo haec nomina idem officium notent, non est meum pronuntiare. certe Zonaras hunc Theoctistum caniclii praefectum (τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου) vocat, in fine huius Theophili; et noster, ubi Theoctisti logothetae mortem refert, eo sublato Bardam caniclei dignitatem in se transtulisse ait. XYL. intelligunt moderni quidam Graeci Turcicis edocti consuetudinibus, quas a suis maioribus acceptas putant, de bellici aerarii praefecto, vel de eo qui imperatoris iter conficientis censeret expensas et necessariis providendis numeraret pecunias. at quia Codini tempore, quo nec bella nec itinera ab imperatoribus suscipienda desierant, antiquatum erat huiusmodi logothetae ministerium, de eo potius qui Hippodromi, et ut contracte loquebantur, *Dromi* spectaculorum *rationes tenebat*, quique referente Turnebo *Dromi procurator* in antiquis inscriptionibus legitur, vel qui cursus publici

expensis providebat, cuius proinde officium imminuto undequaque imperio nullius erat utilitatis, quam de quocunque alio intelligendus censebitur. GOAR.

t. II p. 129 v. 6. *Ἰαννῆν*] ὑποκοριστικῶς vice *Ἰωάννου*. ita ludunt in nominibus etiamnum hodie Graeci, ut *Mariae* nomen novem modis efferant, *Μαρία, Μαροῦ, Μαροῦλα, Μαρουλοῦ, Μαριετοῦ, Μαριετοῦλα, Ματερνέτα, Λουλοῦ, Λοῦλα.* GOAR.

ib. v. 15. *militiae praefecto*] στρατιωτικῷ militari. funda, σφενδόνη, locus est in Circo, cuius et alibi apud nostrum et Zonaram mentio. XYL.

t. II p. 131 v. 2. *stipendia*] σιτηρέσια. notum est ita apud historicos militum stipendia vocari, quod maxima eorum in victu pars esset. XYL.

t. II p. 132 v. 17. *τῶν μβ΄ μαρτύρων*] Zonaras: *οἳ τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον ἐξήνυσαν παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς τεσσαράκοντα δύο πάντες τυγχάνοντες.* festum eorum ab utraque ecclesia 6 Martii celebratur. GOAR.

ib. v. 20. *καὶ μαντευσάμενος*] fortassis innuit eum non modo consultasse cum suis de re gerenda, sed etiam ariolis et divinationibus usum, quibus impii solebant. XYL.

t. II p. 133 v. 5. *ἄρχοντα τῶν ἀρχόντων*] summum praetorem. sed quis ille aut quo inter Saracenos ordine ac officio fuisset, hic non exprimitur. XYL. *appellatur*, inquit Leunclavius Onomast. 2, *a Graecis ille, quem Turci Beglerbeg in regno suo nominant ceu dominum dominorum, qui videlicet alios sub se magistratus ac praesides tam civiles quam castrenses habet.* is autem Saracenus erat et Saraceno maiori militabat, cuius nomen et filii gloria memoratur inferius p. 612. inclinant in hunc sententiam Graeca Turcicaque edocti. quibus in provinciis vero princeps hic potestatem exercuerit, adhuc incognitum manet. GOAR.

ib. v. 6. *Δαζυμηνῶν*] memorat Strabo l. 12 Daximonitidos felicis agrum in Ponto iuxta Thermodontem fluvium, a quo Saracenicae profectionis locus et loci nomen ab auctore scriptum non absonat. GOAR.

ib. v. 16. *καλαμῶνα* enim mihi videtur dixisse forma περιεκτικῶν (cuius est ἀμπελών, δαφνών, vinetum, lauretum et similia) culmetum collective, multitudinem hastarum, quia multis in segete culmis erectis stantibus similis quodammodo est acies hastis armata, cum eae rectae tenentur; unde etiam poetas comparationem duxisse novimus. Manuelus ergo videtur monuisse imperatorem fortassis non tot milites aut pugnam obituros esse in tanta multitudine. XYL. *καλαμῶνα locum calamis consitum, arundinetum,* cui melius quam maturae Xylandri *segeti* conferta hastarum copia potest similis videri. GOAR.

t. II p. 134 v. 17. *τῶν δι' ἐμὲ προσμεινάντων καὶ ἀπολομένων*] convenientius interpretor: *cum iam perierint qui mei gratia fortiter in acie constiterunt.* nisi legere malueris *ἀπολέσθαι*, et reddere: *qui mei gratia usque ad integram internecionem conflictum sustinere paratos se exhibuerint.* Goar.

ib. v. 21. *Χιλιόκωμον*] reponit Strabo *Χιλιόκωμον πεδίον* in Ponto, et penultimae notae confirmat coniecturam. Goar.

t. II p. 138 v. 1. *τὸν ῥῆγα τῆς Φραγγίας*] Occidentis imperatores regesve, praeter Bulgarorum principem vicinum et infensum, *βασιλέας* vocare semper abhorruerunt Graeci, *ῥῆγας* salutare contenti; unde haec ad Ludovicum Pium imperatorem *πρὸς ῥῆγα*, non *βασιλέα Φραγγίας* missa legatio. eaque forsan est de qua vita et actus Ludovici illius Anonymo auctore scribunt anno 833: *Compendii consistenti legatio imperatoris CP, Marcus archiepiscopus Ephesi et protospatharius imperatoris, ad patrem (Ludovicum) missa occurrit; munera sibi data obtulit (Lotharius), patri missa subtraxit. quam ille licet ad patrem missam ad se tamen venientem suscepit, audivit, et tragoediam reportantem pene inauditam remisit.* Goar.

ib. v. 9. *τὸ λοιπὸν ἐμφανὲς μέρος τῆς πόλεως*] principes populi, factionum *δημάρχους*, patriarcham et cleri praecipuos, quos in pari casu convocasse Mauricium describit Simocatta statim sub historiae initio. Goar.

t. II p. 139 v. 8. *δρουγγάριος praefectus Drungi, βίγλα vigiliae, excubiae, hostium explorationes,* quas puriore vocabulo *ἐπισκοπήν* et *κατασκοπήν* vocat Simocatta plerisque locis. qui hostes itaque exploratum ibat, excubias in exercitu ponebat et stantibus in excubiis praeficiebatur, erat *τῆς βίγλας δρουγγάριος*. de illo Codinus habet: *πρὸ τοῦ πεζεῦσαι τὸ φοσσάτον ἀπερχόμενος ὁ τῆς βίγλας μέγας δρουγγάριος καθίστησι τὸ λεγόμενον ἡμεροβίγλιον, ὡς παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου προσετάχθη.* ita diurnas: mox nocturnas describit vigilias. *πρὸς δὲ τοὺς αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς βιγλήσοντας ἀπερχόμενος οὗτος ὁ μέγας δρουγγάριος, πρὸ τῆς τοῦ δειλινοῦ ὥρας, λέγει οὕτως "ἄρχοντες, ἑτοιμάσθητε, δειπνήσατε, καὶ δότε τροφὴν τοῖς ἵπποις." καὶ ὅταν ὁ τεταγμένος καὶ πρέπων τῆς βίγλης ἔλθῃ καιρός, ἐκβάλλει αὐτοὺς τοῦ στρατοπέδου.* Leunclavius: Drungarius tribunus militum, Italis, Gallis, Germanis etiam colonello, Graecis *χιλίαρχος*, a drungo, inquit, baculo et regiminis insigni. Goar.

t. II p. 140 v. 8. *συνόδου*] paulo post rursus sic ponitur. ego ordinem ecclesiasticum eo vocabulo intelligi arbitror. Xyl. ecclesiastici ac senatorii ordinis proceres intelligit. vulgo namque praesules Cpoli reperti simul cum eiusdem ecclesiae clero vocati *σύνοδον* dicuntur componere. Goar.

t. II p. 142 v. 18. *φατριάρχης*] recte legitur, non *πατριάρχης*. Goar.

t. II p. 144 v. 8. *λώρων διακοσίων*] *taurearum* hic erat supremus numerus, quem iam habes in superioribus recensitum. Goar.

ibid. *μεγαλόπολις* ob amplitudinem dicebatur Constantini urbs; *Θεούπολις* Antiochia ob id quod contigit Iustiniani tempore miraculum, de quo eiusdem anno 2, *Ἁγιόπολις* Hierusalem Christi nece consecrata. Goar.

ib. v. 9. *natus fuit Iannes*] librarius hic adscripsit, quod recte multis aliis locis, ac rectius multo quam hic, annotasset, Cedrenum scribendi nimirum materia destitutum haec narrare: *οὐκ εἶχες, ὡς ἔοικε, τί γράφειν, ἀκρόμωρε Κεδρηνέ.* Xyl.

ib. v. 12. *ἡ μονὴ Σεργίου καὶ Βάκχου*] Iustiniani hoc erat aedificium, de quo statim sub initio imperii eius. Goar.

t. II p. 145 v. 1. *ἔθνος ἄπιστον καὶ σκληρόν*] Abares existimo, quos pariter 1 3 vocavit Simocatta *ἀπιστότατον ἔθνος καὶ ἀπληστότατον.* Goar.

ib. v. 16. *στοιχειωτικοὺς λόγους*] *στοιχεῖον* moderna lingua Graeci vocant secretam naturae in hominibus ad quamcunque rem propensionem et aptitudinem. frequentius pro larvis ac spectris noctu apparentibus ac domos infestantibus, ac demum pro malis geniis, magorum strigumque magistris, usurpant. unde *στοιχειωτικοὶ λόγοι* verba sunt ad huiusmodi daemones convocandos. Goar.

t. II p. 146 v. 12. *θαλαμηπολούμεναι*] *virgines* et *nuptae nobiliores* in secretioribus thalamis custoditae. Goar.

t. II p. 147 v. 14. *ἐθριάμβευεν*] *manifeste impudens muliercula in omnium auditu criminis infamiam evulgabat.* Lexicon anonymum bibl. Reg.: *θριαμβεύω κατάδηλον ποιῶ.* Goar.

t. II p. 149 v. 12. *τὴν τῆς ὀρθοδοξίας πανήγυριν*] celebri clericorum et populi conventu agitur quotannis prima quadragesimae dominica *ὀρθοδοξίας* solemnitas, restitutis imaginibus, sub Michaele Theophili filio et Theodora, a Methodio religiosissimo patriarcha primum instituta; in qua diris devoventur haeretici cuncti, maxime sacris imaginibus infensi, eorum nominibus subiuncto confestim anathemate pronuntiatis, iustisque deo optimo maximo pro haeresi quacunque profligata persolutis gratiis. rem gestam paulo aliter ab auctore narrat anonymus bibl. Reg. *ἐμήνησε* (*Θεοδώρα*) *τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Μεθοδίῳ τοῦ δηλοποιῆσαι καὶ ἐπισυνάξαι πάντα ἄνθρωπον ὀρθόδοξον, ἀπό τε μητροπολιτῶν ἀρχιεπισκόπων ἡγουμένων, κληρικῶν καὶ κοσμικῶν, ὡς ἂν παραγένωνται ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ μετὰ τιμίων σταυρῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν. καὶ τούτων πάντων οὕτως γενομένων, καὶ ἀναριθμήτου πλήθους συναχθέντος ἐν τῇ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, παραγίνεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ μετὰ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου αὐτοῦ μητρὸς καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, ἀνὰ κηρὸν βασιλικὸν εἷς ἕκαστος αὐτῶν βαστάζων. καὶ ἑνωθέντες τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, καὶ ὁμοῦ μετὰ λιτῆς ἀπάραντες ἀπὸ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, μετὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων καὶ τοῦ*

τιμίου σταυροῦ καὶ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, κατῆλθον λιτανεύοντες μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τῶν λεγομένων Κτεναρίων. καὶ δὴ καὶ ἐκτενοῦς εὐχῆς γενομένης, καὶ μετὰ κατανύξεως καὶ δακρύων πολλῶν καὶ στεναγμῶν τὸ κύριε ἐλέησον εἰπόντων, ὑπέστρεψαν ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ μετὰ χαρᾶς πολλῆς καὶ λαμπρότητος, τὴν θείαν καὶ μυστικὴν λειτουργίαν ἐκτελέσοντες. καὶ οὕτως ἀνεστηλώθησαν αἱ ἅγιαι καὶ σεπταὶ εἰκόνες ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ τοῦ τιμᾶσθαι καὶ σέβεσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων τῶν πιστῶν. οἱ οὖν εὐσεβῶς κρατοῦντες μετὰ τοῦ σεβασμίου καὶ ἁγιωτάτου πατριάρχου Μεθοδίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μητροπολιτῶν καὶ ὁσίων ἀσκητῶν τὸ τηνικαῦτα ἐθέσπισαν τοῦ ἑορτάζειν τὴν ἁγίαν καὶ σεβασμίαν ἑορτὴν ταύτην ἐτησίως λαμπρῶς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἥτις καὶ μέχρι τῆς δεῦρο ἑορτάζεται. Goar.

t. II p. 149 v. 20. τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας] *omnes pontificum clericorum et monachorum ordines.* Goar.

ib. v. 21. τοῦ Καριανοῦ] ubi filiae Theodorae habitabant et palatium exstruxerat Mauricius. Goar.

t. II p. 150 v. 18. τούτου δὲ τὴν ὀλιγωρίαν] locus obscurissimus. ego sic intelligo, stipulatos fuisse pontifices et scriptis confirmasse, et salutem imperatori Theophilo impetraturos et veniam peccatorum suis ad deum precibus; quod et fecisse eos Zonaras scribit. eorum ergo promissorum ipsos admonet Augusta. et respondent se iis staturos, etsi Theophanes parum hoc curans minetur se suas iniurias deo iudice prosecuturum. Zilicum haeresis videtur chrisma contempsisse, quantum ex hac narratiuncula datur colligere; et usus sum voce perficere, quod in Graeco est τελειοῦσθαι, et sacramentis ii adscribunt. Xyl. de Zilicibus his et quibuscumque aliis haereticis chrismate reconciliandis Euchologium notis illustratum theologice tractat. Goar.

t. II p. 153 v. 14. Ζαγοράν] Mysiam inferiorem ad Haemum montem, cuius tractus ab incolis etiam Zagoria vocatur. idem habet Zonaras. Goar.

t. II p. 154 v. 10. πρωτομανδάτωρος] magistrianorum et praeconum praefecti, de quo supra. Goar.

ib. v. 14. Ἄμερ proprium nomen, Ἀμηρᾶς saracenicae dignitatis, id est ducis: ἀμερμουμνῆς est sacrorum principis non proprium sed appellativum. Goar.

t. II p. 155 v. 14. στρατηγὸς τυγχάνων τῶν Θρᾳκησίων] inferior scholarum domestico dux, qui partem tantum exercitus regeret, id est Thracicum thema. Goar.

t. II p. 156 v. 9. τὸν χοῦν ἐκεῖσε κατέθετο] credo ita intelligendum, voluisse Manuelum ibi sepeliri. Xyl.

t. II p. 157 v. 9. μετὰ τὴν τῶν ἀναφόρων διοίκησιν] lego ἀναφορῶν: quae in senatu aut alias acta essent, Theoctistus Theodorae erat indicaturus. sic et Zonaras; quanquam ἀναφορά fortas-

sis aliquid aliud potest significare, reditus nimirum publicos; quorum diligentem gessisse curam, et rei publicae utilem, Theodoram, ex eodem liquet. sed prius praefero, quia de Bardae interitu cum agitur postea, eadem vox sic usurpata est. Xyl. *acta referendi gratia* vertit Xylander. quaenam acta? non explicat. deinde profecturo quidem ad palatium Lausiacum Theoctisto logothetae mors erat parata: verum μετὰ τὴν διοίκησιν *post administratum iam munus*, non quasi in futurum *acta* in Lausiaco *relaturus* adhuc foret. satius dixero Theoctistum hunc ut logothetam aerarium administrasse, atque ideo coram imperatore vel eius consilio περὶ τῆς τῶν ἀναφορῶν διοικήσεως *de regiis reditibus et vectigalibus* illisque recte administrandis disserere debuisse; quo peracto μετὰ τὴν διοίκησιν τῶν ἀναφορῶν, *administrato munere*, in Lausiacum profecturus erat; quo in itinere mors parabatur. ἀναφορῶν autem hic lego ἀπὸ τοῦ ἀναφορά. alia enim dictio ἀνάφορον, eiusque plurale ἀναφόρων nullum sensum potest componere. vide auctorem p. 555. Goar.

t. II p. 157 v. 14. ἀσηκρήτεια] ubi secretarii conveniebant. Xyl.

ib. v. 20. ἑταιρείας] forte ex suis, qui in necem Theoctisti conspirassent. alioquin ἑταιρεῖαι sunt sodalitates, id est certus militum seu stipatorum aulicorum coetus, quarum mentio non infrequens. Xyl. Xylander *ex sodalitate*, ego ex *confoederatis* Imp. militantibus. Goar.

t. II p. 159 v. 5. τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίας παρίστη] hinc insuper confirmo λογοθέτην esse supremum praefectum aerarii. Theoctisto namque eo munere fungente occiso, ut quid Theodora quaestores istos adesse iuberet nisi ut quam, memorato praefecto e vivis sublato, non poterat populus et senatus habere notitiam aerarii a filio Michaele in sumptus inutiles dilapidandi, ipsa per quaestores, subiectos aerarii custodes ac ad manum administros, aliunde fidem faceret? Goar.

t. II p. 160 v. 11. δεδωκὼς τῷ ἰδικῷ ὥστε καὶ ταύτας χωνεῦσαι] forte sic: dedit eas privatis hominibus, qui cum eas gestare ipsis permissum aut decorum non esset, de iis conflandis auroque in usus suos vertendo cogitarunt, ut τῷ ἰδικῷ sit pro ἰδιώταις. quid si εἰδικῷ forte scripsit? et monetae percussor, qui formam auro imprimeret, sic appellatur? sed nescio. Xyl. *privato aerario*. Goar.

t. II p. 163 v. 23. Δαλακαίωνα] vicina sunt Melitenae et Armeniae loca hic enumerata. Goar.

t. II p. 164 v. 6. *Ptosontis*] ex Zonara pro πιώσοντα legi πτώσοντα. idem habet Δαλακαῶνα, Lalacaonem. videtur in hoc allusisse ad λαόν et καίειν. Xyl.

ib. v. 9. γυρισθῆναι] quadrat huic loco modernus huius vocis usus, quo non modo *in gyrum includere*, sed et *in fugam vertere, retro amandare* et his similia significat. Goar.

t. II p. 168 v. 2. Μαμοῦμ] is idem qui dignitatis nomine amermumnis modo vocatus est. Goar.

t. II p. 171 v. 16. *τοῖς τοῦ ἱπποδρόμου δικαστηρίοις*] ibidem fuisse *ἀσηκρήτεια* superius ex auctore p. 543 legimus. *Σεκρέτου* autem sive, ut cum Eusebio 7 30 loquar, *Σεκρήτου* nomine non *secretariorum*, ut vertit interpres, *curiam*, quin potius ipsorum iudicum, censendam existimo. et ut alia missa faciam, satis sit Nicetae in Alexio Manuelis filio testimonium: *τὸ τοῦ Θεοδώρου περικαλλὲς οἴκημα, ἐπάρχου ὄντος τῆς πόλεως καὶ τὸ τῶν οἰκειακῶν διέποντος σέκρετον, τῷ δικαιοδοτικῷ τε θρόνῳ ἐμπρέποντος.* Basilius etiam infra renovat *τὸν ἱππόδρομον, τόπων δικαστῶν.* GOAR.

t. II p. 172 v. 5. *καθηγεμών*] improprie *princeps*, proprie *superior et praepositus.* GOAR.

ib. v. 7. *τῇ δὲ τῆς οἰκείας νύμφης περιπλοκῇ*] et sic supra quoque, ubi de summovendo Theoctisto Bardas dicitur cogitasse. filium habuit Bardas Antigonum domesticum scholarum. XYL.

t. II p. 173 v. 18. *ἱδρυμένην νίκην*] in eadem porta labores Herculis sculpti usque hodie visuntur. Leunclavius. GOAR.

ib. v. 19. *Δεύτερον* loci nomen est, ut et Hebdomum. Secundum verteres, ut et Stenum, quod mox sequitur, Angustias, nisi Graecum proprium retinere praestaret. *πάγιαι* forte sunt *πήγματα.* XYL. obelisci et pyramides ad Deuteron erectae. Lexicon ms bibl. Reg. *πάγοι αἱ ἐξοχαὶ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πετρῶν.* GOAR.

ibid. *διαιταρίοις*] *excubias perpetuas agentibus.* GOAR.

t. II p. 175 v. 9. *τὸ Βένετον*] en tibi quattuor factionum ludis in equestribus colores, caeruleus viridis albus et roseus, quos aliis nominibus Simocatta Zonaras et alii vocant *ἠεράνεον, χλοάζον, πορφυροῦν καὶ ἄσπρον.* GOAR.

ib. v. 13. *πρωτονοτάριος*] *ὑπογραμματέων πρῶτος*, ut loquitur Damascenus Subdiaconus. GOAR.

t. II p. 176 v. 8. *ψωμοῦ*] ab hac voce *panem usitatum ψωμί* Graeci nuncupant. *ius* Xylander, sed insulse. GOAR.

ib. v. 9. *asbestotyrum*] caseum non exstinctum ad verbum sonat: quid rei sit, malo alios iudicare. id quidem apparet, caseum rudem et minimi pretii fuisse. XYL. *coagulum* calci dilutae densiori simile, unde audit *ἀσβεστότυρον.* *caseum non exstinctum* explicat Xylander: an illi quandoque arsit *coagulum?* utinam proverbium perciperet, *ὅτις ἐκάην εἰς τὸ ὀξυνόγαλον, φυσᾷ καὶ τὸ κουρκοῦτι*, *pultem exsufflat, qui coagulo adustus est:* in planis errans salebrosa non permearet, uno verbo, saperet. GOAR.

t. II p. 177 v. 4. *Κολωνείας πρόεδρος*] ad patriam Coloniam Asiae urbem, 68 locum inter episcopatus apud Codinum nunc tenentem, alludebat Grillus. GOAR.

ib. v. 8. *ἐκφωνήσεις*] orationibus, quas *collectas* vocamus, submissa voce perlectis, conclusiones sonora modulaque voce a sacerdote prolatae sunt *ἐκφωνήσεις.* GOAR.

ib. v. 14. *φελόνην ἀναστείλας κρούμασι χρῆσθαι*] obscura

mihi. Xyl. *casulam sacerdotalem* totum hominem ambientem *in brachia retorquens*. Goar.

t. II p. 178 v. 16. *septum cancellatum*, sive *rete ligneum* populum a sacrario dirimens, sunt κιγκλίδες τοῦ θυσιαστηρίου. Allatius. Goar.

t. II p. 179 v. 6. τὸν συντακτήριον ἐκπληρῶν] Zonaras τῇ θεομήτορι συνταξόμενος, clarius. sed supra D. Gregorius theologus perhibetur oratione syntacteria habita discessisse ab ecclesiae gubernatione; quae videtur de ecclesiae concordia et incolumitate constituenda fuisse. Xyl.

ib. v. 14. χῶρον] idem fere significat quod locus, τόπος. sed tamen hoc non tam visum fuit accipere pro proprio quam illud. Xyl.

t. II p. 180 v. 15. παρακοιμώμενος] is est qui superioribus saeculis κόμης τῶν ἐξκουβίτων dicebatur, cuius nempe nomine Graeco reddito Romana eius appellatio destitit in curia CP. huius vices *ad tuendum palatium tutandamque rem privatam* Luitprandus esse dicit 3 7. at non id exsequeretur nisi perpetuus palatii foret excubitor vel excubitorum praecipuus. an vero ut excubitor, sic quoque cubicularius asserendus cum Xylandro? non censeo. cubicularii etenim postremis saeculis semper eunuchi, Basilius παρακοιμώμενος vir integer exstitit. illi in penetralibus, hic ad fores stabat. illi denique κοιτωνῖται, κουβικουλάριοι vel alio quovis nomine dicti, huius nomen nil simile sonat. quin potius ei subditi excubitores ut variam appellationem sic diversum munus nacti ostenduntur inferius p. 567, qua dicuntur παρακοῖται et παρακοιμωμένου οἰκεῖοι, familiares addicti, uno verbo sub eius dispositione. Goar.

t. II p. 181 v. 15. Βασιλικοῦ δρόμωνος] ad Basilium hunc usque *dromonibus* vix utebantur imperatores, sed *Agrariis*. de utrisque Constantinus de Admin. Imp. toto c. 51 fusissime, Cassiodorus quoque Var. l. 5 16. Goar.

ib. v. 22. senarius primus Euripidis est, medius integer, si legas καὶ δεύτερον δέ. videtur autem alludere ad nomen Basilicini. alioqui non video qui ex imperatoria credamus fuisse remigem familia. Xyl.

t. II p. 182 v. 17. quale poculum sit discopoterium, non assequor certo. quid sit discus, alibi est explicatum. et polycandyla suspicor esse corruptam ex semilatina vocem, ut sint πολυκάνδηλα candelabra multas recipientia candelas. qua coniectura facile patiar firmius aliquid monstrari. Xyl. *discus* reponendo pani eucharistico, et *calix* vino consecrato recipiendo, sunt δισκοποτήριον. Goar.

ib. v. 18. πολυκάνδυλα] ex pluribus auctoribus in Euchologio adductis repono πολυκάνδηλα. funale variis lychnis ornatum, e laqueari ecclesiae pendens ac luminibus eam totam illustrans. Goar.

t. II p. 192 v. 12. *τῆς πνευματικῆς ἀδελφότητος*] ad instar adoptionis qua quis alterius adscribitur filius, *ἀδελφοποίησιν*, qua sibi alienum fraterno amore deinceps prosequendum, utriusque fortunae participem, consiliorum ac subsidii auctorem, perpetuo amicitiae nexu devinciunt, excogitavere Graeci. haec tamen ut antiquis legibus ignota, familiis nocua, pravorum consiliorum origo ac nefandorum facinorum adiutrix, posteris ecclesiae nec non imperii legibus proscripta fuit et damnata. antiquum tamen eius in ecclesia celebrandae ritum Euchologium asservat; damnationis Ius Graecoromanum, Blastares, aliique Graecorum iureconsulti manifestum proferunt testimonium. GOAR.

t. II p. 194 v. 23. *τῇ ῥάβδῳ*] sagitta, puto, aut spiculo missili. sane apud Latinos poetas calamum quoque pro sagitta poni observatum est, nimirum quod ex calamis fierent sagittae. Virgilius "*cum Daphnidis arcum fregisti et calamos.*" Horatius "*calami spicula Gnosii.*" XYL.

t. II p. 195 v. 11. *διὰ τὴν βασιλικὴν ἐφεστρίδα*] ob religionem erga regia quaeque, vel ne purpurae insidens tyrannidis affectatae aliis opinionem, sibi periculum induceret. GOAR.

ib. v. 19. *στράτωρσιν*] *ἱπποκόμοις equisonibus.* hi *πρωτοστράτωρα* praefectum habebant, *τῶν ἱπποκόμων πρῶτον*, non ut sub eo vilibus obsequiis equos curarent, sed ut stabulorum nobiliorem praefecturam gererent, et imperatori, si forsan eques iret, obsequerentur. de quibus Codinus. GOAR.

t. II p. 196 v. 3. quid sit *βαρδούκιον*, barducium, incertus sum. credo fuisse balistam aut aliquod teli vel iaculi genus. XYL. *βαρδούκιον securiculam* interpretatur Meursius. quo argumento? quia ad zonam appenditur, quia proiici potest, et ferae caput dissecare. divinat, et nihil ad rem depromit. "*diu ante me torsi antequam vocabuli huius significatum exquirere possem,* scribit Leunclavius Onomastico secundo. ait vero ibidem: *Bardac urceus, lagena figlini operis, aquae gestandae facta. qui barducium imperatoris gerit, intelligitur ille qui lagenam aqua plenam gestabat eques ad usum imperatoris. retinuerunt et Turci hoc officium: nam inter iuvenes illos tres qui sultano sunt intimi cubicularii, unus est kinptar, qui potus sultani curam gerit et semper aquam pro sultano secum vehit eques in lagena, sicut olim ea solebat etiam pro imperatore Graeco in barducio vehi.* GOAR.

t. II p. 203 v. 7. *in Eidixo*] locum videtur haec vox significare, fortasse in quem suum quasi peculium quoddam imperator reconderet. XYL. *Εἰδίξῳ*] legit Curopalates *εἰδικῷ*, auctor superiore p. 544 *ἰδικῷ*. ex quibus coniecturam non levem decerpo *εἰδικῷ* reponendum; et pro privato, regio tamen aerario sumendum, in quo non adeo servatur quam cuditur et signatur moneta. nil communius quam aerarium publicum et commune, quo publica vectigalia, ut modo narraturus est auctor, exiguntur et communes omnium redituum red-

duntur rationes, γενικόν vocari. εἰδικόν igitur γενικῷ respondeat oportet, sicut generi species et privatum communi. at leve est, inquis, acumen, ubi auctoritas vel ex historia locus deficit. utrumque dicto facturus fidem depromo. Leon et Constantinus AA suis in legibus tomo 2 Iuris Graecoromani insertis aerarii ministros instructuri, praecipuos memorant titulo 7, quaestorem, τὸν ἐνδοξότατον κόμητα τῶν θείων εἰσοδίων, gloriosissimum comitem sacrarum largitionum, qui logotheta est τοῦ γενικοῦ, cui mox adiungunt τὸν ἐνδοξότατον κόμητα τῶν θείων εἰδικῶν, gloriosissimum comitem sacrarum privatarum, eum de quo in praesenti quaestio movetur. solidas ex auro machinas, arbores, animalia, variam supellectilem repererat reconditam in thesauris profusus Michael: nummos ex ea conflaturus χαράξαι δέδωκεν τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ. παραπλησίως δὲ ἐποίησεν, inquit auctor p. 556, καὶ ἐν ταῖς στολαῖς βασιλικαῖς, ὧν αἱ μὲν ἦσαν ὁλόχρυσοι, αἱ δὲ χρυσοῦφαντοι, δεδωκὼς τῷ ἰδικῷ (lego correctius εἰδικῷ) ὥστε καὶ ταύτας χωνεῦσαι. cui? nisi de quo nuper dixerat δέδωκε τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ, ut vocabulum παραπλησίως sensum eundem consequatur. non fuere tamen signata, eaque Basilius imperium adeptus reperit. ubi? ἐν εἰδίξῳ scribit Cedrenus, vel ut superius ἐν ἰδικῷ, Curopalates ἐν εἰδικῷ. uno verbo in privato aerario vel conflatorio, quo principis εἶδος *species* et *vultus* monetae imprimitur. paucis Zonaras: δέδωκεν εἰς τὸ κοπῆναι νόμισμα δι' αὐτῶν, ἅτινα ἐκείνου φθαρέντος ἔτι σωζόμενα ὁ μετ' αὐτὸν βασιλεύσας Βασίλειος ἀνεκομίσατο. GOAR.

t. II p. 203 v. 10. *instrumentum*] musicum puto, ὄργανον, *ein Orgel oder Instrument.* de Genico annotatum est principio operis. XYL.

t. II p. 204 v. 8. τὸ λεγόμενον γενικόν locus in quo τὰ δημόσια τέλη εἰσπράττονται. GOAR.

ib. v. 9. παρὰ τοῦ δημοσίου] a publico *exactore.* GOAR.

ib. v. 11. εἰς τὴν εἰρημένην διατριβήν] nullum hic nomen proprium proprie loquenti Xylandro: *iudicii locum* absque iudicio notat, in ficta Diatriba. planus auctoris sensus. *ad locum memoratum*, γενικόν nimirum, de quo illi sermo erat. GOAR.

t. II p. 206 v. 11. Τεφρικῆς] urbs haec et quaecunque in sequentibus loca memorata sunt Cilicum versus Armeniam et Armeniae minoris loca. GOAR.

t. II p. 209 v. 13. ταινιωθεὶς στεφάνοις] semel suscipiens imperium, et secundo quandoque triumphans, coronabatur imperator. primae coronationis insigne στέμμα est Codino, alterius huius τροπαιουχία eidem c. 6. ita Georgius Coresius in Epistolis. GOAR.

t. II p. 210 v. 4. τοῦ Χαρσιανοῦ] Cappadociae loci. GOAR.

t. II p. 212 v. 6. non assequebar quid sibi illud πάτρων vellet, an parentes vel maiores, quod vix quadrat, cum ab ipso Chrysochire captus dicatur Pulades, an patronum significaret, itaque eum σαρκάζων appellaret. itaque omisi. XYL. Chrysocheiris olim capti-

vus Pulades recte vocat eum *πάτρωνα*: hac namque voce ex Italica *patrone* deducta dominos etiam hodie compellant Orientales captivi. alias Hesychius: *πάτρωνες οἱ πρῶτοι τῶν ἀξιωθέντων τῆς Ῥωμαίων πολιτείας*. GOAR.

t. II p. 213 v. 7. *Λοῦλον*] castellum munitissimum Tarso vicinum, de cuius situ et commodis auctor superius p. 552 C. GOAR.

ib. v. 14. *τῷ Ἀργαίῳ*] Ptolemaeus 5 6: *ὄρη ἀξιόλογα διέζωκε τὴν Καππαδοκίαν, τό τε Ἄργεον*. GOAR.

t. II p. 214 v. 16. *Adapam*] apud Zonaram est Adata. sed rursus noster Adapam vocat in Constantino Leonis F ubi eam expugnatam a Barda Phoca refert. paulo ante pro *Ἀναβάρζης* legi *Ἀναζάρβης*, quae est Dioscoridis medici patria, urbs Ciliciae nota, etiam alias facta ipsius in re simili mentione motus. XYL.

t. II p. 216 v. 4. *Κουρτῶν*] forte Cretibus: nam Cretam quoque Agarenos tum tenuisse liquet. nisi si quid est aliud: nam Turci, quod ad elementa, magis huc quadrarent, quam quod ad rem. XYL. *Κουρτῶν*] *Curti* versus Coloniam et Mesopotamiam populi, exinde parta victoria in Cappadociam abducti, longe positi a Cretensibus, quos hic ob exilem et ieiunam allusionem comminiscitur Xylander. GOAR.

t. II p. 218 v. 23. *Chrobatae*] eos esse credo qui Crabatae dicuntur, unde Croatia sive Crabatia. paulo infra hi Scythae omnes Slavini dicuntur. *Ῥαούσιον* est Ragusium, etiam Zonarae. XYL. *Χρωβάτων φημὶ καὶ Σέρβων*] de singulis hisce populis ac eorum a Romanis defectione longam historiam texit Constantinus imperator toto de Admin. Imp. commentario. GOAR.

t. II p. 219 v. 21. *δρουγγάριον τῶν πλωΐμων*] Leo in Naumach. *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλωΐμου καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλώϊμοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντό ποτε τοῖς ἄνω χρόνοις*. GOAR.

t. II p. 220 v. 4. *Λογγιβαρδία*] ex quo Ravennae morati sunt ac in Longobardia principatum exercuerunt Orientis imperatores, alium quemcunque locum in Italia sibi relictum, Calabriam scilicet Campaniam et Apuliam sive magnam Graeciam, cuius Barium hic memorata civitas est, *Λογγιβαρδίαν* nominaverunt. Constantinus de Admin. Imp. c. 27. GOAR.

ib. v. 19. nolui mutare *Δολῖχον*. corruptum est ex *Λοδοῖχον* aut simili: nam historiae docent Ludovicum secundum tunc Occidentis imperatorem fuisse. quem noster, qui suis amplius vellet tribui, regem modo Franciae, sicut et Carolum magnum supra, vocat, huius avum. XYL. *Φράγγους* a Francis sibi mage notis quoscunque Latinos vocant Graeci; eoque maxime tempore quo vix a Francis distinguerentur Germani, Ludovicum secundum Germaniae regem, Lotharii successorem, facile fuit auctori *ῥῆγα Φραγγίας* celebrare. de legatione porro Basilii Chronicon a Pithoeo editum: *dicto anno* (873) *mense Ianuario, circa Epiphaniam, Basilii Graecorum impera-*

toris legati cum muneribus et epistolis ad Ludovicum regem Ratisbonam venerunt, atque ei inter cetera xenia crystallum mirae magnitudinis, auro gemmisque pretiosis ornatum, cum parte non modica salutiferae crucis obtulerunt, qui honorifice suscepti et congrua responsione accepta redierunt ad sua. Goar.

t. II p. 221 v. 4. *ὁ ἄρχων Φραγγίας*] Ludovicus iunctis armis cum fratre Lothario Capuam, Beneventum, deinde Barium Saracenis eripuit. Seodas quoque eorum princeps captus ac cum suis a Ludovico trucidatus refertur a Leone Ostiensi 1 37 et 38. apud quem de quovis principe Saracenorum fortunae ludibria irridente altum silentium. veritatem historiae require p. 142. Goar.

t. II p. 225 v. 10. *πλοῖα μέγιστα*] a Saracenis vocata *κουμπάρια*, inquit, ac inferius *ἃ δὴ γαλέας κατονομάζειν εἰώθασι.* Goar.

t. II p. 228 v. 18. *quod baptismum*] divinavi, verbis etiam obscuris interpretandis. credo, quia baptismo eiurato fuissent Saraceni facti et recutiti, eum hoc voluisse dicere, cutim ipsorum propriam non esse sed religioni consecratam. altero supra versu *κατὰ νῆσον* verti per insulas: nondum enim erat recepta Creta. Nasar apud Zonaram vocatur Narsas. Xyl.

t. II p. 231 v. 5. *πρωτοβεστιάριος*] rei vestiariae prae reliquis hic praeerat. Meursius de illo clare, docte, fuse v. *βεστιάριος.* Goar.

t. II p. 232 v. 16. *πρώτου τῶν ἱπποκόμων*] qui *πρωτοστράτωρ*, de quo alibi. Goar.

ib. v. 22. *ἑταιρείας ἄρχοντα* uno vocabulo *ἑταιριάρχην* vocat Codinus, *confoederatorum ducem*, de quo iam abunde superius. Goar.

t. II p. 233 v. 14. *οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε*] in margine *τυφλοσκοπιήν.* est autem Homericum, Iliad. *κ'* de Apolline et alibi. Xyl.

ib. v. 21. *τῶν ἀρχιστρατήγων*] Michaelis et Gabrielis caelestis exercitus ducum, a Graecis simul praecipua veneratione cultorum. Goar.

t. II p. 236 v. 11. *Diaconitzes*] credo filium Chrysochiris fuisse, eius qui supra ostenditur interfectus. alioqui famulum significat vox, forma diminutiva, a diacono, ut Theophilitzes pro Theophilo. Xyl.

ib. v. 19. *Διομήδην*] cuius templum *ἐξώπορτα*, extra urbem fuisse ostendit Euchologium. Goar.

ib. v. 23. *τῶν πρωτοσπαθαρίων*] *σπαθάριοι* satellites sunt, at spatha armati: qui praeest, *πρωτοσπαθάριος*, qui etiam imperatorem ense accingebat. Goar.

t. II p. 238 v. 11. *aedem, ut ait poeta, vigentem*] *νεὼν ἡβόωντα.* sane est scribendum *ἡβώωντα.* qui error me monet ut pro *νεών* sentiam fortassis *νέον*, ut est apud poetam, scripsisse Cedrenum, aliquos suspicaturos. ego tamen allusisse modo eum ad

locum Homeri suspicor, neque voluisse templum adolescentis nomine afficere. sed νεών (hoc est ναόν) finitima appellatione dixisse: res est non magni momenti, et elegantia non usquequaque elegans. allusit autem ad Phoenicis verba Iliad. 9: οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώωντα. quod propter imperitiores annoto.

t. II p. 233 v. 11. *ad Fontem*] ἐν τῇ πηγῇ: proprium puto, vel κατ' ἐξοχήν. paulo post plurali numero ἐν πηγαῖς ad fontes verti. δοξολογοῦντας paulo post verti doctores, coniecturam secutus, quod iis non minus quam cantoribus probabile sit aucta aut facta stipendia. Xyl.

t. II p. 243 v. 24. ὁ γενικός] intellige λογοθέτην. Goar.

t. II p. 244 v. 8. τοῖς πολιτείας μαγίστροις] plerisque magistri nomine passim in hac historia insignitis, an officiorum vel militiae, etc. ubi vox occurrit, veniat intelligendus, potest oriri discrimen. at sane cum 24 posterioribus saeculis hac dignitate conspicuos fuisse referat Luitprandus alibi memoratus, πολιτείας μαγίστρους ab auctore vocatos, regii consistorii et secretioris consilii assessores coniiciendos semper sum ratus. cui coniectura non placebit, is si potest, auctoris verba in alium sensum retorquebit, sicut haec alia Constantini de Admin. Imp. c. 51: Λέων ὁ βασιλεὺς φιλοτιμότερόν πως πρὸς τοὺς μαγίστρους καὶ πατρικίους καὶ οἰκείους συγκλητικοὺς διακείμενος, quibus dignitatem communem et rem publicam suis consiliis iuvantem, qualis erat patricia et senatoria, magisteriam fuisse manifestat. Goar.

t. II p. 245 v. 3. ἀνεξίσωτος] ἐξισωτής Suidae Graecisque modernis est censor et exactor; iuxta Blastarem is qui terras et agros inter vicinos possessores ex aequo dividit, quique tributi principi pendendi perpensis uniuscuiusque divitiis et possessionibus mensuram praefigit. *peraequatorem vectigalium in urbe regia* vocat Cassiodorus Var. l. 6 form. 6. ἀνεξίσωτος vero nulli huiusmodi subiectus est exactori vel peraequatori. Goar.

t. II p. 249 v. 8. *Hagiopolita*] apud hunc et similes scriptores sicut regia urbs Cpolis loco, ita et pro Hierosolymis saepe urbs sancta κατὰ περίφρασιν ponitur, quod animadvertas facile. atque probabile est de Hagiopolita intelligendum Hierosolymaeum. Xyl.

ib. v. 11. *Harmonianorum*] Zonaras non ἁρμονιανῶν, ut noster, sed ἀρμενιανῶν habet, Armenianorum. ex hoc loco apparet ius designandi ac suffragiis eligendi patriarchae Cpolitani fuisse penes Heracleae episcopum. praeses est πρωτόθρονος, principem in consessu locum habens, quales (puto) nostri decani. Xyl.

ib. v. 12. κατὰ πόδας δὲ Στέφανον] hallucinatur Xylander sive interpres sive scholiastes. bifariam errans emendatur. ut interpres hoc pacto. *e vestigio in eius locum Leo fratrem suum Stephanum patriarcham designat ac promovet, quem quia tum episcopus Heracleae non numerabatur inter vivos, Theophanes*

Caesareae primatialis antiquae vel praecellentioris sedis antistes, ac ideo primas inter alios obtinens, ordinavit et consecravit. scholiastae errorem veritas refellit, quae imperatori patriarcham designandi ius ubique attribuit, reservata Heracleensi episcopo, quod ei primitus fuisset subiecta CP sedes, eum consecrandi auctoritate, in cuius locum eo mortuo Caesariensis dioecesis *πρωτόθρονος* ad hoc munus suffectus est. qui enim antiquitus ante patriarchatum erectum *ἔξαρχοι* erant et primates, ii nunc *πρωτόθρονοι*. GOAR.

t. II p. 252 v. 18. *τῆς νέας ἐκκλησίας*] a patre Basilio in palatio in honorem D. Nicolai exstructae ac ubertim dotatae, de qua p. 588. GOAR.

ib. v. 22. *Angaeo*] Hagio Zonarae. sed profecto qui per id tempus Francorum fuerunt reges, quod ego invenire possim, talem generum non habuerunt. et amplius inquirendum censeo. haec sane in Caroli Crassi imperium incidunt, paulo ante gesta quam eo mortuo Berengarius Ticini ex duce Fori Iulii contra Arnulphum imperatorem Romanorum rex Italiae est creatus. forte Hugo hic dux Longobardiae dictus fuit. sed nihil habeo comperti, nisi si is est Hugo ille Lotharii regis Lotharingiae ex pellice Vualdrada F Lotharii imperatoris N. quem constat ex historiis eo ipso tempore quo Leo non ita pridem imperator Cpolitanus factus est, Godefrido Frisiae regi sororis suae marito auctorem fuisse rebellionis contra Carolum Crassum imperatorem. ceterum id notum est, Cpolitano imperio subiectos a nostro hic et alibi Romanos dici, neque eum imperatores Germanos pro imperatoribus aut Romanis agnoscere. de qua re et supra monui, et nisi hoc observetur, multa absurde accipi oportet, ut (verbi gratia) quae in primo anno Nicephori Phocae de Italis opera Romanorum (sic vocat Cpolitanos) liberatis etc. XYL. *Ἀγγαίων ὁ Λογγιβαρδίας δούξ*] bene quadrant hic Constantini de Admin. Imp. c. 27 verba: *ἰστέον ὅτι ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις κατεκρατεῖτο ἡ πᾶσα ἐξουσία τῆς Ἰταλίας, ἥ τε Νεάπολις καὶ Καπύη καὶ Βενεβενδὸς τό τε Σαλέρνον καὶ ἡ Ἀμάλφη καὶ ἡ Γαΐτη καὶ πᾶσα ἡ Λογουβαρδία* (sic scribit ille) *παρὰ τῶν Ῥωμαίων δηλονότι.* haec itaque Longobardia non Insubrum sed Campanorum et Apulorum fuit regio, de qua alibi, cuius dux iste Angaeon privatus princeps. etenim nonnisi aevo sequente a Normannis tota Italia Graeci penitus fuerunt eiecti. *γαμβρός* etiam non *generum* modo sed affinem quemcunque ex parte uxoris significat. GOAR.

t. II p. 253 v. 4. *ἐπὶ τῆς τραπέζης*] tres imperatoris mensae proxime serviisse manifestat Codinus c. 7 n. 21, quorum hic, *ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης*, tertius est. *παρίσταται πρῶτος οὗτος δὴ ὁ μέγας δομέστικος ἐγγὺς τῷ βασιλεῖ, μετὰ τοῦτον ὁ τῆς τραπέζης δομέστικος, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης. stat magnus domesticus proximus imperatori* (honoris gratia), *post eum domesticus mensae* (cibos divisurus), *post istum praefectus mensae* (eosdem mensae appositurus). n. 33. *τὸ δέ γε παναγιάριον ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης λα-*

βῶν ἐπάνω τίθησι τῆς τραπέζης. hoc *dapiferi* officio Russorum dux, si fidem mereatur Nicephorus Gregoras l. 7 a Constantino fuit ornatus. Goar.

t. II p. 253 v. 16. βασιλεοπάτορα] nomen illud dudum Iulio et Tatiano benevolis sibi fratribus imposuerat Marcianus: ἐὰν τοῦτο ἐκ θεοῦ γένηται πατέρας ὑμᾶς ἀνακηρύξω. et paulo infra: Τατιανὸν καὶ Ἰούλιον μεταπεμψάμενος πατέρας αὐτοὺς ἀνεκήρυξε. verum benevolentiae gratitudinisque erga fratres, non muneris et dignitatis illis, velut Zautzae, fuit appellatio. Goar.

t. II p. 255 v. 3. quorum h. l. mentio fit Ungrorum (nam sic perspicue appellantur, ut et a Zonara, quamvis alii Ugros legant), ii haud dubie sunt qui hodie Ungari dicuntur. Xyl. Turcos hic cum Ungaris confundit interpres, quos auctor particula coniunctiva καί prodit diversos. eos autem intellige Scythas Chazaris vicinos, quorum contribules Monomacho regnante Persiam sibi subiecerunt. auctor de illis fuse, nec non Constantinus de Admin. Imp. c. 38. Goar.

ib. v. 12. τὸν κοιαίστωρα] de eo, prout ultimis temporibus officium administrabat, Ius GR. parte 2 latissime. Goar.

ib. v. 13. Κωνσταντινάκιον] Constantini ὑποκοριστικόν, quod Latinis Constantinulus. Goar.

t. II p. 258 v. 9. *filia Babylonis*] imprecatio ex psalmo, ut videtur, 134 desumpta. Xyl.

ib. v. 10. *epeicta*] ἐπείκτης. hoc vocabuli quid significaret, non assequebar, quanquam si coniicere libeat putarem esse παρὰ τὸ ἐπείγειν, fortassis operarum exactorem. nam ab urgendo quidem dicitur: sed quos homines aut quas res urserit, sciant alii. Zonaras πήκτην scripsit. quid autem est πήκτης? fabrum vix puto. hic meam coniecturam exponam libere in re nullius aut non magni, ut apparet, momenti. πηκτίς instrumentum est sive multarum chordarum sive alias varium concentum edens; quod non tam ex lexicis didici, quibus non temere credo, quam ex Plat. 3 πολιτειῶν. verba sunt: τριγώνων ἄρα καὶ πηκτίδων καὶ πάντων ὀργάνων ὅσα πολύχορδα καὶ πολυαρμόνια δημιουργοὺς οὐ θρέψομεν. iam ea fuit Cedreni et huius farinae scriptorum licentia dicam an audacia, ut citharoedum aut musicum facile illis fuerit πήκτην nominare. eius vitii (non enim est nisi vitium) exempla subinde iis legendis deprehendes. quid si ergo is πηκτής musicus fuit, atque adeo ille ipse musicus eunuchus (cui nomen musici facile ab arte potuit fieri, si quidem Copronymo Iconomacho et aliis potuit imperatoribus et aliis praeterea summis viris ab aliqua actione imponi, aut vero καλεῖσθαι pro cognominari poni ab homine nihil minus quam proprietatis studioso) qui occasionem Bulgarico bello sua avaritia praebuit, fretus gratia in qua apud hunc Zautzani fuit; quod eo erat facilius, si eum generis propinquitate attigisset. haec ideo libuit annotare, quod scio hac diligentia adhibita doctos viros saepe magnis bonorum scriptorum vulneribus medicinam fecisse. interim nihil mutavi, ut si quis sciat Epicta

quid sit, dicere possit eo liberius. hoc addo, cognomentum epictae infra poni Christifero Andronici F in Basilio Romani F de Duro oppresso. de Samonae et omnium calumniatorum privilegio hic neque quaeri volo, neque exemplis productis rem qualis sit explicare. Xyl. ἐπείκτης qui alio nomine ἐξουσιαστής, de quo auctor p. 442 et nos ibidem. Zonaras scribit πήκτης, Leo ἐπήκτης, uterque mendose. Goar.

t. II p. 259 v. 3. προκοίτων] παρακοιμωμένων τοῦ κοιτῶνος sacri cubiculi custodum, scribit Codinus. Goar.

ib. v. 11. διανομὴν ψυχικῶν sic verti in genere, ea quae post mortem pro salute animae defuncti a propinquis fierent. fortassis fuit aliqua eleemosynae distributio, quod διανομῆς vocabulum videtur velle. et quia non est expressum quo gradu cognationis Zoam attigerit Basilius, speciei vocabulum, ut assolet, communiter posui. certe nostram coniecturam de musico hic locus videtur valde approbare. Xyl. Xylander: *ut iusta persolverentur.* emendate: *ut eleemosynas a Zoe amita testamento relictas pauperibus distribueret.* ψυχικόν enim eleemosyna est et quodcunque pietatis opus pro anima curanda susceptum. vox quoque διανομῆς ignarum quemvis erudit. Goar.

ib. v. 21. ὁ μυστικός] Meursius civilem magistratum interpretatur, *senatorem* nimirum *secretioris consilii,* Iunius *secretarium:* mihi neuter arridet, licet ab eis ex integro non dissideam. longius autem a senatorio est μυστικοῦ munus, ceu militare et militaribus aliis a Codino c. 2 annumeratum, ipse nonnisi militiae impenditur, ceu μυστικὸς τῶν σχολῶν *militiae scholarumque mysticus.* eiusdem quoque vestis c. 4 n. 33 nil senatore dignum refert; et si functio ab eodem Codino quaeratur, ex nomine, inquit c. 5 n. 41, patescit. uno verbo μυστικὸς τῶν σχολῶν est qui secreta principis ad stipatorum exercitusque scholas defert, qui quietem et ordinem indicit, qui silentiarium vetustum inter modernas scholas agit. idem Iuris Graec. l. 2 Manuelis Comneni Novella 3 et Alexii Comneni 2 fisci regii ex parte una et ecclesiae ministros ex altera de iuribus suis dissidentes conciliare iubetur: εἰδήσεως ἀκριβεστάτης διδομένης τῷ κατὰ τὴν ἡμέραν μυστικῷ, ὃς καὶ ὀφείλει καὶ ἄμφω οἰκονομεῖν, regia nempe et ecclesiastica iura. si violentius ex ecclesiarum praediis aliquid illi exegerint, παρὰ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν μεγαλεπιφανεστάτου μυστικοῦ καταναγκαζόμενος εἰς τὴν ἐπενεχθεῖσαν τινὶ τῶν ὑφ' ὑμᾶς κτήσεων βλάβην ἀποθεραπεύσουσιν αὐτῇ. Goar.

ib. v. 22. τὰ κατὰ τύπον κλητώρια] τύπους esse statuta, leges etc. apud hos scriptores saepe observatum est. κλητώρια haec puto fuisse solennia convivia sive epulas, quibus Augustus et Augusta et proceres interessent. in Iustiniano magno ad annum eius trigesimum mentio fit κτητορίων δωδεκαημέρων, quae hoc loco collato, si legas κλητορίων, duodecim dies durantia convivia videri possint.

haec corriget aut augebit, si cui res est notior. Xyl. v. supra in Iustiniano. Goar.

t. II p. 259 v. 23. Ἄνναν] filiam, qua praesente velut Augusta, convivia de more celebrarentur. Goar.

t. II p. 260 v. 17. *de suggesto*] ἄμβωνος, *lettner, porkirchen.* partem templi editam, quales columnis suffultae aut parietibus affixae vel in adytorum vestibulo in altum exstructae hominibus recipiendis in templis visuntur. Xyl.

t. II p. 261 v. 7. tetraodium videtur hymnus quattuor partibus seu carminibus constans fuisse. sed quid illud Cyri Cosmae sit, viderint alii. psalmi verba ex usitata versione apposui. Xyl. hymnus quattuor odis constans sabbato magno cantandus in Triodio, libro totum quadragesimae officium continente, qualis sit agnoscitur. Goar.

ib. v. 8. Cosmas hic Maiumensis fuit episcopus Damasceni praeceptor et plurium sacrorum hymnorum auctor. κυροῦ diminutive pro κυρίου. vox integra clarioribus, diminutiva κυρός inferioribus, κῦρ humilibus conceditur. Goar.

ib. v. 18. ἀστεφής] secundas leviore poenitentia multant, tertias etiam graviori subiiciunt, quartas omnino reprobant ac damnant nuptias Graeci. eam ob rem ad coronam Augustarum more suscipiendam Zoem hanc Carbonopsinam nunquam admitti passa est Orientalis ecclesia. Goar.

t. II p. 262 v. 7. τῇ Τριπόλει] Syriae. Goar.

t. II p. 263 v. 20. *nervos incidit*] nempe ut sui insequendi atque ex fuga retrahendi commoditatem imperatoris ministris praeriperet. ceterum in Graeco est ἠγκυλοκόπησεν, quod verti pro sententia. Xyl. magis arridet uncis vel ferris acutis pedes et ungulas perforasse quam nervos equorum Samonam praecidisse. fugam enim latere cupiebat, et vox ἀγκυλοπῶ a scissione est aliena. Goar.

t. II p. 265 v. 6. καθηρέθη] ab iis qui, ut praemisimus, quartas Leonis nuptias omnino illicitas censuerunt. Goar.

ib. v. 7. *ob hoc factum*] nempe quod quattuor uxores unam post alteram duxisset: nam prior illa Zautzaea Zoe concubina nihil ei obfuit. quid autem sit μιτατώριον (*ib.* v. 9) mitatorium, nescio. de mitatis dictum aliquid supra. et fortasse fuit fani pars quaedam, quasi profana, et iis etiam accessa qui sacrorum usu arcerentur. nam quid antiquitus in ecclesia fieret, hic nolim disputare, cum apud leviculos Graecos subinde appareat aliquid mutatum. mitatum nomen fuisse synagogae Saracenae, in Isacio Angelo memorat Choniates. sed id huc non multum facit, nisi quod horum quoque synagogas apparere possit certis metis fuisse inclusas. non multo post rursus mitatorii huius fit mentio. Xyl. τὸ μιτατώριον cubiculum ad latus altaris, in quo fessis a labore cantoribus mensa frugalis, panis scilicet et vinum, apponebatur. a *mensa* istiusmodi μινσατώριον sive μενσατώριον cum eruditissimo Allatio legendum putamus in Euchologii notis. ad eum porro locum ceu sacris exclusus et excommunicatus

a patriarcha habitus, ne iuri suo renuntiaret aut oppositum sentientes offenderet, preces facturus et sacris utcumque interfuturus secedebat imperator. Goar.

t. II p. 265 v. 10. *παρακοιμώμενον* intimum verti cubicularium, qui prope imperatorem cubaret; atque sic alibi etiam versum vellem evidentiae causa. *Γαλακρηνῶν* lactis fontes sonat. Xyl.

t. II p. 266 v. 1. *κατὰ ταυτόν* est simul. ego autem sane non puto hoc voluisse Leonem, ut simul tot uxores, sed ut una mortua altera duceretur. quod ipsum fecisse atque ideo ut impium a patriarcha fuisse excommunicatum apparet. nihil tamen volui mutare. Zonaras habet *κατ' αὐτόν*, ipsius, vel suo exemplo: id est, ut quartae Leonis nuptiae non Leoni modo non vitio darentur, sed idem aliis imitari impune liceret. post *κηδεστήν* affinem verti: quod generne an socer aut quid tandem fuerit, ignorarem. Xyl.

t. II p. 267 v. 22. *τοῦ πραιτωρίου*] quo rei in carceribus nec non Saraceni ob profanam religionem detinebantur, ut iam iam narrabit auctor. Goar.

t. II p. 270 v. 17. *μὴ ἀθέατα*] lege *εὐθέατα*: id enim sensus videtur exigere. Megisto Coetonitae propria duxi. alias verti possent, maximo cubiculario. Xyl.

t. II p. 271 v. 15. *στολὴν κοσμικήν*] quam Latina ecclesia *saecularem* vocat. Goar.

t. II p. 272 v. 19. *πιττάκιον*] *charta, schedula,* maxime ex pelle chartacea sive pergameno. Goar.

t. II p. 273 v. 13. *τὴν συνήθη προσηγορίαν*] quam L. Verus apud Herodianum, Iulianus apud Marcellinum, Tiberius apud Simocattam, apud alios alii imperatores leto proximi leguntur habuisse. Goar.

t. II p. 274 v. 19. *facto silentio*] edicto, arbitror, ut alibi quoque. Xyl. non *edicto* vel *silentio*, sed *concilio* ponendum arbitror, ut alibi quoque. Goar.

t. II p. 275 v. 8. *κληρικός*] ecclesiae magnae vel cuiuscunque metropoleos clero adscriptus et ecclesiastica dignitate vel officio insignitus est *κληρικός*: a quo *τὰ κληρικάτα ὀφφίκια* apud Balsamonem in Epist. Basilii ad Amphilochium. Goar.

ib. v. 20. *ῥαίκτωρα*] *rectorem domus* hunc vocat Luitprandus 5 c. ult. Goar.

t. 276 v. 18. *στοιχεῖον*] sic vocat rem, quae magicarum artium vi alicuius hominis fortunam gubernet, qualis (verbi gratia) in Romano Lacapeno Simeoni Bulgaro statua in Xerolopho fuit, qua truncata is periit. fere simile aliquid poetae habent de fatali Meleagri stipite, et Apollonius in Argonautico carmine de Hamadryade, libro secundo. unde *στοιχειωματικοί* magi dicti, qui in res certis notis et incantationibus vim quandam ad aliquid praestandum putabantur conciliare. et *στοιχειοῦσθαι* verbum, magicis artibus aliquid moliri. et passive infra de ea statua *ταύτην γὰρ αὐτῷ ἐστοιχειῶσθαι*: nam

hanc ei vi quadam magica esse fatalem, εἰς τὸν Συμεὼν ἐστοιχειῶσθαι. Xyl. positio stellarum vitae cuiuscunque praedominans est στοιχεῖον: unde *fortunae auctorem, sortem, fatum, genium, spiritum noxium* vel *benevolum* vox significat. Goar.

t. II p. 278 v. 23. πρώτου τῶν ἱερέων] πρωτοιερεύς, qui et πρωτοπαπᾶς, sive τῶν ἱερέων ὁ πρῶτος archipresbyter est, et in magna ecclesia ad sanctum altaris tribunal (non ita ubique) secundas a patriarcha obtinet. Codinus. Euchologium. Goar.

t. II p. 279 v. 24. *ad circum pergit*] atqui erat eo exclusus, nisi alia fortassis porta intrarit, aut de alio, quod arbitror, circo loquatur. Xyl.

t. II p. 280 v. 4. *remigibus*] ἐλατῶν, quia remigio naves impellunt. πλωΐμους habet Zonaras, quod idem est, socios navales. Xyl. remiges non plebeios aut tumultuario lectos intelligi non opinor: ut enim ἑταιρεῖαι, de quibus loquitur, *confoederatorum* erant *selectae turmae*, ita et remigum dromonem imperatoris agere consuetorum; de quibus Constant. in Admin. Imp. c. 51. auctor infra p. 615: εἰ ἔχει ἄνδρας εὐειθεῖς, καὶ γενναίους καὶ τὴν βασιλικὴν ἐρέττειν ἐπιτηδείους τριήρη. Goar.

ib. v. 5. ἅρματος arma verti: neque enim curribus usi sunt; et hanc vocem, quo modo multas, Graecam fecit, ut supra quoque monui. Xyl.

ib. v. 18. *Chaldiensis*] vox obscura et, ut puto, falsa. Xyl. Armeniae portio est Χαλδία versus Syriam. vox autem Xylandro falsa est et obscura. Goar.

t. II p. 281 v. 14. ἔπαρχος] vindicandis criminibus vacavit ultimis temporibus, unde et in praetorio reorum ergastulo domum ex officio deputatam habuit. auctor plerisque locis. Goar.

ib. v. 18. τῆς ἐν Χρυσοπόλει Δαμάλεως] locus ita dictus κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἐν τῷ κίονι ἱσταμένην λιθίνην δάμαλιν, trans Bosporum Thraciae, Chrysopoli. auctor paulo infra p. 617. Goar.

t. II p. 282 v. 21. epirriptarium Graecam vocem retinui, quae cucullam aut aliud quod capiti iniiceretur tegmen videtur significare, παρὰ τὸ ἐπιρρίπτειν. Xyl. *mandyas*, Latinorum *pallium*, cunctis vestibus ἐπιρριπτέον, a Xylandri *cuculla* diversum, ut patet ex Codino c. 6 n. 2. Goar.

ib. v. 22. apud Zonaram contrarium huius loci legitur, dissiluisse nimirum hanc pacificationem; quod probabilius et verius puto. mox enim rursum sine violatae pacis mentione refert Simeonem in Thraciam grassatum. Xyl.

t. II p. 283 v. 18. λαβεῖν εὐχήν] officia ministeriaque publica non sine caelestibus auspiciis et ecclesiae votis suscipiebant Graeci. unde patricius ab imperatrice renuntiatus Constantius confestim, de more, precationem ad consecrationis instar suscepturus in ecclesiam pergit. reperitur in Euchologio recens cuso in patricii ac curopalatae promotione. Goar.

t. II p. 283 v. 21. *drungarium vigiliae facit*] repetii ἀπὸ κοινοῦ verbum προχειρίζεται, utpote non existimans officium unius ἑταιρειάρχου duobus commissum fuisse, quod verba ambigue posita prae se ferre videntur. Xyl.

ib. v. 24. *si patricio honore insigniretur*] πατρίκιος τιμηθείς. forte sic fuit vertendum, Bogas patricius promittit, etc. ut non hoc operae praemium rettulerit, sed iam ante patricius in se receperit rem. est enim ambiguus locus. quis autem sit ille princeps principum, ἄρχων ἀρχόντων, nondum didici. Xyl.

t. II p. 285 v. 12. ὁ πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου] habebat imperator clerum proprium in palatio, in quo variae erant ecclesiae, ut S. Stephani, ducum caelestium, Elisaei et aliorum; cleri illius praefectus erat πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου. Goar.

ib. v. 17. τοῦ ἱκανάτου] agminis ita dicti. auctor infra: τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἱκανάτων. Goar.

t. II p. 291 v. 2. ἀκόλαστος ὄχλος] alludit ad Euripidis locum, qui est in Hecuba. Ioannis Leonis successor est Garidas, quod cognomen hic addidit etiam Zonaras. Xyl.

t. II p. 293 v. 13. *tertia Galilaeae*] εὐαγγελισμόν vocari festum diem quo memoria recoli solet laetus de Christo incarnando nuntius a Gabrielo D. Mariae virgini oblatus, apparet. quid autem hoc Galilaeae sit, nescio, ac videtur mendosum: pro eo Zonaras pascha habet. Xyl. ipsius paschalis hebdomadis feria tertia. Leo Grammaticus: τῇ τρίτῃ τοῦ πάσχα τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας. pari modo κυριακὴν τοῦ Θωμᾶ, τοῦ ἀσώτου, τῆς Σαμαρείτιδος etc. vocant dominicam qua Thomae, prodigi, Samaritanae etc. evangelicas lectiones percurrunt. Goar.

ib. v. 22. quod Romanus Leoni opprimendo adeo studuit, cum quo paulo ante foedus fecisse dicitur, id nimirum novae necessitates pristinis praelatae efficiunt. *da liebers kam, war leiders aus.* nam oppresso Leone, sub se habuit et generum et imperium. Xyl.

ibid. χρυσόβουλλον *diploma regium* sive *regiae literae, sacrae,* puniceo colore scriptae, quibus cum aureo sigillo, βοῦλλα, Caesareae imaginis fieret impressio. διὰ σφραγῖδος χρυσῆς ἀσφαλίσασθαι dixit auctor supra p. 178 et 615 A. Goar.

t. II p. 294 v. 11. qui τουρμάρχης, is et μεράρχης, ταγματάρχης, et ut scribit Leo Constitut. 3, ποτὲ καὶ στρατηλάτης. ac ut Constantinus Themat. 1, οἱ δὲ λεγόμενοι τουρμάρχαι εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτάχθησαν. σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τὸν ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας τοξοφόρους πεντακοσίους καὶ πελταστὰς τριακοσίους καὶ δεξιολάβους ἑκατόν. Goar.

t. II p. 296 v. 3. *curatore manganorum*] id est, balistarum et aliorum id genus tormentorum, ut alibi. Xyl. ut palatii et illius aerarii curam gereret, sicut regiae praecipuae curopalates. circa *machinas* et *balistas* nugatur hic scholiastes. Goar.

ib. v. 4. *cum is venatum exiret*] fortassis, cum apud Cyne-

gium (loci nomen, forte ubi in urbe venationes edebantur) prodiret. Xyl.

t. II p. 296 v. 22. *die sacrorum luminum*] puto esse quem alias purificationis Mariae vocant, *Liechtmesz.* Xyl. caecutit Xylander in lumine, et quo purget oculos collyrio opus est illi, ubi purificationis diem interpretatur, qui, ceu notissimus, Theophaniorum esse dignoscitur. Goar.

t. II p. 297 v. 4. *soli duo*] obscurus locus. forte Constantino domi relicto et spreto Romanus cum filio, utpote imperatores, sacram pompam duxerunt. de procensu alibi dictum. tribunalium locus tribunalis videtur. Xyl.

t. II p. 298 v. 20. *τὸν σακελλάριον*] quem thesauri praefectum et custodem sub logothetae dispositione positum existimo. Pancirollus in Notit. Imper. Or. c. 47. Lexicon anonymum bibliothecae Regiae: *σακέλλιον βαλάντιον.* Goar.

t. II p. 299 v. 14. *ἔκ τε τῆς ἑταιρείας καὶ τῶν ταγματικῶν*] *ex confoederatorum et subditorum ordinibus.* Goar.

t. II p. 302 v. 1. *ἁγίας σοροῦ*] dubito de hoc loco. *σορός* tumulum significat et sepulchrum. forte fuit aedes in Blachernis, sepulchri in quod Christus depositus fuit similitudinem referens, quale Spirae Nemetum suburbanum, et alia alibi visuntur, *zum heiligen Grab.* et fit mentio paulo post. Xyl. templum est illud, in cuius sacratiore loculo sanctissimae deiparae vestis et zona in Blachernis asservabantur. Goar.

ib. v. 5. Chaldia regio est, ut apparet, Syriae, hoc quidem loco. nam in Nicephori Phocae imperio diserte Calabriae adscribitur. ex Basilio Romani F ubi Phocae contra Durum res gestae describuntur, Iberiae vicinam fuisse Chaldiam videri potest.

ib. v. 17. quod sit manglabitae, vel ut supra scriptum est, manglabitae officium, nescio. talia videntur etiam mysticus et stypeiota et quem alias *ῥαίκτωρα*, paulo post ipse *παραδυναστεύοντα* videtur dicere, quasi vicarium imperatoris. Xyl. *τῇ τοῦ μαγγλαβίτου ἀξίᾳ τιμηθείς*] an non *μαγγλάβια* merebatur Xylander experiri, qui tam dure Cedrenum *ἐμαγγλάβισεν?* at nescivit, inquit. is itaque cornicularius et clavicularius dicitur apud Pancirollum in Not. Imp. c. 11, et est unius cohortis principem stipantis praepositus, et ad eius nutum, ceu sententiis reorum exsequendis praefectus, sontes quosque ab eo damnatos, eodem spectante, castigat. eam Bardariotarum fuisse suo tempore Codinus refert, de quibus: *κρέμανται δὲ ἐπὶ ζώνης ἑκάστου τούτων λῶροι, οὓς καλοῦσι μαγγλάβια* (sic ille scribit) *ἤγουν βακτηρίας ἢ ῥάβδους, μαστίζειν τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι.* Leo Grammaticus: *ἀποστέλλει μαγλαβίτην* (ita legit ille) *τὸν Μαυροθεόδωρον ξίφει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν.* Turcae a Graecis plura mutuati ad conspectum imperatoris praecursorem habent *μαγγλαβίτην* (*buiurdi* sua lingua vocant), ad eius nutum reum quemque suppliciis extremis subiicere paratum. ac princeps ipse, regia deposita plebeiaque assumpta

veste, vicos circumit nonnunquam et anfractus viarum, si cuncta in pace ordine quiete composita sint exploraturus: sin tumultuantes rixantes incompositos ac imperii iussa spernentes cives aut militiae adscriptos comperiat, a manglabitis viae comitibus ac suppliciorum instrumentis iam prius instructis extemplo corripi iubet, simulque poenis vel neci tradi, omissis iudiciorum tardis ambagibus, imperat. Goar.

t. II p. 304 v. 7. *παραδυναστεύων*] imperatoris amicus, qui nimirum consiliis et monitis imperatori in administranda re publica fideliter assistit; quem nunc imperii subadiuvam et publici status administrum vocitare solemus. is quoque in palatio morabatur. iam iam enim *καταβιβάζεσθαι τοῦ παλατίου*, ex eo deturbari, simul tamen *συγχωρεῖσθαι εἰσέρχεσθαι προσκυνεῖν τὸν βασιλέα*, ut ad imperatorem veneraturus ac salutaturus accederet, potestatem accipere conspicietur. Goar.

t. II p. 305 v. 1. *ὠμοφόριον* vestem b. virginis ibi repositam. Goar.

t. II p. 307 v. 5. *ad hoc usus consilio Cosmae*] *καὶ ὑποθήκῃ* etc. *καταβιβάζεται*. hunc locum, secutus coniecturas et ea quae sequuntur, ita legi, ut si *καί* non ante *ὑποθήκῃ* sed ante *καταβιβάζεται* esset scriptum. apparet enim Cosmam genero suo favisse et in affectando regno consiliis iuvisse, quare et magistratus ei fuit abrogatus, ut minime credam hoc iudice vel auctore mysticum fuisse aula pulsum. Xyl.

ib. v. 21. *Chrabatos*] *χραβάτων* habet Zonaras. nos *χορβατίας* vitiose, literis traiectis. post Susurbulus, deinde Sursubulus scribitur. sicut postea Aposblathus et Aposalathus Melitenus. utrum rectius esset ignorans, utrumque reliqui. sic Cracas et Cracrâs infra in Basilio, et alia alibi quoque multa id genus, quae persequi nolo. Xyl.

t. II p. 308 v. 4. *στήλης simulacri, statuae.* ei namque caput deiecit imperator. Goar.

t. II p. 309 v. 6. *βασιλικὸν κληρικόν*] qui ecclesiis in palatio inclusis ministrabat. Goar.

ib. v. 7. *Μεσημβρίᾳ*] ad confinia Thraciae et Haemi montis radices, iuxta Anchialum sita. Goar.

t. II p. 310 v. 6. *ἀποβάθρᾳ*] *locum ubi e navibus exire solent, ἀποβάθραν* Xylander exponit; sed p. 623 *excensionis locum.* falso utrobique: est enim *tabulatum ligneum* ad instar domus in maris portu exstructum, ibidem descriptum, quo etiam convivia nuptiasque celebrare potuerint Romanorum et Bulgarorum principes. *ἀναβάθραν* potius, ut frequenter scripsit Codinus, legerem, nisi me versus auctorem religio et repetita vox detineret, qua nihilominus idem ac *ἀποβάθρας* indicari percipio, *tabulatum* videlicet portui terraeque contiguum, in quod e dromone Romanus imperator exsiliret, Petrus autem Bulgariae regulus e terra conscenderet, ac

ambo de pace collocuti placide convivarentur. attendantur auctoris verba p. 623 citata, nec non et haec Manuelem et sultanum Turcarum Chrysopoli collocuturos describentia apud Phranzis interpretem: *ibi triremi in tentorium sive tabernaculum sibi paratum concessit. imperator cum filiis in triremibus edebant ac bibebant, et inter se ipse et ameras partes mittebant.* Goar.

t. II p. 313 v. 6. *κοσμίτην* vocant architecti Graeci totam epistelii compagem ex coronide zophoro et ei subiecta trabe coagmentatam, *corniche, frize et architrave,* quod columnarum aedificium *κοσμεῖ ornat,* sic dictam. Germanus in Mystagogia *κιγλίσιν καὶ στήθεσι* sive *κιονίοις,* cancellis et columnis populum ab altare seiungentibus, *κοσμίτην* imponit. Constantinus de Adm. Imp. idem exsequitur: *ἵστανται δὲ καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον κάστρον καὶ κίονες πυκνοὶ ἔχοντες ἐπάνω κοσμίτας.* Goar.

ib. v. 13. *cum nollet * sed*] locus est mutilus. credo sic integrandum: cum nollet, imperator vi cum eum deturbare vereretur, quaesivit etc. in margine librarius annotavit *ὅρα καὶ μητροπολίτου κακόνοιαν καὶ ἀρχιερέως ἀπλαστίαν.* id, puto, *ἀπλαστίαν* dicit, quod Tryphonis animus non erat ita formatus ut artes istas intelligeret. quid si *ἀπληστίαν* scribere voluit, quod non exsaturaretur legitima patriarchatus administratione? Xyl.

t. II p. 315 v. 23. *ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ*] Annam nuptam simul, et imperialis honoris consortem renuntiatam indicat auctor, nuptiarumque coronas sicut et imperii uno die suscepisse. Goar.

t. II p. 319 v. 9. *Hugonem regem Franciae*] imo vero, ut historiae loquuntur, Italiae. sed in his rebus neque noster neque ceteri huius farinae scriptores fuere diligentes. Constantinum Porphyrogenitum intellige non Romani filium Constantinum, sed Leonis, cum cui ut genero imposuit Lacapenus, et ipso in ordinem redacto ac circumscripto fere solus cum suis filiis imperium gessit. Porphyrogennetorum primus commemoratur Copronymus, a conclavi palatii cui Porphyrae (fortassis quod purpureis tapetibus vel aulaeis esset exornatum) nomen, in quo natus esset; ac fortasse etiam reliqui, utpote genuini et suo loco nati imperatores, loco eo puerperiis destinato. noster Leonis F etiam infra sic exprimit, in primo Nicephori Phocae anno. Romanum Constantini F Leonis N Romanum tertium optime dices, ne cum altero Romano confundatur, Romani N Christiferi F. nomen filiae Hugonis traditur Bertha Eudoxia. Xyl. quem *περίβλεπτον* nominat Constantinus de Adm. Imp. c. 26, patrem habuit Adelbertum, matrem Bertam, avum Lotharium Ludovici Pii filium. magnae Franciae rex, ut verbis Constantini utar, nusquam fuit, sed comes provinciae sive Arelatensis. ab Italis vocatus, eiecto Rodulpho, Italiae regnum obtinuit; unde *ῥῆξ Φραγγίας* a Graecis appellari meruit. filiam Bertam ex concubina genitam, Sigefredo Parmensi episcopo sponsae duce, iungendam Romano Constantini Porphyroge-

niti filio Cpolim misit, ac Eudoxiae nomine deinceps audivit insignitam. GOAR.

t. II p. 319 v. 13. *demi*] id est pagi: sic enim Cicero convertit Atticos *δήμους*. ceterum aut *βάθρα* pedes significant, aut *στήθεα* quoque aliud quam communiter. XYL. *δῆμοι*] prominentes tectorum tabulatorum petrarumque ex aedificiis facies, suggrundae et coronae parietis, sunt *δῆμοι*, ut qui populum prospiciant. *βάθρα* diximus supra esse suggesta sedesque lapideas partibus imperatorem excepturis, ipsisque excipiendis, iuxta palatium dispositas. *στήθεα* columellae sunt ordine dispositae ac superposito longiori epistelio iunctae, circumiecti clatri, circumdata septa et repagula, sive cancelli humiliores, spatio suo interiore receptos a circumstante vel irruente turba propugnantes. Germanus in Mystagogia non longe ab exordio: *τὰ κιόνια ἤτοι τὰ στήθεα διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ, καὶ κάγκελλα.* his tribus verbis expositis, plana est mens huius sententiae. *violenti ventorum flatus exorti sunt, quorum impetu suggrundae tecti et parietum decidentes et lapsae suggesta sedesque sibi subiectas, nec non et repagula comminuerunt et contriverunt.* Xylander quasi e scena risum facturus. *violentus ventus exstitit,* inquit; *et corruentes qui vocantur demi, contriverunt eorum qui infra erant pectora atque pedes.* GOAR.

t. II p. 320 v. 13. Elis historia ex principio librorum sacrorum Samueli est notissima. et narratio de Edessena imagine est, quanquam secius atque hic, supra exposita. XYL.

ib. v. 14. *Πρώτην*] Hellesponti ad CP insulam. GOAR.

t. II p. 324 v. 11. *poeta ait*] sensus est: sicut calor alius alio vehementior est, ita Stephani quoque astum et conatum maiore Porphyrogeniti calliditate ac studio fuisse impeditum et irritum factum. XYL.

ib. v. 23. *Πανόρμῳ νήσῳ*] Hellesponti insula. GOAR.

t. II p. 325 v. 1. *Τερεβίνθῳ*] in eadem Propontide. GOAR.

t. II p. 328 v. 2. *ὑπὸ Ἰωάννου*] ab Othone imperatore, scribit Curopalates, cui veritas historiae subscribit. GOAR.

t. II p. 329 v. 7. *mortua virgine*] ait se id supra quoque dixisse. sed in nostro codice, eo ipso loco quo eam quinque annos cum Romano vixisse dicitur, librarius quaedam, puto, omiserat, quae ab alio deinde sunt, ut et aliis locis, inserta. certe haec cum superioribus non congruunt, quod satis habui annotare. et quod hic paulo ante Ioannes Francorum sive rex sive imperator dicitur, horum neutrum historiae consentit, cum per id tempus Romanorum imperatores fuerint Henricus Auceps et Otto, cuius paulo post fit mentio, Saxones, in Gallia autem regnarint Ludovicus et eius filius Lotharius. XYL.

ib. v. 16. *τοῦ σημαντῆρος τῆς ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ*] excidit vocabulum haud dubie: nam quorsum refertur illud *ἐν αὐτῇ?* quale vel instrumenti vel armorum genus arripuerit, non possum divinare.

σημαντῆρα accepi pro custode, quem Homerus pro pastore ponit, Iliad. ο' 325: σημάντορας οὐ παρέοντος. et μῆλα ἀσήμαντα Iliad. κ' 485, quae pastore sunt destituta. παρὰ τὸ σημαίνειν, quod est ἐπιτάττειν, mandare. quomodo et σημάντωρ accipi potest initio Odyss. ρ'. sed quid hic significet, obscurum relinquo. Xyl. nullam σημαντῆρος significationem agnovit Xylander, cum tamen signis clarissime personet. est enim *crotalus*, lignum oblongius, quadrum, modice tenue, malleolo quatiendum, ut excitato sono a sacerdote fidelibus in ecclesiam veniendi signum detur. est etiam σημαντὴρ ferrea lamina bacillo ferreo ad fores ecclesiae in expositum finem verberanda, de qua, sicut et de signis e ligno, docte, ut solet, Allatius libro de recentioribus Graecorum templis. hoc itaque sive ligneo seu potius ecclesiae ferreo aereove *signo manibus arrepto*, ἐν αὐτῇ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο, *ingressos in eam* (*ecclesiam*) *Saracenos invadebat*, *propulsabat*, *debellabat strenuus ille sacerdos.* Goar.

ib. v. 19. ἐπεὶ μὴ ἔπειθε] Xylander: *cum admissionem non impetraret.* verius: *cum ut sibi facinus condonaretur non persuasit*; id est impetravit. Goar.

t. II p. 331 v. 1. *Leonem demeritus est*] in textu est perinde scriptum ac si ad triumphatum Apolasaerum referretur, munera ei et honores ab imperatore obtigisse; quod absurdum puto, et ad eum retttuli cuius opera hostis captus et triumpho exhibitus esset. neque enim solebat triumphatis post pedibus pressas eorum cervices imperator gratiam ullam facere; et si novo hoc exemplo factum fuisset, vel maxime annotanda erat insolentia. Chabdanus autem Chalepi ameras fuit, ut in Romano tertio noster docet. Xyl.

ib. v. 4. τὸ Χάλεπ Berroea Syriae, hodie *Alep.* Goar.

ib. v. 14. *quos ceperat*] ἐζώγρησε. locus videtur decurtatus. et hos ante hanc apparet expeditionem captos fuisse. Xyl.

t. II p. 332 v. 21. κώνων δὲ καρπούς] vidit in Lexico Xylander κῶνον, *areae metam* et *pinorum fructum* significare; palearum *metam* sibi elegit, pinorum vero fructus permisit inscius Theophylacti equis. Goar.

ibid. Θάσια] alias λεπτοκαρύα, nuces Ponticae seu avellanae. Goar.

t. II p. 333 v. 20. δομέστικον τῆς ἐκκλησίας] praeterit hunc officialem catalogus Codini: geminum domesticum noster exhibet τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, *primarium* videlicet *dextri sinistrique chori cantorem*, quibus alius τῶν ψαλτῶν δομέστικος praeponitur, omnibus πρωτοψάλτης. Euchologium. Goar.

t. II p. 335 v. 5. τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων] Graeci, Romani imperii successores, Ῥωμαίους *Romanos* se usque in hodiernum diem iactitaverunt. veros autem *Romanos*, id est Latinos, Cedreni voce ἑσπερίους Ῥωμαίους appellant. Goar.

ib. v. 6. *Ioannes Alberici filius*] is est Ioannes 12 papa,

Alberici consulis Romani filius, de quo vide historicos. Ottonem magnum Romanorum imperatorem regem Francorum vocat; de qua re supra monui. cur autem hunc Polyeucto similem dicat, non video. Xyl.

t. II p. 335 v. 13. *τὴν τετάρτην ἠγάγετο γυναῖκα*] de quarum nuptiarum iure vid. Arcudius l. 7 Concordiae. Goar.

t. II p. 339 v. 17. *εὐχὴν παρά τινος τῶν ἱερέων λαβεῖν*] manu sacerdotis longa precum serie praemissa consecrantur apud Graecos monachi, de quibus Euchologium. preces illae solemnem reddunt monachorum professionem. Balsamon. Goar.

t. II p. 340 v. 12. *σταυρώμασι καὶ πασσάλοις*] palis nimirum in terram fixis, et clavis ligneis ad invicem tenacissime iunctis: *σταύρωμα* namque *palus* est. Hesychius: *σταυροὶ οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες, χάρακες, καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα, ἀπὸ τοῦ ἑστάναι ἢ ἐκ τοῦ εἰς τὴν αὖραν ἵστασθαι.* Eustathius: *σκόλοπες ὀρθὰ ξύλα καὶ ὀξέα, ἃ καὶ σταυροὺς ἐκάλουν.* Goar.

t. II p. 344 v. 5. *ἐκρεωφάγουν*] nefandum monachis Graecis facinus, etiam aegrotis. Goar.

t. II p. 345 v. 1. *annos tres*] in Graeco est XIII *ιγ'*. sed falsum esse hoc, non Zonaras modo, sed multo certius numerorum ratio docet. confer enim hunc annum cum anno qui ad mortem Constantini patris eius est annotatus: invenies intervallum annorum non amplius trium. Xyl.

t. II p. 346 v. 15. *Methymnae*] supra Mitylenae fertur fuisse in exsilio, sive is error est librarii, sive interea Mitylena Methymnam translatus Stephanus. utraque urbs est in Lesbo insula. Xyl.

t. II p. 347 v. 3. cometopoli sunt dicti quasi pulli (id est filii) comitis. Xyl. dictio *πῶλος*, vernacule *ποῦλος*, alteri adiecta *filium* simul et diminutivum quid sonat. sic *ἀρχοντόπουλον filium nobilis, βασιλόπουλον regis filium, regulum,* et tandem *κομητοπούλους comitis filios* vocat auctor; et ut subdit *παῖδες τῶν μέγα δυνηθέντων ἐν Βουλγαρίᾳ κομήτων.* infra p. 694: *κόμητος ὄντες παῖδες καὶ διὰ τοῦτο κομητόπωλοι κατονομαζόμενοι.* Goar.

t. II p. 349 v. 9. *non enim aptus erat*] in margine, *τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ τυραννήσας γέρων προσεχῶς ἐκεῖνος Ἀνδρόνικος.* noti sunt de plebe versus Lucani, quibus Bringas contrarium malo suo fecit "*nescit plebes ieiuna timere.*" Xyl.

t. II p. 352 v. 6. *ἐπιτίμια δευτερογαμούντων*] laudatur a Graecis monogamia, bigamia toleratur et multatur, *τριγαμία* invisa est, *τετραγαμία* prohibita est penitus. cui vero poenae subiicitur *διγαμία*; biennali sacramentorum orbitati; de qua Nicephorus in Canonibus, Basilius Euchologium et canonistae Graeci. rationem si quaeras, incontinentiam cohibent et puniunt. Goar.

ib. v. 20. *πρωτοπαπᾶς*] *ecclesiarum palatii archipresbyter.* speciose de eo loquitur Xylander, et *pontificum palatinorum principem* facit. strenuum pontificii nominis vindicem agit. Goar.

t. II p. 355 v. 12. *notum Dandulpho*] temporum supputatio et aliae quaedam coniecturae me movent ut hunc credam esse eum quem historici nostri Rudolphum vocant, Burgundiae regem, et Italiae contra Berengarium. haec et alia multa haud temere apud alios scriptores inveneris. Xyl. *Πανδούλφῳ* potius crederem legendum, nomine Latinis usitatiore. contemporaneum autem Constantino octavo, Nicephoro huic Phocae et Ioanni Zimisci successori Pandulphum, Capuanum et Beneventanum principem, *ῥῆγα Λογγιβαρδίας* hac de causa vocatum ab auctore, bella etiamnum cum Graecis gerentem memorat Baronius annis 957 et 968 ex Chronico Longobardorum Beneventanorum principum. Goar.

t. II p. 359 v. 1. *Μακροϊωάννην*] Ioannem a corporis proceritate sic dictum. Goar.

t. II p. 362 v. 6. *videantur*] desunt multa. librarius: *λείπει ἓν φύλλον, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἀντιγράφου.* possunt ea utcunque ex Zonara repeti: nam alioqui noster est in multis copiosior. Xyl. supplevimus ex Scylitze. Goar.

t. II p. 364 v. 22. pro Anabarza Anazarbam legerem. et Drizium apud Zonaram est Drizibium. post defectum enumeratio est urbium, quas de Agarenis recuperavit eo bello Nicephorus. Xyl.

t. II p. 365 v. 13. *στρατοπεδάρχην*] *castrorum mensoribus praefectum, metatorem praecipuum.* Goar.

t. II p. 368 v. 7. *ad Taxeidium*] locus videtur fuisse ubi vectigalium aut pensionum rationes ducerentur. Xyl. *ταξείδιον* est *navigatio seu iter mari conficiendum,* quo subditi gravantur, cum insperato advenientem imperatorem suscipientes donis conciliant, comitatum alunt, abeuntem etiam prosequuntur muneribus, ac sibi necessariis ad vitam destituuntur. quae de taxidio profert Xylander, ridicula sunt. Goar.

ib. v. 15. *immobilibus bonis*] *ἀκινήτοις.* non dissimulabo studiose me hac usum voce, quae ambiguitatem retineret. nam et fundi sunt immobilia bona, ac quicquid eo genere censetur: et ego tamen magis hoc puto intelligi de aeternis, quas vocant, donationibus, heredem in perpetuam successionem obligantibus; qualibus amplificata esse bona quae ecclesiastica dicuntur, non est obscurum. nolebat, puto, unum aliquem imperatorem alii praescribere successuris quantum ex suo fisco decidere cogeretur huic vel huic monasterio, homo bello magnus, quod *οὐ σιτεῖται μετρούμενα.* ergo si quis vellet largiri, id sine praescriptione et in praesens (semel pro semper, quod aiunt) putabat praestare fieri. nam vix credo eum prohibuisse ne quis fundum donaret, praesertim privatus. sed reditibus perpetuatis fretos sacrificos videbat *σπαταλᾶν.* lector sequetur quod volet. omnino autem male apud hoc genus historicorum audiunt, quotquot bello rem publicam tuentes et augentes non ditarunt sacrificos. Xyl.

t. II p. 369 v. 11. *τεταρτηρόν*] Zonaras scribit de hexagio vel sextula (nam *ἑξάγιον* lego) eum redegisse *τεταρτηρόν.* quod sic

intelligo, posterioris nummi ad priorem fuisse eam proportionem quae est bessis ad assem, ut maior minoris esset sesquiplus. nam ut a 6 *ἑξάγιον*, ita a 4 *τεταρτηρόν* videtur dictus. ut si vetus 6 (verbi gratia) obolos, novus 4 obolos appendisset. *ἔξοδον* pro sumptu videtur bis hic posuisse. Xyl.

t. II p. 370 v. 4. *praedictum enim*] librarius non inepte *καὶ μὴν ἔδει μᾶλλον αὐτὸν διὰ τοῦτο διηνεκῶς τοῦ παλατίου διάγειν ἐκτός*. Xyl.

ib. v. 10. *muro enim absoluto*] haec ad Nicephorum pertinent, male cum prioribus connexa. Xyl.

t. II p. 379 v. 4. *quorum hic quintum*] id verum esse nullo modo potest, cum omnino uterque natus sit patre Romano 3, antequam mater Theophano Phocae Nicephoro imperatori nuberet. ex iis quae Panvinius, homo longe diligentissimus et peritissimus, annotavit, deprehendere potes Basilium 14, Constantinum 12 circiter annum isto tempore egisse, quo ad imperii societatem sunt a Zimisca adsciti, a qua vitricus eos vel propter aetatem arcuerat, vel saltem nihil praeter nomen habuerant. nam in fine Basilii Zonaras ait etiam cum Phoca eos imperasse. Panvinio adstipulantur quae initio horum imperii multo quam haec aptiora leguntur apud nostrum et Zonaram habent testem. Xyl.

ib. v. 7. *πρόεδρον*] eius munus fuit in cives et rem publicam praefecto urbis non absimile: is enim in lexico anonymo bibl. Regiae dicitur *ὁ τῆς πολιτείας ἀρχηγός, ἡγεμὼν καὶ πρῶτος*. nisi malueris a consiliis praecipuum affirmare, cum Constantinus Romani filius statim sub primis imperii auspiciis tres simul *προέδρους* creaverit, scholarum domesticum, protovestiarium et drungarium, quos non officiis adaugere sed in negotiorum administrationem magis secretam advocare potuit, et iam communi facta dignitate praecipuum ex eis *πρωτοπρόεδρον*, ut habet Curopalates et Ius GR, constituere. Goar.

t. II p. 380 v. 16. *διαρραγῆναι δὲ καὶ τὸν τόμον*] exstat in Iuris Graecoromani volumine l. 2, in quo, quae Nicephori Novellas revulsit, Basilii Porphyrogeniti sanctior Novella subiungitur. Goar.

t. II p. 391 v. 16. *dux fuisset*] nobilis est in historiis his Ducarum familia. sed hic officii nomen esse non dubito. neque enim arbitror easdem fuisse Ducarum et Phocarum familias. et cum alibi, tum in principio Basilii Romani filii invenies hanc vocem pro duce positam. rursumque praefectum Thessalonicae Theophylactum Botaniatem *δοῦκα* vocat, alias *ἄρχοντα* et *στρατηγόν* appellatum. sic et Antiocheae et Iberiae *δούκας* in Constantini fratris imperio. *θεῖος* autem et hic et alibi significat patris fratrem: nam Leo curopalates (de qua voce alibi dictum) frater fuit Nicephori Phocae imperatoris, filius Bardae Phocae, quem pater imperator factus Caesarem crearat. Xyl.

t. II p. 391 v. 22. *paludamento*] ἐφεστρίς hic ponitur, quod et supra pro stragula veste, qua equus integeretur, positum videtur. ego non multam proprietatem istarum vocum apud hunc scriptorem deprehendi, itaque verti liberius talia. porro circum haec loca aliquoties per Occidentem Cpolis et quae ei in Europa adhuc suberant, per Orientem Asianae provinciae sunt intelligendae, ne quis imperitus Italiam hic somniet. quod autem Theodora Zimiscae uxor, a Cedreno filia Constantini Leonis filii et soror Romani tertii a nostro dicitur, idem est fere apud Zonaram. Panvinius alios (puto) auctores secutus, filiam Romani 3 ex Theophanone Anastasia facit, sororem scilicet Basilii et Constantini 10. Xyl.

t. II p. 395 v. 23. *dissipatis qui ibi*] librarius in margine haec adscripsit: *θαυμάζω εἴπερ οὐκ ἦν τότε τοῖς βαρβάροις δόρυ στιβαρόν, δι᾽ οὗ τὸν τοιοῦτον ἂν ἐκώλυσαν τῆς ἀναβάσεως.* quod videtur eo pertinere, quia sane dilutae sunt hae narrationes; et tanta facinora diligentius per circumstantias describenda sunt, ne figmenta potius videantur et ineptiae. nam quin saepe unius hominis virtus contra multos hostes subsistat ac vincat, non est dubium historica fide. sed unum aliquem eo modo quo hic scribitur in murum evadere, multis desuper armatis hostibus videntibus, videtur *τῶν ἀδυνάτων*. verisimile est quod Zonaram innuere apparet, eum loco aliquo defensoribus vacuo murum tenuisse, itemque alios; inde in propugnatores facto impetu, iis profligatis, reliquis adscendendi facultatem parasse. non multo artificiosior est infra in Basilio de Ibatza excaecato narratio, ubi tanti facinoris auctor hostis potuit multitudinem hostilem armatam et frementem manus motu sedare et oratione demitigare, quae ne magistratum quidem semel concitata audire solet. Xyl.

t. II p. 397 v. 16. *τῆς ἁγίας ἀναστάσεως*] quae vox non integra est scripta, nota tamen S ostendit non *ἀναστασίας*, non *ἀναστασίαν*, sed *ἀναστάσεως* legi debere. itaque accepi de Christi a mortuis resurrectione, eo facilius quod paulo post festus D. Georgio dies commemoratur, qui fere non multum abesse post pascha solet. de Anastasi et Anastasia noster supra alicubi. Xyl. *Ἀναστασίας* templum *ἀναστάσεως* quoque miraculo famam accepit: hinc promiscua vocis utriusque usurpatio: hic pro Christi resurrectione sumitur. vide auctorem in Valentiniano iuniore p. 315. Goar.

t. II p. 402 v. 22. *Μονόξυλα* lintres sunt, uno pinguioris arboris trunco excavati, ita leves ut etiam humeris transferantur. *περὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ῥωσίας ἐρχομένων Ῥῶς μετὰ τῶν μονοξύλων ἐν ΚΠ.* Constantinus de Adm. imp. c. 9 diffuse. Goar.

t. II p. 405 v. 22. *ὁ τῶν κρητῶν τοῦ βασιλείου*] aut Basilii cognomen est Curupas, et vox *ἀμηρᾶ* omissa, aut *βασίλειος* ameram denotat. prius verum puto. et postea *ἀμηρᾶ* de eodem additur, nomine omisso. Xyl. omissis Xylandri coniecturis et corruptionibus haec verba sic interpretor: *hunc cum vidisset Anemas regia*

Cretum stirpe satus, Curupae filius, unus imperatoris satellitum. quid clarius? nam paulo post Anemas hic, Cretensium Amerae, non Basilii filius enuntiabitur. Goar.

t. II p. 410 v. 5. *Romanum vero patricium*] huius alii, quod sciam, non faciunt mentionem. in gratiam lectoris Constantinos et Romanos ordine hic exponam.



Xyl.

t. II p. 411 v. 2. *τῶν καλλινίκων*] geminum Theodorum praecipuo cultu venerantur Graeci: *στρατηλάτην* unum, alium *τύρωνα*, ac utrumque in bellis defensorem propugnatoremque ceu *καλλίνικον* invocabant, ac imagines in vexillis pictas ferebant. Codin. c. 6 n. 22. Goar.

t. II p. 414 v. 2. *γράμματα Ῥωμαϊστί*] mihi nuper in Oriente degenti numisma huiusmodi aeneum, in Museum Thuanum deinde translatum, incidit in manus, cuius dictio quidem Graeca, character autem Latinus, *τὰ γράμματα Ῥωμαϊστί*, hac figura cernuntur: Iesus Christus basileus basileon. Goar.

t. II p. 415 v. 9. *εὐνούχου*] *παρακοιμωμένου*, de more Eunuchi. Goar.

t. II p. 417 v. 17. *ἔφορον καὶ ἐπιστάτην τῶν ἑῴων*] qualem magistrum officiorum Orientis describit commentator Notitiae imperii c. 62. Goar.

t. II p. 418 v. 12. *τῷ τάγματι τῶν στρατηλατῶν*] quorum agmen viris bellica laude tam claris generosis ac fortibus erat collectum, ut singuli quique *στρατηλάται*, *militum magistri*, censerentur. Goar.

t. II p. 420 v. 8. *τὴν μάστιγα*] ceu equisones flagellis imperatores instruit Xylander, Codinus duplici sceptro, cruce nimirum et ferula, c. 17 n. 35: *τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ κατέχει τὸν σταυρόν, τῇ δὲ ἀριστερᾷ κατέχει νάρθηκα.* utraque sceptrum est, et ut loquitur Lexicon anonymum bibl. Reg. 930, *σκῆπτρον βασιλικὴ ῥάβδος.* Symeon quidem Thessalonices metropolita crucem ferre *εἰς δεῖγμα τῆς εὐσεβείας* asserit, *καὶ ἔτι ῥάβδον λαμβάνει*, subdit ille, *οὐ βαρεῖάν τινα καὶ σκληράν, ἀλλ' ἐλαφρὰν καὶ μαλακήν. διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πρᾳότητι καὶ μὴ ὀργίλον καὶ φθαρτικόν, μηδὲ συντρῖβον καὶ ἀφανίζον.* estque illa *βασιλικὴ μάστιξ* Bardae per somnum ostensa. Goar.

ib. v. 17. *ὁ σύγκελλος*] syncellum sacerdotem, spiritus patrem, patriarchae socium ac contubernalem primis temporibus fuisse nota p. 1 manifestavit. eundem deinde annorum processu non cellae modo et habitationis consortem, sed et patriarchae successorem designatum praedicant exempla plurium a syncelli dignitate ad patriarcharum sedem evectorum, ipse auctor perspicuis verbis testatur inferius p. 775. iam cum hic Stephanus nec throni successor fuerit, nec esset patriarchae concellaneus, ut qui Nicomediae ceu praesul pro solito resideret, qui syncelli nomen et dignitatem gerit? honores immodice semper ambierunt Graeci, nec officii cuiuspiam fungentes ministerio dignitatis nomen tribui sibi non infrequenter cupiebant; unde magistrorum apud eos, decrescente imperio, integrae cohortes, qui vigente in tot negotiorum turbis unus erat, et apud Codinum pluries repetita vox *τὸ δέ γε ὀφφίκιον οὐκ ἐνεργεῖται.* cum itaque vita functo patriarcha sedis successionem plures expeterent, plures quoque syncelli titulo spem alere nitebantur aut saltem honoris vanam cupi-

dinem. hinc syncellorum examina, ac remotis a patriarchae domo praesulibus, qui nusquam sedis haeredes fuerunt, concessum syncelli nomen: qui cum ab impositi nominis exordio, in publicis ecclesiae conventibus, multos annos patriarchae precari soleret, ac in missarum solemnitatibus ea verba sacris ex aditis pronuntiare, quibus ad orandum pro patriarcha populus commonetur, is ideo et sacerdos esse et patriarchae concelebrare tenebatur, ac ipse idem *πρωτοσύγκελλος* erat in magna ecclesia, qui huiusmodi munus, velut syncellorum spectatissimus obiret, ac *πατριαρχικὸς σύγκελλος* audiebat, relictis in syncellorum turba, cum nomen commune factum est, ceteris, qui privatis in ecclesiis id exsequerentur muneris. addo et spirituales a confessionibus patres imperatorem ubique comitantes, ac in palatio (cuius intimum et secretius cubiculum vocabatur *κελλίον* ex Codino) commorantes, ut ipsi *cancellaneos*, syncellorum appellatione ornatos. testis est Phranzes Ioannis ad concilium Florentinum proficiscentis describens comitatum. *aderant ei*, inquit, *sacerdotes sui* (a patriarchicis diversi) *et spiritualis pater Gregorius, magnus protosyngelus.* magnus hic, ut a patriarchae protosyncello alio distinctus. his adde inferius legenda p. 723 B et C, ne plerisque syncelli vox ignota dubium ingerat ex dictis non evolutum. GOAR.

t. II p. 422 v. 6. *μισθοφόροις Σαρακηνοῖς*] pace cum illis composita inter *ἑταιρείας*, de quibus auctor loquitur, annumeratis. GOAR.

ib. v. 21. *Laparam*] sic noster codex habet perspicue. apud Zonaram Lipara legitur, quae vox multo est concinnior, et cum etymo et cum lingua Graeca magis consonat. nisi forte Cappadoces dicebant *λαπαρόν*, quod alii Graeci *λιπαρόν*. sed et Licandum per *ἰῶτα* scribitur ibi, hic per *υ*. XYL.

t. II p. 424 v. 2. *Ἀτταλεῖς*] ab Attalia Pamphyliae urbe, sicut et Cibyra minoris Asiae, navali praeclara. GOAR.

ib. v. 4. *illo ipso duce*] hic locus in Graeco est confusus et mancus, ut quidem iudico. hoc ex sequentibus didici, hunc ipsum Curticem Duri classem duxisse, victumque ab imperatoriae duce Theodoro navali praelio fuisse. sed Cibyratae an pro Duro steterint, an vero (quod putavi) ab imperatoris classe, cum ea ad Durum transivisset, iusserit eos Durus oppugnari, non sum certus. XYL.

ib. v. 13. *δεξάμενον*] scribit interpres *δεξάμενος*: retineo *δεξάμενον*. ad Ioannem enim auctor ipse rettulit *τὸ δεξάμενον*, sicut et *τὸ βεβοημένον*. GOAR.

ibid. Dipotamum videtur dictum, quod inter duo flumina aut potius ad confluentes duorum amnium situm esset. XYL.

t. II p. 437 v. 5. *Κοντοστέφανον*] *κοντός* enim Graecis *parvum, modicum, brevem* significat. GOAR.

t. II p. 438 v. 5. *τῆς σφαίρας*] *Trulli.* GOAR.

ib. v. 11. *nulloque numero*] *μηδ' ἐν καρὸς λογισάμενος μοίρᾳ.* in margine est esse hoc proverbium. sic autem de Aga-

memnone apud Homerum Achilles "τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ." ubi quidam ἐγκαρός legunt ὑφέν. sed varias eius dicterii expositiones huc afferre non libet, cum possint ex scholiasta et Eustathio ac aliis repeti. Xyl.

t. II p. 439 v. 12. ἀπὸ τῶν ἑῴων Τούρκων] unde Turci redditi Orientales exponit auctor p. 768. Goar.

t. II p. 446 v. 7. *seiromasta*] σειρά est restis. sed quid sit σειρομάστης, nescio. pene scuticam converteram. Xyl. *quid sit* σειρομάστης, docent Hesychius: εἶδος λόγχης. Suidas: εἶδος ἀκοντίου. Tzetzes: ἀκόντιον. legitur Num. 25 Phinees Israelitam scortumque turpiter copulatos σειρομάστῃ confecisse; pro quo Aquila ponit κοντόν, Symmachus δόρυ, Vulgata *pugionem*. Lexicon anonymum alibi iam citatum εἶδος ἀκοντίου, λόγχης. Goar.

ib. v. 10. quod de cruce et ventilabro dicitur quasi adagio, hunc suspicor habere sensum, quod crux apud istos rerum pretiosissima adeoque sanctissima res haberetur, ventilabrum vulgaris et vilis. huic ergo maledicum, illi modestum comparabat fratres, quia et haec ex eodem quoque ligno fieri posse nulla est religio, et nota vatis divina sententia. Xyl. sensum quidem, non verba paroemiae Xylander assecutus est. quid enim in *ventilabro* vile, aut quid a cruce sic alienum, ut cum de pretio fit sermo, extremum oppositum teneat? at tenebit certe, si germano in significatu pro *ligneo batillo*, quo terra rudera sordes exportari vel moveri solent, sumatur. sensum hunc iam ab antiquo habuisse testatur Euchologium in defunctorum officio, quo sacerdos terram iniecturus cadaveri πτύον assumere et πτύῳ eam respergere legitur. πτυάριον et corruptius πτυάρι moderni pronuntiant. ita Lexicon anonymum bibl. Reg. πτύον, πτυάριον. Goar.

t. II p. 447 v. 7. ἐνασχολούμενοι] haec vox quantumlibet reclamante Xylandro retinenda, et versio hoc pacto corrigenda: *qui rebellionibus assueti et exercitati, data occasione, etc.* Goar.

ib. v. 18. *Davidi fratre*] ἀδελφόν deest: sed et sensus hoc suggerebat et habet Zonaras. hoc ex loco apparet regulos istos, seu regionum Romanis vicinarum dominos, vocari curopalatas, et supra quoque facta est alicubi Iberiae curopalatae mentio. Xyl.

t. II p. 448 v. 17. *ne pot. multipl.*] hunc puto potius quam scio sensum esse legis, qua reprimeretur nimia privatorum potentia, publica quoque bona in suam rem redigentium. quod puto fuisse ἐν ὁμάδι χωρίων αὔξάνεσθαι, alia subinde aliis praedia adiicere. quod et hunc Maleinum fecisse videmus, et in Basilio praeside Tzimiscas malo suo notaverat. si quis quid rectius afferet, non herbam ei sed coronam praebebimus, non ut victori sed ut bene merito. Xyl. bene meriturus de Xylandro, gratiam siquidem pollicetur in annotationibus, hac lege dico sanxisse imperatorem, non ut scribit ipse, *privatorum potentia publica quaeque bona in suam rem redigeret, dum alia subinde aliis praedia adiiceret:* verum ne publici magistratus, dum gererent officium, privatorum bona etiam dato

pretio sibi compararent atque exinde aliis alia praedia facile coacervarent et coniungerent. Blastares c. 4 τοῦ Ἀστοιχείου ex politicis legibus hanc refert περὶ ἀγορᾶς καὶ πράσεως: ὁ κρατῶν ὀφφίκιον ἐν ἐπαρχίᾳ οὐ δύναται κινητὸν ἢ ἀκίνητον ἀγοράζειν ἐν αὐτῇ πρᾶγμα, ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου, εἰ μὴ παρὰ τοῦ δημοσίου. καὶ γὰρ καὶ τοῦ πράγματος ἐκπίπτει καὶ τὸ δοθὲν τίμημα οὐκ ἀναλαμβάνει. Goar.

t. II p. 451 v. 16. *illo morte praevento*] non dubito quin hic locus sit mancus. sententiamque fuisse coniicio, non successisse istam Dyrrachii proditionem ob praeproperam Chryselii mortem. sed fuisse eo potitum Basilium, facile iudicaveris ex sequentibus, ut cum Basilius dicitur defendendi a Ioanne Dyrrachii causa instituisse profectionem, et de Ioannis ibi caesi morte a patricio Pegonita factus certior etc. Xyl. nihil hic mancum aut mutilum Xylandro sensum percipienti: *si modo patriciis honoribus augeretur, quam eandem quoque dignitatem, eo vivis erepto, duo eius filii consequerentur.* hacque condicione Chryselius imperatori Dyrrachium prodebat. Goar.

ib. v. 18. ὁ βουβός] sic *balbum* et *mutum* vocant Graeci. Goar.

ib. v. 21. Pedias planitiem significat. sed proprium suspicatus sum. ἰλλουστρίους dicit qui viri illustres inclinato imperio solebant dici, sicut spectabiles, clarissimi etc. res est nota, et notationem vocis ipse noster subiunxit. Xyl. ἰλλούστριοι *nobiles* hic interpretor. favet auctor subdens, ac στρατηγικαῖς ἀρχαῖς διαπρέψαντας vocans hos *illustres*. suffragantur Basilic. Glossae, quae ἰλλούστριον ceu εὐγενῆ exponunt. confirmat Blastares c. 17 τοῦ Ἀστοιχείου mulierem *nobilem* ἰλλουστρίαν appellans: ἡ δὲ ἰλλουστρία νομίμους ἔχουσα παῖδας καὶ πορνογενεῖς. Goar.

t. II p. 454 v. 2. πριβαταρίων] hoc quid sit, nondum didici. quid si aliquid praebendiariorum, quos hodie vocant, simile fuit? neque nescio b pro *v* poni solere, ut privatarum possis legere, quod tantundem mihi est notum. Xyl. ut comitem privatarum rerum et peculiaris fisci imperator habebat, privati aerarii praefectum deinceps dictum, ita et ecclesiae suos curatores defensores oeconomos, et ut auctor loquitur, πριβαταρίους, gazophylacii praesides. Goar.

t. II p. 455 v. 1. κοίμησις τῆς θεοτόκου videtur esse assumptio, nisi si quid aliud est: non enim habeo quod affirmem. vide infra in Ibatzae historia, quod ad hunc locum intelligendum faciat. *es war etwas unsern kirchweyhinen nit unehnlich.* Xyl.

ib. v. 10. ἄρχοντα Ἀντιοχείας] prius δοῦκα vocaverat. Goar.

t. II p. 456 v. 5. *Allelengyum*] in margine librarius ὢ τῆς θαυμαστῆς ἐπινοίας. quae si recte habent quod ad scripturam, mirari videtur exactionis tam subtilem rationem, qua etiam pro iis satisfieret qui paupertate extrema et rebus perditis impedirentur aut

etiam ita mortui solvere nequirent. sed Basilium hoc non invenisse, ex Iustiniani historia liquet. ne eo quidem lectorem defraudabo, quod adscribit mox, ubi deprecatores pontificis repulsam passi dicuntur. *ἀλλ' ὁ ἐμὸς βασιλεὺς Ἰσαάκιος ὁ ἄγγελος μηδενὸς παρακαλέσαντος πολλὰ τῶν παραλόγων βαρῶν τῆς Ῥωμαίων γῆς ἐξετίναξεν.* Xyl.

t. II p. 459 v. 13. *Δέμα* turris *ἐν κλεισούρᾳ*, in *clusa* sive *muro* inter duos montes asperos erecto, ad quam aditus hic passim dicitur *κλειδίον*. Goar.

t. II p. 462 v. 14. *χρυσίοις γράμμασι*] id est *χρυσοβούλλῳ*. Goar.

t. II p. 464 v. 6. *εἰς Χαζαρίαν*] versus Alanos et Tanaim sitam. Goar.

ib. v. 9. *qui Basilii imp. sororem*] in Graeco est *ἀδελφοῦ*, quod mire obscurat locum. ego ad historiam respiciens lucem adhibui. loquitur de Bladimero Rossico principe, qui, ut Cedrenus supra ostendit, Basilii imperatoris sororem uxorem habuit. Xyl.

t. II p. 466 v. 12. *βεξεῖτε*] id vocabuli credo significare, fugite. quod circumstantiae arguunt aliquanto superius. Xyl. verbis Latinis, vel potius Italis, *fugite o Caesar*, pronuntiatione Italis eisdem propria. Goar.

t. II p. 468 v. 9. *quae urbs caput*] verba minime cohaerent, et vix dubito quin locus sit mutilus. quod de urbe dicit, eam ego Strumpitzam fuisse coniicio. Ionium autem puto vocare eam regionem quae Adriatico immineret mari, ob vicinitatem. Xyl. verba minime cohaerent, inquit Xylander. imo non cohaeret interpres auctori. post haec itaque verba *πόλις δὲ Ἀχρίς* subiiciatur parenthesis, cuius meta sit in his aliis *περὶ τὸ Εἰλισσὸν τὸ φρούριον:* nihil tunc mutilum aut obscurum exstat. *πόλις δὲ Ἀχρὶς μητρόπολίς ἐστι τῆς πάσης Βουλγαρίας.* ipsa est nominatissima illa Iustiniana prima, Iustiniani patria, qua ecclesiasticis qua politicis supra plurimas urbes evecta. de qua Gregoras l. 2. ipse Iustinianus Novella 2, Cuiacius ad eum, et Geographi omnes. Goar.

t. II p. 475 v. 13. *στεφάνῳ χρυσῷ*] corona haec *τροπαιουχία* est Codini, iudice Coresio Chiensi, triumphantium imperatorum ornamentum. Goar.

t. II p. 476 v. 2. *πρῶτος ὢν τῶν πρεσβυτέρων τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις ναοῦ*] quem superius auctor *πρωτοπαπᾶν τοῦ παλατίου* vocavit; de quo iam abunde. Goar.

t. II p. 477 v. 3. *Ἀβασγίας*] provinciae Scythicae Asiaticae, vicinae Iberibus. Goar.

ib. v. 5. *at 2*] deest aliquid ante haec verba, nempe Xiphiae mentio, qui se socium perduellionis Phocae dedit; quod sequentia docent. alioquin *οἱ δέ* et cetera pluralia ad unum Phocam referri non possunt. Xyl.

t. II p. 478 v. 1. πρωτονοτάριον] quem Notitia imperii *primicerium notariorum* vocat; de cuius officio insignibus et privilegiis Pancirollus in Comm. GOAR.

ib. v. 2. τῇ νήσῳ τοῦ Ἀντιγόνου] iuxta Cpolim inter Proten et Platen sita. GOAR.

t. II p. 479 v. 7. δουκὸς ὄντος Θεσσαλονίκης] his temporibus ducem habuit Thessalonica, et decrescente imperio augebantur dignitates. GOAR.

t. II p. 483 v. 6. *Bucellariorum* esse provinciam contendit Pancirollus in Not. imp. c. 47. negat Rigaltius in Tact. Lexico, et *Bucellarum*, annonae clarius dicam, oeconomos provisores portitoresque facit. illi lubentius assentior: nam Galatas ac Gallograecos soliti fuerunt exercituum duces huic officio mancipare; unde factum ut annonae ministri, Bucellarii Galatae, videantur officii sui nomen patriae tribuisse. GOAR.

ib. v. 9. Ὀξείᾳ νήσῳ] parva Propontidis insula. Plate vero tertia est a CP meridiem versus in eadem Propontide. GOAR.

ib. v. 16. *Zachariae*] ante vocem Ζαχαρίαν est α scriptum, et superne quippiam literae χ non absimile, cum gravi accentu. fortassis ἄρχοντα voluit exprimere librarius ea nota, mihi sane non intellecta, ut sit Zachariae praefecto. ego omisi in vertendo. XYL.

t. II p. 484 v. 19. κατὰ τὸν Ἀρμενιακόν] Zonaras ἐν τῷ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματι, in provincia Armeniaca, id est, in Armenia, quae Romanis parebat. atque sic etiam infra Ἀρμενιακόν pro Armenia provincia ponitur, de peste, in Romano Argyro. XYL.

t. II p. 485 v. 10. *ex filia patricii*] nomen hic excidit: apud Zonaram Alypius est. idem Argyrum Argyropolum vocat, nimirum Argyri filium: quo modo comitopoli supra Bulgarici comitis filii dicebantur. de morte Constantini librarius non absurde adscripsit, εὖ ἐποίησας, Κωνσταντῖνε, τάχιστα ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος: nam qui sic vivunt, nonnisi summa dant rei publicae mala. XYL.

ib. v. 17. ἱερολογεῖται] *sacra nuptiali benedictione consociatur*. GOAR.

t. II p. 486 v. 13. *consanguineum patriarchae*] ὁμαίμονα. solet autem poni hoc vocabulum ab his scriptoribus pro fratre, quomodo et Virgilius dixit "*et consanguineus leti sopor*," cum sit apud Homerum ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. pro ἐκαίνησε autem legi ἐκένησε, sententiam secutus. Zostica an proprium sit nomen, an vero (quod puto) Zostae officium notet, ambiguum est. XYL.

t. II p. 487 v. 11. σύνθρονος sedes est ad murum in gyrum altaris, et si velis, sedilium in choro series, qua cum presbyteris episcopus vel cum pontificibus patriarcha considet; unde Euchologium *consessum* vocat et *throni eiusdem consortium*. in eo syncelli (velut et quidam ἔκκριτοι diaconi, ecclesiae magnae clerici sive officiales, de quibus abunde Ius Graecoromanum) non consessum modo

sed et praecessum (ut Romanos cardinales episcopis, quoad hoc honoris προνόμιον, praelatos imitarentur) votis omnibus, vi, gratia prae reliquis sacerdotibus ac pontificibus occupare sunt conati. videatur memoratum Iuris Graec. volumen medita. de chartophylace, et in Alexii Comneni Novellis. GOAR.

t. II p. 488 v. 3. τῷ ὄρει τῷ Ἄθῳ] ex monachorum et monasteriorum stupendo numero ἁγίου ὄρους posterioribus saeculis nomen adepto. GOAR.

ib. v. 7. Πετρίον] monasterium. GOAR.

t. II p. 494 v. 12. Τελούχ] regio et urbs circa Taurum montem. Ortelius ex Curopalate. GOAR.

t. II p. 495 v. 3. Μισθείας] Galatiae urbe. GOAR.

ib. v. 13. στρατηγὸν αὐτοκράτορα] *exercitus imperatorem et summum ducem.* Synesius Orat. de Regno: αὐτοκράτορες εἶναι ποιεῖσθε. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὄνομα στρατηγίας ἐστὶ πάντα ποιεῖν ὑποστάσης. καὶ Ἰφικράτης καὶ Περικλῆς ἔπλεον Ἀθήνηθεν αὐτοκράτορες στρατηγοί. GOAR.

t. II p. 497 v. 15. *capita columnarum*] locus est non summi momenti, et obscurus. κιονόκρανα sic verti, capita columnarum, χρίσμα incrustationem seu tectorium opus, ὑλογραφικόν coloribus pictum. neque vel nimis anxie sectatus sum vocum proprietatem, vel contendere velim me omnia esse assecutum. XYL. τὸ τοῦ τείχου χρίσμα interpretor *muri faciem bracteolis argenteis pictorio more linitam,* χρίσμα siquidem pictorum est, non argentariorum; nec quisquam argenteis laminis Blachernense templum circumvestitum memorat. GOAR.

t. II p. 498 v. 17. *episcopo Peritheorio*] aut Peritheorii. est enim ambiguum, locine sit nomen an hominis ea vox. XYL. urbis, non viri nomen, ex Ortelio. vertendum itaque *Peritheorii episcopo.* GOAR.

ib. v. 20. illud de fratre Michaeli imperatoris non immerito est suspectum. neque video quid aliud colligam quam fratrem eum fuisse Michaeli Paphlagonis, qui post hunc Romanum imperio potitus est; ut βεβασιλευκότος intelligas respectu auctoris, non Romani, quod et expressi. XYL.

ib. v. 22. ῥιφεὶς μετὰ τῶν αὐτοφόνων] ἐν τῷ κυνηγίῳ. Suidas. GOAR.

t. II p. 499 v. 18. Ὀνωριάδα] aliam Asiaticam regionem in Ponto. Ortelius. GOAR.

t. II p. 503 v. 4. πηγονίτης] *cuius mentum latius.* GOAR.

t. II p. 504 v. 3. ὁλκοὺς *canales* et aquarum longius deductarum subterraneos vel etiam erectos in aquaeductibus *tubos* interpretor, καστέλλους ipsos aquaeductuum *arcus* et *pontes,* quibus superlabitur. GOAR.

t. II p. 504 v. 5. λωβοτροφεῖα] forte quae vocamus leprosaria aut lazareta, in quibus leprosi aluntur: solet enim λώβην pro lepra usurpare κατ' ἐξοχήν, ut alias monui. Xyl.

ib. v. 14. ἀγυρτικὴν τέχνην] non sane hoc intelligo. nam Ioannes hic cubicularius fuit, nisi ante fortassis circumforaneum quaestum fecit. Xyl. circulatores vel circumitores medici, περιοδευταί, huc illuc curaturi, circumcursantes, serpentes et venena circumferentes, quibus omni morborum generi remedia, garrulo verborum examine, se allaturos promittunt; a quibus imperatoris τριχόρροια. Goar.

ib. v. 22. quod fuerit officium Panthei praefecto, nescio. templi alicuius custodia videtur. Xyl. πανθεῶται militiae ministri, buccinatoribus iuncti circa imperatoris mensam. πάνθεον eorum turma, apud Anonymum Rigaltii et Meursii. Goar.

t. II p. 505 v. 10. τὴν διανομήν] hanc donativi seu stipendii distributionem, se praesente, propria imperatoris opera, solemni apparatu, palmarum pervigilio peractam describit Luitprandus l. 6. Balsamon de illa se nihil promeritum conqueritur opusculo l. 7 Iuris Graecoromani reperiendo. Goar.

ib. v. 13. ad Romani mortem annotavit librarius, σημείωσαι δὲ ἐνταῦθα καὶ τὸ τοῦ θεολόγου λέγοντος "πῶς γὰρ σώσει ἡ ἀλλοτρία, ὃν ἡ ἰδία ἀπώλεσεν;" quod quo ipse rettulerit aut quid huc faciat, non video. nam Helena quidem extra culpam est, uxor Argyri; quae quantum in ipsa fuit, maritum ultro solvens coniugium servavit, oculosque et imperium is ei debebat. sed in hoc Romano apparet quam deo improbetur, cum ipsius constitutiones quocunque etiam praetextu necessitatis violantur. Xyl.

t. II p. 506 v. 1. τῆς περιβλέπτου] id vocabulum nisi est, quod non puto, proprium, deest nomen divae, in cuius honorem monasterium condiderit. sed et infra in Calaphata est τῆς περιβλέπτου μονῆς, non procul a Sigmate. ceterum Michaelus hic imperator Paphlago fuit; et in margine habet epitheta ἀργυροπράτου, quod significat argento venditum, et δαιμονίῳ κατόχου, qui a malo esset occupatus genio, ut postea Cedrenus narrat. Xyl.

t. II p. 508 v. 20. *Barangorum*] ex Choniata apparet hos fuisse satellites seu stipatores imperatoris in bello, bipenniferos. unde et qui fuerint nescire se aut saltem explicari velle librarius ostendit initio Stratiotici, ubi eorum fuit mentio. Xyl.

ib. v. 23. *viri acinace*] suine mariti an barangi? Xyl.

t. II p. 509 v. 4. *qui mortem sibi consciscunt*] sic verti, quod non puto omnibus violenta morte exstinctis hanc fuisse condicionem impositam. sed ille sibi exitium adsciverat. Xyl.

ib. v. 10. οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ] ex Homeri Odyss. τ' 549. Xyl.

t. II p. 512 v. 1. *κάστρα*] interpres *arces*. aptius *urbes*: urbes enim auctor frequentissime vocat *κάστρα*. sic Beneventum, Capuam, Barium in superioribus. Goar.

ib. v. 11. *Aspracania*] sic supra aliquoties. nam hic *Βαασπρακανία* legitur, Baaspracania, mendose nimirum alterum. certe in Monomacho et apud nostrum Baspracan, et apud Zonaram a geminato Baaspracan Media nominatur; et sic etiam in Cedreno deinceps legitur, ac Baaspracania. orphanotrophus est Ioannes imperatoris frater, sic et supra appellatus. Xyl.

t. II p. 516 v. 6. *μανδύλιον* vulgo *sudarium, mantile*. *ἅγιον ἐκμαγεῖον* vocavit nuper auctor p. 735. Lexicon anonymum bibl. Reg. *μανδύλιον χειρόμακτρον*. Goar.

ibid. *ὁ μέγας δομέστικος*] primo hic in auctore legitur, sub quo militabant et alii *τῶν ἀνατολικῶν, τῶν δυτικῶν καὶ τῶν Θρακησίων*. Goar.

ib. v. 7. *ἐπιστολήν*] *ἰδιόγραφον*. auctor ibid. Goar.

ib. v. 10. *λιτήν*] Xylander haeretice et ambigue *supplicium*: plane et catholice *processionem*. Goar.

t. II p. 521 v. 7. 47] contra fidem Graeci exemplaris (id enim 40 habet perspicue) sic scripsi, seriem annorum atque adeo indictionum secutus, ut lector facile animadvertet. Xyl.

ib. v. 14. quid sit *ἀερικόν*, quod aërarium, verbum de verbo, expressi, non assequor, et quid ponderis aut nomismatis hoc signum 2 denotet. Xyl.

ib. v. 20. *baptizabat*] non, puto, baptizabat, sed de sacro fonte suscipiebat, quod pietatis non postremum opus iudicabat, eoque se a deo sanitatem redempturum. id obiter notandum duxi, in hoc et sequenti valde multa esse non satis consentientia apud nostrum et Zonaram. sed quia uterque iam in manibus erit hominum, nostrum non est ea in has chartas ingerere. Xyl.

t. II p. 527 v. 10. *τῷ κράλῃ*] Xylander *dicioni*, verius *regi*. crales Bulgarica lingua *rex*. Goar.

t. II p. 528 v. 6. *ἅρματα*] *arma* iam significat, non *currus*. Goar.

t. II p. 529 v. 25. *κουτζομύτης simus*. Goar.

t. II p. 535 v. 15. *νωβελίσσιμον*] tres Constantini magni tempore tituli fuere praecipui, Augusti, Caesaris, nobilissimi. Augustus imperator, Caesar imperii successor, nobilissimus Caesarei nominis quandoque potiundi spe fovebatur; unde nonnisi ultimi impp. filii vel affines praecipui eo titulo leguntur imperio florente ornati. plura de nobilissimo Trivorius Observ. Apol. c. 10. Goar.

t. II p. 536 v. 21. *ἀναφορά*] *relationem* reddit interpres, quia dirigitur ad populum. dicerem quoque *decretum*, ab imperatore editum. aptius redditur *liber apologeticus* et *facti probata defensio*. Goar.

t. II p. 537 v. 7. *stauropatam*] unde ei hoc nominis fuerit, non assequor. sonat quasi crucis conculcatorem. sed an impius etiam habitus hic sit, non constat mihi. Xyl. verbis fidem publice facturus τὰ τίμια ξύλα, *crucem venerandam*, tangit, privatim crucem aliquam ostentat, vel transversis indicibus eam efformat, et per eam iurans exosculatur. scriptis quoque quidpiam firmans vel polliciturus, in chartae vertice, ceu sacramenti symbolum, eam apponit; de quo in superioribus. hinc *periurus* quivis, fidem exarata vel facta cruce oppignorans, non fidem sed *crucem proculcare*, temnere, conspuere, ceu σταυροπάτης censetur. Leo Grammaticus: ἐξουθένωσεν τοὺς ἐπιόρκους καὶ σταυροπάτας. Goar.

ib. v. 10. ἀνασκαφείη ὀστᾶ] saepe alias haec imprecatio usurpata est de mortuis. viventi enim qui refodiantur ossa? sed nimirum abierat in usum ista imprecatio, ut de vivis quoque usurparetur; quo modo fatui nostrates multi ferramenta et instrumenta, alia re non succedente, aut laesi utcunque diris devovent imprecationibus, quae in ea non magis competunt, quam paupertas in saxum aut damnatio in foenum. Xyl.

t. II p. 538 v. 20. τὰ Ἐξκούβιτα] *locum et stationem palatii excubitorum*. Codinus de Orig. CP: ἔκτισε τὰ παλάτια τῆς Χαλκῆς καὶ τῶν Ἐξκουβίτων. alibi tamen ipsas *excubias* τοῦ παλατίου, τὴν παλατίου παραφυλακὴν καὶ τάγμα τῶν Ἐξκουβίτων, ut Ruffus et Constantinus scribunt, significat; de quo nulla difficultas. Goar.

t. II p. 539 v. 15. Ἀντίπασχα] oppositus Paschae dies et octavus Antipascha est, qui κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, a lecto evangelio, nobis dominica in Albis. ἡ τρίτη qui sequitur, Martis dies. Goar.

t. II p. 541 v. 21. κατεπάνω] superiorem aut supra haec vox significat; apparetque eum alicui rei aut provinciae fuisse praefectum. sed quid fuerit, in obscuro est. ut et Argoclines, quale sit officii genus: album lectum in voce invenio, sed rem non assequor. quid si fuit quoddam, ut aureum, ita argenteum triclinium, cuius ille curator fuerit, ἀργυροκλίνης? Xyl. tori minister, sive tardius in lecto decubituro principi ministrans adductisque et expansis circumquaque strati cortinis eum obvelans, ἀργοκλίνης est, παρὰ τοῦ ἀργεῖν ἀμφὶ τὴν κλίνην. Goar.

t. II p. 542 v. 8. δικαστὴν Ἑλλήνων] qui lites ortas inter Saracenos aliosque septentrionales infideles ortas iudicaret, et de illis ex aequo et bono decerneret, in hoc a iudice castrensi discretus, quod hic Christianis imperatori militantibus, ille cunctis a Christi fide alienis ius diceret. auctor unum memorat, alium Codinus, nempe quinquagesimum secundum inter officiales recenset. Goar.

ib. v. 17. παρὰ τοῦ πρώτου πρεσβυτέρου τῆς νέας] Xylander ridicule, et ut lubet, ex capite sibi fingit in nova Roma presbyteros. sanctius itaque et verius: *peracta nuptialis benedictionis solemni-*

tate ab ecclesiae novae archipresbytero. erat autem ἡ νέα ecclesia in palatio a Basilio imperatore constructa, de qua auctor p. 588 B. Goar.

t. II p. 545 v. 13. Arduino Longobardo duce Normanni Apulia potiti sunt, eaque inter se divisa Graecorum amici nonnunquam effecti. Leo Ostiensis 2 68. Goar.

t. II p. 546 v. 13. φοιβεράτων] error tollendus, quo foeberati et foederati iidem censentur. hi ex omni extera natione, illi ex subditis Pisidis et Lycaonibus, ut hic auctor enarrat. Goar.

t. II p. 548 v. 21. σεβαστοφόρον] imperii sibi delati nuntium σεβαστοφόρον nomine remunerabant Graeci imperatores, quasi qui Augusti dignitatem obtulisset. moris usum in Stephano manifestat auctor, et σεβαστοφόρον appellationis causam indicat eo quod τὰ τῆς βασιλείας εὐαγγέλια τούτῳ διεκομίσατο. Zonaras eo quod imperii insignibus illum ornasset. Goar.

t. II p. 556 v. 7. μάναι] non *dominae* sed *matres.* Goar.

t. II p. 557 v. 22. *bello suas*] ante haec verba asteriscum posui: sententia enim videtur mutilata. haec autem fuit, Cacicium non detrectasse Romanis subditum esse, sed tamen paterna dicione sibi relicta id voluisse facere. Xyl. mutilus hic Xylandri, non literae sensus. huiusmodi vero est: *ad quamvis se subditum* (vasallum) *profiteretur, cum eo tamen bello decernendum sibi statuit imperator.* clarius legeret alius: τῷ δὲ δούλῳ μὲν ἀνομολογοῦντι πολεμητέον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ, *ei quantumvis se subditum profitenti bellum indicendum censuit imperator.* Goar.

ib. v. 23. Bestes postea βεστάρχης dicitur, Bestarcha, ut epitheton sit fortassis ab aliquo officio ductum: nam Catacalo quoque Ambustus infra in bello Medico Bestes vocatur. Xyl. existimavi diutius, quod et aliis cum Meursio placuit, vestiariorum praecipuum βεστάρχην vocari. at cum is idem Iasites nuper sit dictus βέστης et ἄρχων τῆς Ἰβηρίας προβεβλημένος, ac infra p. 771 A τῆς χώρας, id est Baaspracanias, ἄρχων Ἀαρὼν βέστης, et confestim βέστης Κατακαλὼν τοῦ Ἀνίου καὶ τῆς Ἰβηρίας κατάρχων legatur, relicta priore sententia, Iberorum dialecto et more regionis principem βέστην nuncupari censui, prout legimus Bulgaros chaganum, Saracenos ameram, Triballos cralem regulos suos vocitare. Goar.

t. II p. 558 v. 20. χωρία] *pagos.* χωρίον moderna lingua *pagus.* Goar.

t. II p. 559 v. 17. *servum*] servos fuisse magistros non credo. legerem aliquid aliud pro δοῦλον, fortasse ἀδελφόν aut tale quippiam: vero enim propius est fratrem quam servum Nicolai magistrum fuisse. Xyl. auctoris ceu sana retenta lectione, monendus Xylander, eundem qui magister est, esse posse servum. an non dux in aliqua provincia regis subditus est et, ut aiunt, vasallus? vox enim δοῦλος non in humilis servi sed in honorarii subditi significatu hic iacet. ad rem nostram. Cacicius sese nuper imperatoris

servum, id est subditum, fuit professus, at non alio proposito nisi ut in Anium Iberiamque perpetuum sibi vindicaret principatum. isque Constantinus pariter, magistri dignitate in aula CP provectus, simul potuit Alaniae portionis ab imperatore renuntiari dominus, ac ut subditus seu vasallus sub eodem in bellis mereri. GOAR.

t. II p. 562 v. 20. *Χρυσόπολιν*] Turcis nunc *Scutaret*. male a quibusdam cum Chalcedone inferius sita confunditur. GOAR.

t. II p. 563 v. 4. *τῶν ἁγίων ἀναργύρων*] Cosmae et Damiani *nulla spe mercedis* medicam artem ex caritate *obeuntium*. GOAR.

t. II p. 564 v. 20. *στραβομύτην*] *obtorto naso*. facilia Graecis ex corporum defectibus cognomina. GOAR.

t. II p. 568 v. 16. *solitudinis Turcorum*] locus haud dubie mancus, tametsi sententiam explere lector facile possit. Tragolipaces post Tangrolipaces dicitur. sed hoc non est inusitatum in hoc codice, idem vocabulum diverse scribi aliquanto inferius. XYL.

t. II p. 570 v. 22. *Leichudiae filius*] *τῆς Λειχουδίας*. paulo supra Constantini Lειchudae facta mentio, in Tornicii defectione: nunc cur *τῆς* articulus femininus sit additus nescio, nisi quod coniicio a praedio aliquo aut dicione sua id eum cognominis potuisse habere. XYL. non a dicione vel praedio, sed a matre, ex qua quandoque, si spectatior sit et nominatior, Graeci filios appellant, Stephanus hic dicitur *Λειχουδίας υἱός*: alias, iuxta Xylandrum, praedii vel dicionis filius est asserendus. GOAR.

ibid. *παραδυναστεύων* dignitatis seu magistratus est nomen, quasi imperatoris vicarium designans et collegam, qui et rector dicebatur. XYL.

t. II p. 575 v. 10. *fratre ex altero parente*] incertum, uterinone an alia matre nato, quasi qui aliunde germinasset frater non germanus. hoc enim sonat vox *ἑτεροθαλής*. et tales flosculi in horum scriptorum pratis non sunt insolentes, estque eadem vox apud Zonaram, et infra rursus de Alimi fratre. XYL.

t. II p. 578 v. 23. *indictione secunda*] anno scilicet mundi 6557, siquidem indictio secundum annos mutatur, et quindecim annorum circuitu ad eundem reditur numerum. constat autem indictionem undecimam fuisse annum etc. 51, et duodecimam annum 52, ex superioribus, et quae de Theodorae imperio infra dicuntur, aliisque multis. ita Tornicii defectio, quae in primam indictionem dicta est incidisse, fuit anno 6556 secundum nostrum. hoc rudiorum causa volui annotare. XYL.

t. II p. 589 v. 17. *Τριάδιτζαν*] olim Sardicen. GOAR.

t. II p. 596 v. 14. *haud longe Adrian.*] ita sane sententia requirit, nisi admodum fallor, satis ex sequentibus illustris. ergo in Graeco pro *καὶ πάνυ πόρρω* legendum *καὶ οὐ πάνυ πόρρω*. sic et in sepultura Monomachi pro *τυχούσης* lego *οὐ τυχούσης*. XYL.

t. II p. 597 v. 16. *Francopulum*] sicut ante Bulgari comitopuli dicebantur, ita hunc ego a Francis oriundum fuisse colligo,

Francigenam, qui fortassis cum turma aliqua Francorum equitum stipendia sub Monomacho fecerit, ut supra Arduenus sub Michaelo. et sane infra Franci dicuntur in Iberia militasse; et in Stratiotico diserte ostenditur quis fuerit iste Erbebius. Xyl.

t. II p. 598 v. 3. *fuga evaderet*] hic in codice fere integra pagina erat vacua. deest, ut coniicio, descriptio adversae in Patzinacas pugnae Nicephori rectoris, et impressionis deinde Patzinacarum alicuius et ad ipsum usque Byzantium excursionis, nec non qua ratione Kegenes urbe emissus fuerit. sed hic Zonaras nos iuvare non potest, ut certi aliquid sciamus, cum vix attigerit hanc tam longam et variam historiam. Xyl. lacunam supplevimus ex Scylitza. Goar.

t. II p. 603 v. 22. *ὁ ἀκόλουθος*] Codinus de Offic. c. 5: *ὁ ἀκόλουθος εὑρίσκεται μὲν ἔνοχος τῶν Βαράγγων, ἀκολουθεῖ δὲ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν αὐτῶν. διά τοι τοῦτο καὶ ἀκόλουθος λέγεται.* Goar.

t. II p. 604 v. 24. *indictionibus* 4 *et* 5] in textu 14 et 5. sed id vitiosum puto, neque tantum inter haec et superiora intervallum admitto; et ε recte habere aio, *ἰῶτα* denarii notam ad δ vitio additam. quid multis? paulo post mentio tandem 7 et 8 indictionis fit. Xyl.

t. II p. 610 v. 11. *ὁ πρωτεύων*] qui et *μέγας ἄρχων*. inter *ἄρχοντας* enim et *κατάρχοντας*, praesides rectoresque provinciarum, unus quispiam honoris gratia *πρωτεύων* seu *μέγας ἄρχων* ab imperatore designatus salutabatur. Coresius. Goar.

t. II p. 614 v. 14. *Στρατήγιον*] locus est in quinta urbis regione. censet Pancirollus esse castra praetoriana, in quibus quia luserat forsan Michael, ad illud alluserunt cives. Goar.

ib. v. 17. *capita non literis*] hunc locum non intelligo etiamnum, neque eo interpretando vel me verum attigisse vel quenquam falsum nolo. Xyl. *γράμμα capitis tegimen, formam pilei* vel *galeri* una ratione caput obumbrantem habuisse non suspicor, quin potius *fasciam* vel *taeniam* fuisse pro uniuscuiusque libito contortam, ad Turcici tegminis instar: linea enim fuit, ut auctor suggerit, et quia variis coloribus depicta, *γράμματος* obtinuit nomen; quae vero bysso lineis purpureis varia texebatur, *μεγαλόγραμμον*, imperatoris iussu, vocata fuit. vestium porro *γράμματα* dicunt Graeci quamlibet in eis colorum florum stellarum et figurarum varietatem. Lexicon anonymum saepius laudatum v. *τριβωνοφόρος: ὁ φορῶν στολὴν ἔχουσαν σημεῖα ὡς γράμματα.* Goar. *μαργελλόγραμμον* legit Salmasius ad Vopiscum p. 406 col. 2 post Meursium in Glossar. in *μάργελλον.* Fabrotus.

ib. v. 20. scribis velocibus puto respondere nostros librarios. Xyl.

ib. v. 23. *διανέμειν ἐτησίως κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάσχα*] a describendis Luitprandi verbis l. 6 calamum continere nequeo. *in ea,*

inquit, *quae est ante βαϊοφόρον, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade, tam in militibus quam in diversis constitutis officiis numismatum aureorum erogationem* (unde nomen ῥόγας), *prout cuiusque meretur officium, imperator facit; cui erogationi quia me interesse voluit, me venire praecepit. erat apposita decem cubitorum longitudinis ac quattuor latitudinis mensa, quae numismata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis retinebat. ingrediebantur denique ad imperatorem, non confuse sed ordinatim secundum vocantis vocem, quae scripta virorum nomina secundum officii dignitatem recitabat. quorum primus vocatus est rector domus, cui non in manibus sed in humeris posita sunt numismata cum scaramangis* (tunicis) *quattuor. post quem domesticus scholarum et* λογαριαστὴς τῆς πλοίας (τῶν πλωΐμων) *sunt vocati, quorum alter militibus alter navigantibus praeerat. hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numismata et scaramanga suscipientes prae multitudine non iam in humeris portaverunt, sed adiuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. post hos admissi sunt magistri numero 24, quibus erogatae sunt numismatum aureorum librae unicuique secundum eundem numerum 24, viginti quattuor cum scaramangis. patriciorum deinde ordo hos pone est secutus, et 12 numismatum libris cum scaramanga una donatus. turba post hos immensa vocatur protospathariorum, candidatorum et id genus clientum.* de accipiendo annuo donativo scribit Romanorum more Theodoricus rex apud Cassiodorum Var. 5 Ep. 26 et 27. antiquatum suo tempore deplorat Balsamon Iuris Graecor. l. 7 p. 471. Goar.

t. II p. 615 v. 6. Urani cognomen etiam supra habitum. Xyl.

t. II p. 625 v. 13. ἀδνούμιον] quid hoc vocabuli sit, quidve rei significet, nondum didici. Xyl. *ἀδνούμιον descriptio militum* a tribunis, exercitus duce, vel quandoque ab ipso imperatore facienda: illi vero ex officio attendebat ὁ μέγας ἀδνουμιαστής, *magnus adnumerator,* cuius per se vices hic exsequitur imperator. Goar.

ib. v. 19. *domesticas*] οἰκείους, forte qui ex ea provincia scripti militabant. peregrinas autem intelligo Gallicas duas et Rossicam: ipse ἐξ ἐθνῶν vocat. quod paulo post sequitur, antequam Comneniani cum imperatoriis pugnarent, mutua inter eos fuisse agitata colloquia et alteros ab alteris vicissim ad defectionem solicitatos, non absurde annotavit librarius, alienum esse hoc a congressibus militum. verba eius sunt: ἀνοίκεια ταῦτα ταῖς τῶν στρατιωτῶν συντυχίαις. et sane videntur multo iustius talia reprehendi quam Glauci cum Diomede colloquium illud. sed nos hic annotandi finem facimus. cetera ex lectione et comparatione aliorum scriptorum repetat lector: nos enim neque voluimus neque potuimus omnia persequi. et quae praeterea de rebus imperii Cpolitani habemus, suo tempore (deo vo-

lente) evulgabimus, ut doctioribus simul atque indoctioribus laborem ista conquirendi scrutandique minuamus, ac nonnulla etiam quae adhuc nos fugerunt venati proponamus. Xyl.

t. II p. 629 v. 7. κρανόληρον *delirum*, quasi diceres cerebro vel ratione delira senem. τὸν κρονόληρον ad Xylandrum remitto. Goar.

t. II p. 632 v. 18. Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὁ ὕπατος] non ex merito solum, sed ex officio tam exquisitum Pselli nomen, quo τῶν φιλοσόφων ὕπατος, hoc est ὑπέρτατος, dicitur; quanquam nonnisi ex merito tribueretur officium, nono supra vigesimum loco inter palatina enumeratum l. 2 Iuris Graecoromani. gessit etiam illud Theodorus patriarcha CP, de quo ad eiusdem libri calcem. Goar.

t. II p. 635 v. 16. διπλοΐδα] φελώνιον, id est sacerdotalem *casulam* undequaque totum corpus sacerdotis ambientem. Goar.

t. II p. 636 v. 12. τοῦ τῆς ἐκκλησίας δευτερεύοντος] τοῦ πρωτοπαπᾶ nimirum, qui secundas in omnibus post patriarcham obtinet. Codinus et Euchologium. Goar.

t. II p. 638 v. 2. τοῦ ἄμβωνος] de quo legendus Codinus toto c. 17. Goar.

ib. v. 3. βασιλεὺς αὐτοκράτωρ] imperator supremas obtinens diversus est ab eo qui στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, ut princeps a subdito, rex ab exercitus duce. Goar.

Ne de iniuste proscripta Xylandri memoria, si eius rescissae fuissent annotationes vel ex integro emendata interpretatio, nonnulli causarentur, in eo cum Cedreno edendo et recudendo, vir clarissime Fabrote, tuam a me probatam sententiam laudavi, ac ut iam laudatae subscribo. labores quoscunque boni publici gratia licet infelici eventu susceptos sua laude privari nolunt, qui laboriosius bono publico insudant; ac velut, ne sensus humani pietas violetur, fetus monstris pene similes res publica patitur, ita ne quospiam nocturnarum vigiliarum fructus alioquin insipidos velut delicatuli fastidientes respuant, illos si non ut suaves, saltem ut quibusdam iucundos futuros, ipsi bono publico nati ceteris asservant depromunt apponunt. quantumvis acerbos arte nostra iusserunt dulcescere: industria tua iam sunt ex potiori parte emolliti, decocti, suaves non minus quam iucundi redditi. ut operi suscepto opem tulisset gloriarer, opera mea lumen exhibui. Goar.

IACOBI GOARI IN IOANNEM CUROPALATAM NOTAE.

t. II p. 641 v. 10. *ἀλλοτριώσας τούτου παντάπασι τὴν βασιλείαν*] religionem an ecclesiae sibi arrogatam ab imperatoribus Graecis laudabo potestatem, et ex ecclesia quosdam in palatium inductos ritus memorabo? sacco et mandya vestiebantur, quorum ille supremorum pontificum est in sacris habendis ornamentum, hic lectorum, ut ex scriptis Symeonis Thessalonicensis liquet, insigne praecipuum. crux sceptrum erat, regium penetrale *κελλίον cellula* postremis saeculis audiebat, ac *ἐν ἀκακίᾳ*, sacculo terra repleto iugiter manu gestato, perpetuum cum monachis leti quasi praesentis sibi fingebant spectaculum. sacra dona cum sacerdotibus et diaconis, quasi choro lectorum asciti, deducebant ad altare; ac ut ecclesiasticos canones ab eis sancitos taceam, episcopatus in metropoles eorum edictis mutatos scribunt Ius Graecoromanum Codinus et auctor versus historiae calcem. patriarchas insuper sanctissimae trinitatis invocato nomine cruceque signatos promovebant, tus in altari adolebant, ex eodem altari tricipiti cereo solis pontificibus concesso solemniter populo benedicebant pontificum more, ut auctor est Balsamon in Can. 69 Trullanae synodi. prorogato quoque in aulicos ac *πολιτικοὺς ἄρχοντας* civilis turbae viros huiusmodi iure legum Graecor. l. 4 Pothum quendam protospatharium simul ecclesiae magnae oeconomum, Theodosium pariter alium protospatharium summam bonorum monasteriis addictorum curam gessisse leges, quam hic auctor *τῆς οἰκονομίας καὶ τῆς τῶν ἱερῶν κειμηλίων προνοίας καὶ προστασίας* nomine intelligit. a qua tamen deinceps saecularibus tradenda potestate Comnenum abstinuisse refert, belle siquidem scripsit Synesius Epist. 57: *πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγλωστα.* Goar.

t. II p. 643 v. 12. *ἐῶ σὲ ἔκτισα*] abundat loquendi Graecorum usus proverbiis, quos *μύθους* vocant. in hoc particulam *ἐῶ* depravatam censeo, cum, nonnisi qui ore sunt blaeso, *τὸ ἐγώ* etiam rustici pronuntient integerrime. particula *ἵνα* vel *νά* quandoque, ut hic, futuri nota est. verbum *χαλῶ* *perdo, corrumpo, destruo, deiicio* communiter significat. Goar.

t. II p. 644 v. 1. *Βαράγγους*] *Βαράγγοι* quasi dicas *Φράγγοι*, scribit Gretserus in Codinum. at quasi divinat Gretserus, qui Anglos, Graecorum auxiliarios et imperatoris satellitium vel virtute promeritos vel ad illud missa legatione advocatos, *Βαράγγους* quasi *Φράγγους* vocatos censet. an non occidentalis quilibet, Gallus, Italus, Germanus Graecis *Φράγγος?* cur *Βαράγγος* Anglus quasi *Φράγγος?* ex

Matthaei Paris Anglorum historici lexico edoceo. *baranagium,* ait' sive *barnagium,* quod et *baronagium,* procerum regni senatus est et coetus, vulgo *parlamentum,* a cuius nobilitate stipendiarii Graecorum Angli, vanam titulorum libidinem Graecanico more sectati, nomen sibi *Βαράγγων* in Curia CP finxerunt et adaptarunt. Barangos porro fuisse Anglos non dissimulat Codinus, qui etiam eos *Ἰγγλινιστί* loquentes inducit. vide p. 723 B. Goar.

ib. v. 16. *σταυροειδῶς σχηματισθεῖσα*] conformatur in crucem pontificis vel sacerdotis manus, cum pollice medico digito superposito ex utroque crux componitur: reliqui porro digiti manent extensi, cunctique simul vocum harum *Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ* literas primordiales demonstrant, auricularis videlicet rectus *τό* I, medius et pollex in crucem acti *τό* X, medius et index parum dissiti *τό* N. haec Thessalonicensis et Malaxus, de quo alibi. Goar.

ib. v. 17. *ἐπιφωνοῦντι τῷ λαῷ τὴν εἰρήνην*] pace nimirum a pontifice vocibus his *εἰρήνη ὑμῖν* caelitus invocata, benedictionem poscenti. Goar.

t. II p. 645 v. 2. *δικαιωμάτων φύλαξ*] bona iure cuipiam obvenientia, non modo ius ipsum et legem vocant moderni *δικαιώματα*: ac ideo *δικαιωμάτων φύλαξ* apud eosdem est qui nobis regiorum iurium defensor, qui et regius procurator. Goar.

t. II p. 650 v. 1. *Αἰκατερίνης ἐν τῷ μοναχικῷ Ἑλένης μετονομασθείσης*] habent Graeci praeter familiarum et patriae *τῆς τιμῆς, τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς τύχης ὀνόματα.* illa quibusvis in baptismo imponuntur, haec ex fortuito casu excogitantur, qualia sunt apud Cedrenum *Κοντοστέφανος, Στραβομύτης, Ἀργυροῦς,* a corporis brevitate, nasi curvitate, morum candore indita. media tandem usui sunt in monasteriis, nec fortuito tamen aut mere pro libito, sed pietatis simul et honoris observata lege fiunt monachis propria, tum si sanctitatem redoleant, tum si cum baptismalibus saltem primordialibus in literis conveniant. unde disces cur Andronicus senior factus monachus dictus sit Antonius apud Gregoram l. 9, Ioannes Cantacuzenus apud ipsummet Ioasaph nomen acceperit, Georgius Phranzes cur audierit Gregorius et Elena eius uxor Eupraxia, et tandem cur Aecaterina imperatrix vocata sit Elena, si non ex primordialis literae, saltem ex pronuntiationis consensu. Goar.

ib. v. 7. *καθηγουμένου*] *ἡγούμενος* est quicunque monasterii praefectus, *καθηγούμενος* qui simul sacris ordinibus est ornatus, *προηγούμενος* qui expraefectus. Goar.

t. II p. 651 v. 10. *δημοτικόν* inter et *κοινόν* illud est discriminis, quod inter collegia factionesve et confusam plebem observatur. Goar.

ib. v. 17. *τῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου μνήμης*] de qua, et imperatorum erga sanctum fiducia Codinus c. 15 n. 9 et c. 17 n. 50. Goar.

t. II p. 652 v. 16. *περὶ τὸ σῶμα ἦτον κολαστικός*] *corpus*

edomare et austeritatibus subigere assuetus, circa quodcunque aliud segnis ac hebes. GOAR.

t. II p. 653 v. 24. Sultani vocabulum Cedrenus significare dicit *παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων,* hoc est imperatorem et regem regum. a Turcis iam vulgo pro domino usurpatur; et nomen hoc princeps eorum habet *κατ' ἐξοχήν* ceu solus et maximus dominus. ita Leunclavius. GOAR.

t. II p. 654 v. 9. *σκλυσμόν*] lego *κατακλυσμόν*, qua voce moderni negotiorum ingentem procellam solent interpretari. GOAR.

ib. v. 16. *λέμβοις αὐτοπρέμνοις*] Cedrenus et Constantinus de Adm. Imp. *μονόξυλα* vocant. GOAR.

t. II p. 665 v. 7. *τοῖς γενεθλίοις τοῦ σωτῆρος*] quo die sese cuncti apud Graecos muneribus excipiunt. GOAR.

t. II p. 672 v. 20. *ἀφωμοιώσαντο*] levibus praeliis bellum *repraesentarunt.* vel *ἀφωσιώσαντο delibaverunt tantum et auspicati fuerunt.* GOAR.

t. II p. 673 v. 24. *τὸ τῶν σχολῶν τάγμα*] satellitum indigenarum, quorum variae turmae quondam scholae nuncupabantur, legionem intelligo; in qua foederati, ceu qui distinctam inter praetorianos componerent militiam, non censentur inclusi. GOAR.

t. II p. 683 v. 9. *κρίσιν δέ*] obit imperator munus cui exsequendo *κριτὴς τοῦ φοσσάτου* legitur institutus apud Codinum c. 15 n. 72. GOAR.

t. II p. 686 v. 22. *τὰς τοῦ χάσματος σήραγγας*] fidem Apocryphis nec erogo nec emendico. quod Graeci narrant sermone 18 Thesauri, lectionarii nimirum in eorum ecclesiis publice lecti, ne obscurus et inexplicatus maneat auctoris textus, breviter refero. Chonis, inquiunt, urbe Phrygiae asservabatur aqua manu votisque Ioannis apostoli benedicta, qua irrorata miraculis edendis nunquam caelestis et angelica virtus deerat. frequentia signorum Archippus quidam Hierapolitanus motus ad aquam condidit ecclesiam Michaelis superae militiae principis nomine dicatam, quam gentiles religioni nominique Christiano infensi traducto per eam Chryso fluvio deiicere sunt aggressi. delusit eorum conatum et exspectationem caelica potentia, et in adversam partem cursum egit fluvii. illi spreto miraculo coeptis obstinatius insistunt, et Cuphum Lycocamque fluvios aliunde deductos in ecclesiam agunt effunduntque: iamque aquarum diluvio corruisset illa, ni caelestium agminum dux Michael lancea, qua instructus apparuit, percussa petra ingentem in ea voraginem tantae aquarum moli absorbendae capacem excavasset. subeunt itaque subterraneas specus, *τὰς τοῦ χάσματος σήραγγας*, praecipites et humiles fluviorum vortices, et ecclesiae fundamentis longe accliviores, quasi loci religione territae, in vicinos deinde agros dato alveo emergunt, et inoffenso cursu mare versus illabuntur. *ἀπὸ αὐτὸ τὸ θαῦμα*, scribunt illi, *ὠνομάσθη ὁ τόπος Χῶναι, ἀμὴ πρῶτα ὠνομάζετο Κωλασσαί: miraculum Chonarum* (quasi dicas infundibuli) *loco, Colassae*

prius vocato, nomen indidit. monasterium voragini superstructum adhuc exstare, et urbi Μιχαὴλ Χώναις nomen ab eo impositum docent, qui visu utrumque lustraverunt. GOAR.

t. II p. 689 v. 11. ἀποδύσουσα] lego ἀποτίσουσα, et expono *votum pro commeatu persolutura,* vel *ultimo ante discessum colloquio exceptura.* recolenda περὶ συντακτηρίου superius scripta. GOAR.

t. II p. 690 v. 7. ἐφεστρίδες βασιλικαὶ καὶ χαλινά] utraque purpurea sunt, haec aureo etiam limbo praetexta, ac ideo reliquis longe nobiliora. Codinus, Cedrenus in Basilio Macedone, Gregoras l. 9. GOAR.

ib. v. 11. τῆς Ζόμπου λεγομένης γεφύρας] pons iste est a Iustiniano constructus, Πενταγέφυρος alias dictus apud Cedrenum. vulgus Ζόμπον vocavit appellativo satius quam proprio nomine: Ζόμπος enim *gibbosum* significat, nec ineptum pontis valde convexi censetur epithetum. de Sagari fluvio in Cedrenum meminimus. GOAR.

t. II p. 691 v. 4. κρύαν πηγήν] gelidioris et frigidioris aquae fontes κρύας πηγάς moderni vocant, diversosque hoc nomine tum Chii tum Teni novimus. GOAR.

t. II p. 696 v. 11. σταυρὸν αὐτοῖς ἐπιδέδωκεν] qualiter crux in charta depicta sit fidei datae pignus et iurisiurandi symbolum, nota ad Cedreni p. 527 edisserit. GOAR.

ib. v. 19. τὸ νικητικώτατον σύμβολον] nil minus *telo ad victoriam pertinente* auctor intelligit, sed *crucem,* de qua illi sermo est, cuius virtute cuncti debellantur hostes, quam ut *victoriae symbolum,* post Constantinum vocibus his ἐν τούτῳ νίκα circumdatam olim eam intuitum, imperatores in signis erigere consueverunt. GOAR.

t. II p. 700 v. 6. πατήσας ὥσπερ ἔθος] Persis, ex quibus Sultanus hic, devictos hostes pedibus proterere familiare fuit, ex quo Sapores eorum rex Valerianum imperatorem ad id necessitatis malum coniecit ut serviliter incurvatus illi equum inscensuro gradum sua cervice faceret. Caelius Antiq. Lect. 18 18. Iustinianus 2. Persas imitatus Leontium et Apsimarum, priusquam eius iussu capite plecterentur, ferino ductus ultionis ardore non modico temporis spatio pedibus conculcavit. Cedrenus in eius vita. his provinciis et feritate quam tempore vicinior Tamerlanes quoties equum conscenderet, prostrati ad pedes Baiazetis cervicibus ceu scabello utebatur. Dubravius l. 25. victos hostes ephippio instrato a Francis Normanisque quondam calcatos referunt Normanorum chronica in Roberto primo. GOAR.

t. II p. 700 v. 16. adagium μέχρις λόγων καὶ ἁλῶν secretorum convictusque societatem amico concessam denotat. sale tenus et cymino dixerat olim Plutarchus in Sympos. consortium salis etiam hodie Turcae laudant. GOAR.

t. II p. 701 v. 12. ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων] de quo Codinus c. 5 n. 65: δέχεται τὰς τῶν αἰτούντων καὶ ἀδικουμένων ἀναφοράς, καβαλλαρίου διερχομένου τοῦ βασιλέως. referendarium hoc munere fungentem vocat Cassiodorus Var. 6 17, qua eius officia quam latissime exponit. Procopius paucis eum esse ait *qui supplicantium preces principi explicat, et eius responsionibus praeest.* regendarium eundem vult dici Pancirollus in Not. Imp. c. 18. at longe est huius de quo Cassiodorus quoque Var. l. 11, ab altero, ceu militaris a civili, propositum. GOAR.

ib. v. 21. Σουλτανικῆς στολῆς] quos affectu vel honore prosequuntur ornant Mahumetani, si capitis velamen excipias, suis vestibus. hinc imperator Sultanica, id est regia et Saracenica, veste conspicuus ad suos revertitur. GOAR.

t. II p. 704 v. 6. δι' ἐκείνων τῶν κωμῶν καὶ τῶν χωρῶν] expono *per illos vicos et urbes iter habebat.* χώρα enim modernis dicitur *urbs*. GOAR.

ib. v. 13. τῶν ἀρχιερέων] mihi haec verba sonant: *nihil opitulantibus, qui ad salutis incolumitatisque eius pollicitum obtinendum missi fuerant, pontificibus.* GOAR.

t. II p. 705 v. 5. οὐδὲν βλάσφημον ἢ ἀπόφημον] summa deploratis in rebus infortunati principis laus, quod tragicis querelis repudiatis et elegiaco sermone a Graecis adversa sorte iactatis frequenter usurpato, ad divinae providentiae decreta, non dicam laudanda, sed excipienda se converterit. τὸ εὐχαριστεῖν enim *contentum esse* dicunt moderni, sicut et εὐχαριστημένον *cui abunde satisfactum est;* quamvis qui calamitatibus oppressus deum in animum revocat, frequenter ad eum vocibus his suspiret, δόξα σοι ὁ θεός, ac proinde εὐχαριστεῖν manifeste percipiatur. GOAR.

t. II p. 706 v. 1. Νικηφορίτζην] diminutivorum genus unum est apud modernos quale cernitur in hac voce Νικηφορίτζης vice Νικηφόρος. Cedrenus similes habet Θεοφιλίτζην Διακονίτζην etc. aliud terminatur in ακιος: sic ille Βασιλάκιος cuius nomen Βασίλειος. tertium ex voce πῶλος et quacunque altera componitur: sic Κομητόπωλον sive Κομητόπουλον scripsit Cedrenus, et auctor seq. p. 852 Λογγιβαρδόπουλον *Lombardi filium*, seu etiam ita dicam, *Lombardulum*. GOAR.

ib. v. 4. σεκρεταρίου] quem Meursius eundem vult ac τὸν ἀσηκρῆτις, qui *iudex* frequentius censetur. at cum hic τῷ πατρὶ τοῦ Μιχαὴλ ὑπηρετησάμενος describatur, principis potius minister *a secretis*, quam iudex cuius opera populo impenditur, renuntiandus est. GOAR.

t. II p. 714 v. 12. φούνδακα] *mensam* sive *negotialem argentariam, officinam usurariam*, ab Italis *fundaco*, ἀπὸ τοῦ φούνδου *a fundo*, id est *summa pecuniaria*, voce Graecis Iureconsultis nota dictam. GOAR.

t. II p. 720 v. 5. Φράγγον Ῥουμπέρτον] Robertum Guiscar-

dum intelligit, celebrem Normanorum ducem, qui Campaniam Calabriam Apuliam et Siciliam a Saracenorum Graecorum et Italorum tyrannide in libertatem asseruit, de quo fuse Pandulphus Collenutius, Leo Ostiensis, Fazellus et Normanorum Annales. Goar.

ib. v. 7. *ἡ Λογγιβαρδία*] id est Apulia et adiacentes provinciae, quibus ultimo Graeci imperaverunt. recolenda nota in p. 577 C. Goar.

t. II p. 725 v. 4. *γεννημάτων*] legumina maxime et quaecunque seruntur, *γεννήματα* vocant Euchologium et Ius GR. Goar.

ib. v. 23. *τοὺς βίους*] *βίον* non *vitam* modo sed et *opes artem facultates*, quibus vivitur, recentiores interpretantur, easdemque hic, damnata imperatoris avaritia, intelligi manifestum est. Goar.

t. II p. 727 v. 17. *ἀθανάτους*] ut ex antiquis legionibus haec Victrix illa Pia, alia Fulminatrix alia item Felix, vel *τῶν μεγαθύμων*, ex aliquo iam praeterito eventu, de quo Imperii Notitia, dicebatur, haec senescente et ad letum fere vergente imperio immortalitatem in praeliis vane sibimet ominatur. Goar.

t. II p. 733 v. 5. *τοῦ Χαλιφᾶ*] Cedrenus in Monomacho p. 775 Seriphum vocat secundum a Calipha, ceu dignitatis eius successorem: ipsum vero Calipham sive Halife Leunclavius in Onomastico *vicarium* interpretatur, *locum tenentem, heredem et successorem. Halife Lullahe*, inquit, *vicarius dei, vices dei gerens in terris. Halife Muhamedum, haeres Muhametis, successor Muhametis. ita prisci Agarenorum reges se vocabant. ita Scachus Ismail affectabat dici. eodem denique titulo se Turcorum principes ornant.* Goar.

ib. v. 14. *ὅσον ἐν ἀστικοῖς καὶ δημοτικοῖς*] expono: *quique ex promiscua plebe vel ex regionum collegiorum partiumque praecipuis confluxerunt,* eos siquidem *δημοτικούς* significare dictum est in Cedrenum. Goar.

ib. v. 17. *ἐπιβατηρίων*] *prima coepta, operis inauguratio, actionis encaenia, initia, nec non felicia auspicia* dicuntur *ἐπιβατήρια*. Cedrenus *ἐπιβατήριον εὐχήν orationem inauguratum primo imperatorem felicibus votis prosequentem* scripsit. Synesius quoque Epist. 57: *οὕτω πικροῖς ἡμᾶς ἡ πόλις ἐπιβατηρίοις ἐξένισεν.* hic *τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἐπιβατήρια* sunt *sacra festi annuntiationis initia et auspicia.* Goar.

t. II p. 734 v. 7. *τῷ σαββάτῳ*] sabbatum illud apud Graecos festi palmarum pervigilium est. Goar.

ib. v. 8. *ἑορτάζεται*] inter *δεσποτικὰς ἑορτάς Christi domini festa* numerat ecclesia orientalis Lazari a mortuis exsuscitationem, vulgo *Λαζάρου τὴν ἡμέραν.* Goar.

t. II p. 735 v. 1. *τὴν μεγάλην τρίτην*] *tertia sanctae hebdomados feria:* illius enim feriae cunctae Graecis *μεγάλαι* dicuntur.

Zonaras in Constantino Leonis Sapientis F: *κατὰ τὴν ἱερὰν τῆς μεγάλης πέμπτης ἡμέραν.* Goar.

t. II p. 736 v. 8. *στοιχεῖον*] vox ambigua, quam non *elementum* modo vel *literam*, sed potius *fatum*, *sortem*, *vaticinium*, *genium*, *portendendi vim et omen* referre non uno loco notatum est in Cedrenum. auctore vero nusquam scribente *τὸ ν στοιχεῖον*, verum *στοιχεῖον τοῦ ν*, in secundo potius quam in primo significatu sumendum coniicio; eiusque mens est haec. a superstitiose nominum Nicephori et Bryennii de imperio decertantium literas primordiales N et B observantibus, quod fatale est et portentum in N asseri praevalere fato *τοῦ* B, eo quod genius sors et fatum *τῷ* N alligatum, ut elementi ipsius lineae, rectum sit, B vero ob duos gibbos in rectam lineam retortos infelicis ominis. mirum porro quantum superstitiosis vaticiniis imperio labente Graeci attenderint, ut nec imperatores et optimates ab eis sibi duxerint temperandum; de quibus Cedrenus Nicetas et Gregoras frequentius. Goar.

t. II p. 738 v. 14. *πανάγιον*] *ἁγίους*, ut Latini *fratres*, se mutuo vocitant Graeci monachi: hunc itaque ceu praecipua sanctitate fulgentem *πανάγιον* compellabant. haec apud Graecos honoris monstra. Goar.

t. II p. 741 v. 1. *βρύσις*] *fontem* *βρύσιν* vel *βρύσην* hodie vulgo Graeci nuncupant. *Βασιλακίου* itaque *βρύσις* locus ubi ex effossis eius oculis sanguis erupit est dictus. Goar.

t. II p. 742 v. 15. *ἡ στήλη αὐτοῦ*] *eius statua*. Goar.

t. II p. 744 v. 3. *περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων*] haec logothetam aerarii praefectum esse si non convincunt, sol alter meridie serenoque caelo desiderandus est. Goar.

FABROTI GLOSSARIUM

SIVE INTERPRETATIO OBSCURORUM VERBORUM

C E D R E N I.

Ἀββᾶς, ἀββάδιον abbas vel abba, pater. Novella 123. Hieremias patriarcha in 2 responso ad Theologos Wirtemberg. c. de monastica vita: οὓς ἀββάδας καὶ ἀρχιμανδρίτας ἡ τάξις ὠνόμασεν. maior. S. Benedictus in Concordia regularum cap. 34: *qui et maior monasterii.* hinc ἀββατία paternitas. Concilium Meldense can. 10: *talis abbatia, quae paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.* hinc per contemptum ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP (exstat in Synodo 8 Cp.): ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο. interpres: *abbatulum quendam obscurum et ignobilem, praestigiatorem insuper et magum sibi adiunxerat.*

ἀβῆναι habenae. Theophanes: δι' ἀβηνῶν μαστιγῶσαι, habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in hist. ecclesiastica nondum edita: *habena vel ferula caedere* in l. 1 § impuberi D. de Senat. Sil. Glossae Cyrilli: λῶρος *havena,* pro habena: item: ἱμάς *habena.*

ἀδνούμιον dilectus, census et descriptio militum. Constantinus in Tact.: ἁρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ ἀδνουμίου ἀδνουμιάζεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tact. constit. 9 § 4: εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου. v. Suidam, Phavorinum et Glossas Basilicon.

ἀερικόν tributum pro spiritu aerio. Cuiacius. Leo Tactic. c. 20 § 71: ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. quem locum interpres non intellexit. videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ., ut si tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

ἀθάνατοι immortales, ut apud Persas. Procopius περσ. p. 22: μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ ἐκέλευσεν. v. Socratem hist. eccl. 7 20, Themistii orat., Athenaeum.

ἀκοίμητοι monachi insomnes. Series Episcoporum Byzantii, Iuris GR. p. 298: *καὶ μοναχὸν ἐκ τῶν ἀκοιμήτων.* Concil. Florent. p. 723 ed. R: *ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ.* Theophanes: *μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων.* Nicephorus Callistus 15 23: *μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκαταστήσας.* epistola 141 Theodoreti inscribitur *Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων*, et monasterium eorum Acoemetense. Victor in Chronico: *Primasius quoque Acoemetensi monasterio relegatur.* Ioannes PP in epist. ad Iustinianum: *qui de Cumitensi monasterio fuit.* recte Cuiacius emendavit *de Acumitensi.* idem Victor: *per monachos monasteriorum Achimitensium.* lege *Acumitensium* aut *Acoemetensium.*

ἀκόλουθος v. *βάραγγοι.*

ἀνταρσία. Theophanes in Phoca: *ἤκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, meditatam adversus Phocam rebellionem.* *ἀντάρτης* qui tyrannidem affectat. idem Theophanes in Mauricio: *ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε.* *συναντάρτης* est conscius et particeps rebellionis, correbellis Anastasio bibliothecario. Theodorus Metochites: *ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.*

ἀλλάγιον *ἀλλαγή* commutatio pecuniarum. etiam hodie Graecis *ἀλλάγω* est permuto.

ἀλληλέγγυον. v. Zonaram in Basilio, et Novellam Basilii *περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν*, et Meursium.

ἄλογον equus, iumentum. Leo Tact. c. 10 § 5: *διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν.* Theophanes in Heraclio: *πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν.* Nicetas Choniat. in Manuele Comn. 2: *τὰ κούρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες*, et de rebus gestis post excidium urbis: *ἕτεροι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ' αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες.* Basilica ad l. 17 D. de petit. heredit. hodie quoque Graecis *ἄλογον* est equus. sic Latini animal pro equo dixerunt. Iulius Firmicus Mathes. 3 c. 7: *regiis animalibus praepositos.* legis Salicae tit. 19: *Scuriam cum animalibus vel foenile incenderit.* Theodorus Studita epist. ad Platonem: *in animalibus sedentes in urbem ingressi sumus.* *ἀλόγοις.*

ἄμβων ambo, pulpitum, suggestus. Annales Fuldenses: *in Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum evangelio.* Anastas. bibliothecarius in hist. eccles.: *super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium.* Concil. Laodicen. can. 15: *εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων.* Synodus Cp. 7 act. 1: *πρὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας.* Basilius de vita S. Theclae, Theophanes in Iustiniano. Nicephorus Callistus 14 10: *κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστίν.*

ἀμηράδης, ἀμηρᾶς, ἀμηρεύειν. Zonaras: *Ταρσοῦ*

ἀμηρᾶς. amiras, amiraeus. amiraeum agere ἀμηρεύειν. Theophanes in Heraclio: τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

ἀννῶνα annona. Glossae Nomicae: ἀννῶνα σημαίνει παροχήν, ἀγορὰν καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Meursius legendum putabat ῥόγαν pro ἀγοράν. sed nihil mutandum: ἀγορά enim et species annonarias significat, ut observat Casaubonus ad Polybii l. 1. significat ἀννῶνα et salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quae militibus aut magistratibus aut aliis erogantur. Novella 130 c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2 7. B. Ambros. 5 epist. 27. auctor incertus vel Ioannes Cpolitanus in Matth. homil. 51 et 53. Gregorius l. 1 epist. Ind. 3 c. 20. Anastas. biblioth. in historia Eccles.: *Macedonius vero Acholium quendam, qui exemerat adversus se machaeram, ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas praecepit accipere.* v. Basilica ad l. 2 C. pro soc. et Gr. interp. ad l. 19 D. de testib.

ἀπληκεύειν castra locare, metari. Leo Tact. c. 9 § 37: κἀκεῖσε ἀσφαλῶς ἀπλικεύειν. Theophanes in Iustiniano: ἀπλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως. hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. 9 § 54. Onosander Strategici c. 9: περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

ἀπόκρεως quadragesima, carnisprivium. v. Filesacum de Quadragesima p. 447 et Scorsum ad Hom. 15 Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras l. 8: ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

ἀποκρισιάριος. Isidorus Pelusiotes epist. 144 l. 4: διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta Synod. Cp. act. 1: ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Iulii: ἀποκρισιάριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis l. 4: *a Stephano ecclesiae Romanae diacono et apocrisario.* Ferrandus diaconus ad Anatolium: *Eutychetis apocrisarius,* ἀποκρισάριος τοῦ Εὐτυχοῦς. Concilii Chalced. act. 1. hinc apocrisariatus. Humbertus contra Graecorum calumnias: *apocrisariatus sui tempore.* ἀποκρισιάριον vetus interpres Synodi 6 Cp. interpretatur responsalem. Facundus d. l. 4: *Romanae ecclesiae responsalem.* Aimoinus 3 c. 66: *per responsales Fredegundis.* Anastasius Bibl. in hist. eccles.: *responsales vero Felicis Romani conveniens.* et mox: *Felix autem compertis quae ab apocrisiariis suis gesta sunt.* alii responsa facientem. Gregorius l. 7 epist. 5: *diaconus noster qui apud eum responsa faciebat.* Theophanes: ὁ τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. responsum est ἀπόκρισις in Novell. Iustiniani. Chronicum Alex.: καὶ εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianae in Concordia regularum c. 58: *fratres qui pro quovis responso diriguntur.* apocrisiarius igitur est legatus ecclesiae vel principum vel etiam privati.

ἀρμάμεντον armamentum. Theophanes: καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἀρμάμεντον. Anastasius bibl. in hist. Eccl. sic vertit: *et illic*

posuit armamentum. armamentarium ὁπλοθήκη. gloss. Cyr.: ὁπλοθήκη armamentarium. Iosephus ἀρχ. 9 7: ἀνοίξας δὲ Ἰώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit: *interea Iaiadas aperiens armamentarium.* adde Novell. 81 c. 1. Theoph. in Mauricio. *interdum* ἀρμάμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact. c. 6 § 28: ἑτέρας ἁμάξας φερούσας τὸ ἀρμάμεντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν. Constant. Tact.: ἔχε δὲ καὶ ἑτέρας ἁμάξας βασταζούσας τὸ ἀρμάμεντον.

ἄρματα arma. Leo Tact. c. 19 § 13: ἄρματα ἐχέτωσαν. Constantinus in Tact.: φοροῦντα τὰ ἄρματα. Codin. de Offic.: εἴτε περὶ ἀλόγων εἴτε ἀρμάτων, *sive de equis sive de armis.* item: στερούμενοι ἀλόγων ἢ ἀρμάτων, *qui equis aut armis nonnullis careant.* utitur Achmes ὀνειρ. c. 24, 54, 69 et 156. Thomas Magister: ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἄρματα. glossae Nomicae: ἄρμα σημαίνει καὶ ὅπλον. Graeci igitur recentiores τὸ ἄρμα καὶ τὰ ἄρματα dixerunt. Harmenop. 1 26 § 12: ὁ κλέψας ἀλλότριον ἄρμα, *qui aliena arma subripuit.* Alexius Rharturus: τὸ ἄρμα τὸ ἰσχυρόν. item: ἔναι μέγιστον ἄρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop.: ἄρμα ἑνικῶς τὸ τέθριππον, ἄρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. errat grammaticus qui negat τὸ ἄρμα ἑνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2: ἡ τοῦ ἄρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ Ῥωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. log. c. 8: τὸ ἄρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. quemadmodum autem citerioris aevi scriptores τὸ ἄρμα et τὰ ἄρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis: *inermis sine arma.* leges Longobardorum tit. 42: *cum sagitta vel qualibet arma plagam fecerit.* hinc ἀρμάτοι in libris Basilic. et Cedrenum *armati.* Georgius Alexandrinus in Chrysostomi vita: οὔτε γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, οὔτε ἐν δυναστείᾳ ἱππέων καὶ ἀρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ. et ἀρματοῦν *armare.* Concilium Florentinum p. 567 ed. R: ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι μετὰ πάσης ἐξόδου ἀρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. et magn. Parasc. et ἐξαρμάτος. Corona pretiosa: ἐξαρμάτος, ἀθωράκιστος, *exarmatus, inermis.*

ἀσηκρητεῖον secretarium. Synodus 8 Oecumen. act. 4: οὕτως ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. videtur legendum ἀσηκρητεῖα: interpres enim vertit *in secretariis.* varia autem erant secretaria, de quibus in σέκρετον.

ἀσηκρήτης. glossae Nomicae: ἀσηκρήτης ὁ τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς, *a secretis, a secreta, secretorum notarius.* Procopius Περσ. β': ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας· ἀσηκρήτης καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. idem ἀνεκδ. p. 63 in fine: τοῖς δὲ ἀσηκρήτης καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέ-

καθεν ἐτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico: *ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης.* Sexta Synod. Cp. act. 2: *Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σεκρετάριος βασιλικὸς εἶπε.* et act. 4: *Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσεκρέτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ.* Synod. Nic. 2 act. 2: *βασιλικὸς ἀσηκρήτης.* Nicephorus Cpolitanus archiep. epist. ad Leonem PP: *cum igitur aetatem virilem attigissem et iuvenilem praeteriissem in regalibus versatus atriis, militiam quandam exercebam, et ipsam non absque opera ac remissa, sed quae per manus et calamos exhibetur. etenim imperialibus intereram scriptoribus. asecretis eos vocare soliti, Latinae linguae scimus esse dictionem.* Landulphus Sagax l. 17: *dirigit igitur Phocas Theodorum asecretis.* primus ordinis *πρωτοασηκρήτης*, *primus a secretis* Anastasio bibl. v. in *πρωτοασηκρήτης.*

ἄσημον argentum etiam signatum. Georgius Alexandrinus in vita B. Chrysostomi: *τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς καὶ τοῖς δεομένοις, τὸ δὲ ἄσημον διένειμεν εἰς τὰς ἐκκλησίας.* hodie *ἀσήμι* Graeci dicunt pro argento et *ἀσημένιον* pro argenteo. Cyrillus patriarcha CP adversus Iudaeos: *ὅπου εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσῆν, τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσιμένιον.*

ἀσκητήριον asceterium. Iulianus Antecessor Novell. 6 6. Papias: *assisterium, monasterium Graece,* pro asceterium vel ascitcrium, ut habent Iuliani codices mss. Menolog. Gr. in Martio: *μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν οὗτος ὁ οἶκος γενήσεται ἀσκητήριον.* Nicephorus Callist. 9 14: *ὃς ἀλλαχοῦ, παρ' Ἀθηναίοις δηλαδή, τὸ ἀσκητήριον εἶχε.* hinc *ἀσκητής* apud S. Basil. Theophylactus ad c. 11 Lucae: *οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποκεκομμένοι τῶν ἄλλων.* hinc *συνασκητής*, Curopalates p. 817 et *ἀσκήτρια* ascetria, Iulianus Novella 53. *ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως* sive exercitatione: ascetae enim seu monachi et ascetriae seu monastriae in omni pietatis genere se exercent.

ἀσσάριον assarium, as. v. Gloss. *assem ἀσσάριον, ὀβολόν.* et *assarium ἀσσάριον, νουμμίον.* Cleopatra *περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων: καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον Ἰταλικόν.* Papias: *assarium nummus, assis, vel figura denarii.*

Αὐγοῦστα Augusta, Augusti coniux. Achmes *ὀνειροκριτ.* c. 125. Simoc. 8 13. Basilica l. 1 tit. 6 c. 1: *ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται.* Theodor. epist. 138: *τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.*

Αὐγουσταιών Augustaeum. descriptio urbis Cpolit.: *Augustaeum, Capitolium, Monetam.* Pachimerius l. 9: *Αὐγουσταιῶνος αὐλαίαν πληροῦντες.* palatium Cpolitanum.

Αὐγουστάλιος Augustalis. Paulus l. 35 § 3. ex quib. caus. mai. praefectus quoque Aegypti. Basilica: *ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας.* Iustinianus Novell. 23: *ἀκροατὴν ἕξει Αὐγουστά-*

λιον. Iulianus *praefectum Augustalem.* Synesius epist. 29, 105 fin. Isidor. Pelus. 3 50. Nicephor. Callist. 10 11. Phot. Biblioth. p. 259 ed. Graecolat. Theophylact. Simoc. histor. Mauric. 8 13. Ioann. Mosch. Lim. c. 207: *ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου.* Theophanes homil. 46: *δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος.*

αὐθέντης dominus. utitur Ioannes Cantacuzenus p. 756. Papias: *authentes dominus, auctor.* hinc *αὐθεντεία.* Thomas M: *αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος.* Ioannes Moschus Limon. c. 79: *δέδωκε δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἀρμαρίου τῷ αὐθέντῃ.* Alexius Rharturus: *καὶ ἡ αὐθεντεία σας.* et *αὐθεντεῖν* et *αὐθεντικῶς.* Hesychius: *αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν.* Codinus in *παρεκβ.*: *αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους.* Cyrill. patriarcha CP: *κύριε ἤγουν αὐθέντη.* et apud Laonic. Chalcond. *μέγας αὐθέντης le grand seigneur.* de Sophia Augusta Anastasius in histor. Eccles.: *accersitis Sophia Augusta pecuniarum venditoribus et notariis iussit deferri cautiones debitorum et breves. quibus lectis accepit breves, et praebuit eos debitoribus et reddidit dominis suis.* Cedrenus *αὐθένταις.*

βαΐα dona ab imperatore aut patriarcha quotannis dari solita ante diem palmarum, unde eis nomen: est enim *βάϊς* seu *βαΐον* ramus palmarum. Ioannis c. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam *εἰς τὰ βαΐα.* Dorotheus doctr. 15: *μετὰ βαΐων, cum palmis.* hinc hebdomas *βαϊοφόρος.* Georgius Logotheta in Chronico: *ἔσπευσε καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου.* quae et *ἡ τῶν βαΐων.* Metaphrastes Sept. in Cyriaco: *ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο.* haec autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro: *καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου.* quae totidem fere verbis Cedrenus. vide tamen notas posteriores ad p. 446 b.

βαΐουλος baiulus. Sophoclis scholiastes in Aiace lorario: *παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος.* Balsamo iuris GR. p. 472: *τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν.* Theophanes: *Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βάγιλον αὐτοῦ ἐποίησε παπᾶν.* sic ms. R: lege *βαΐουλον.* auctor anonymus in Annal. Franc.: *rex Carolus cum filiis et exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicum regem regnaturum in Aquitaniam misit, praeponens illi baiulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constituens tutelae puerili congruos.* Historia Miscella l. 23: *quae comprehensos omnes imperatoris homines cecidit atque totondit una cum Ioanne protospathario et baiulo ipsius.* Fredegarius scholasticus in Chronico: *Otto quidam filius Beronis domestici, qui baiulus Sigiberti ab adolescentia fuerat.* Aimoinus de Gest. Fr. 4 38: *baiulus r. Sigeberti.* baiulus est paedagogus, praeceptor,

monitor, rector, *gouverneur*. hinc baiulatio. Aimoinus hist. 5 39: *baiulationi committens*.

βάνδον bandum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP Epist. ad Carolum M. R: *qui Neapolitani ipsos Graecos cum bandis et signis suscipientes*. Anastas. Bibl. in ecclesiastica hist.: *hunc Hisam in honorem filii sui atque imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac blandis* (l. bandis) *ac sceptris in Hierusalem mittit*. Procopius de bello Vandal. 2 p. 123: *τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας Ἀρμενίῳ*. Leo Tact. c. 12 § 62: *τὰ δὲ βάνδα ἤγουν τὰ σημεῖα*. Constant. in Tact.: *ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν*. Scholiastes in *στηλιτ. α* S. Gregor. Naz.: *σύνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τοῦ στρατοῦ ὃ καλοῦσι βάνδον*. *bandora*, cohors militum, scara. Acta vitae Alexandri PP 3: *concurrerunt signiferi cum bandis*. Radevicus 2 66: *signis et bandis praecedentibus ad palatium perduxerunt*. Historia Wambae regis Toletani: *illum cum bandorum signis accessisse*. Benno Cardinalis de vita Hiltebrandi l. 1: *et cuncti milites banda gestantes*. Anastasius in Adriano: *eum cum bandora susceperunt*. hinc *βανδοφόροι*. Procop. d. l. 2 p. 134: *ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι*. Leo Tact. c. 4 § 14: *καὶ βανδοφόρος μέν ἐστιν ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων*. signiferi, vexillarii, iidem draconarii dicti. Ordo Romanus: *deinde milites draconarii, id est qui signa portant*. Theodoret. epist. 59: *κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακονάριος*. adde epist. 133. significat *βάνδον* et turmam, scaram vel cuneum militum. Glossae Nomicae: *κουστοδία στρατιωτικὸν στῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι*. auctor vitae Caroli M. in Annalibus Francicis: *dominus vero Carolus una cum Francis castra metatus est ad easdem, misitque scaram suam*. et p. 19: *perveniensque in locum Ingilherim misit quattuor scaras*. denique *βάνδον* victoriam significat, si Stephanum de Urbibus sequamur in *Ἀλαβάνδα*. *παρὰ Ῥωμαίοις*, inquit, *βάνδον τὴν νίκην φασίν*.

βάραγγοι protectores Cuiacio, securigeri. de his Codinus de offic. vet. inscr. *χειλιάρχῳ κοορ. θ' βαράγγων*. Ioannes Cantacuzenus 1 41: *οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι*. Graeci ad l. 3 § 5 D. ad leg. Cornel. de sicar.: *βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος*. Astrampsychus *ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας καὶ ἀξιωματικούς*. hi Celtae erant, ut scribit Scylitzes apud Cedren. p. 792 d in ora, vel Angli, ut Codinus. praefectus eorum *ἀκόλουθος*, ut iam observatum.

βαρδούκιον hastile, iaculum, pilum, telum quod iaci potest. Constantinus in Tacticis: *τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια*.

βασιλεύς rex, imperator, de praesentis temporis rege. Zo-

simus 5: ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύει. et βασιλίς pro Augusta. idem lib. eodem: σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. sic Byzantini imperatorem vocare soliti. Annales Francorum: *more suo, id est Graeca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes.* et iisdem pene verbis auctor vitae Caroli M. et Eginardus de gestis Caroli M. et Annales Fuldenses. ceteros ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. v. Luitprandum in Legatione.

βεργίον virga. Anastasius Biblioth. in hist. eccles.: *contra Vulgares fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit.* Leo Tactic. c. 7 § 3: μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. et § 18: ἀντὶ σπαθίων βεργία ἢ νάρθηκας ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Constantin. in Tact.: βασταζέτωσαν δὲ καὶ σκουτάρια καὶ βεργία. Menolog. in Martio: ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας οὐεργίας (sic ms.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

βεστιαρίτης v. πρωτοβεστιάριος.

βίγλα vigilia. Eustath. Il. 2: σκοπὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes: κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11 § 9: ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν, et c. 17 § 54: ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. hinc βιγλάτωρ excubitor. idem Leo c. 14 § 16: μετ᾽ ὀλίγων βιγλατόρων. et βιγλεύειν excubias agere: Leo c. eodem § 13: ὀφείλων βιγλεύειν. et d. c. 17 § 102: διὰ τοὺς βιγλεύοντας πάντως. vel βιγλίζειν vigilare: Constant. in Tact. p. 38: πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς, et p. seq. ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι καὶ βιγλίζωσιν.

βιξιλλατίωνες vexillationes, alae equitum. Glossae Cyrilli: βεξιλλατίων *vexillatio.* de vexillationibus Veget. et Cui. ad l. ult. C. de his qui non impletis stipend. sac. sol. sunt.

βίσεξτος bisextus. Anastasius Antiochenus: ὅτε ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τελείαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Glossarium ms. illustriss. F. Cancellarii Petri Seguierii: βίσεξτον ἐπινέμησις τετραετίας.

βλαττίον blatta. Salomon episcopus:

dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
bombyce aut gemma, blattis eborique fuisset.

Constantinus de administr. imper.: οἷον βλαττία. pannus sericus. Fortunatus 2 3:

serica cui niveis agnata est blattea telis.

βουκελλάριος bucellarius. Glossae Nomicae: βουκελλάριος ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. item: βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Graeci lib. 60 Basilic.: βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. *bucellarii dicuntur stationarii milites. ex nomine autem bucca, quod est panis, vocantur bu-*

cellarii, panem alicuius edentes in hoc ut morentur apud eum. bucellarii igitur sunt custodes corporis, protectores, stipatores, satellites, armigeri, asseclae, domestici procerum vel principis. sic etiam dicti clientes. Papias: *cliens bucellarius.* iidemque parasiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit.: *haec tanta prodigia cernens Claudius tribunus obstupuit, et corde compunctus cum septuaginta militibus et omni familia et vernacula clientela una cum parasitis et sodalibus credidit in dei filium.* et ibidem: *a propriis parasitis et domesticis clientibus.* de them. Bucell. vide Const. de th. orient. th. 6, et eundem de admin. imp. c. 51, et Curopal. p. 839.

βουκινάτωρ buccinator. Theophanes: *δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν Τριπόλει καταμένοντες, υἱοὶ βουκινάτορος.* Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2 sect. 2: *ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς,* id est, *sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus.* a buccina seu tuba, quae *βούκινον* Graecis posterioribus. Suidas: *φωνασκεῖν εὐφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν βούκινον.* Glossae Cyrilli: *σάλπιξ* tuba, litua, buccinum. quanquam inter buccinam et tubam nonnihil interest.

βούνευρον. Theophanes in Phoca: *ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν.* et alibi: *ἀνὰ ρ΄ βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι.* Menologium in Martio: *τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου.* Simeo Metaphr. in Sergio et Baccho: *καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου, τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας, τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι.* Constant. Manasses: *ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας.* item: *ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα.* Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7: *quorum Bacchus tam diu est nervis crudis* (*βουνεύροις*) *caesus quoadusque totus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.*

βραχιόνιον armillae. Achmes c. 127 *ὀνειρ.: ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιώνια ἔλαβε χρυσᾶ.*

γαλέα vel *γαλαία* triremis, *galère.* Leo Tact. c. 19 § 10. *γαλιάτζα* Concil. Florent. p. 567 ed. R. *galéasse.*

γενικόν aerarium publicum. huic praefectus *τοῦ γενικοῦ λογοθέτης* dicebatur. Nicephor. Gregoras l. 7. Codin. de offic. eundem *γενικόν* appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidae: *Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι.* de quo dubito: nam de eodem Ioanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico: *τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια.* atque ita forte legendum apud eundem p. 115: *τῶν δημοσίων λογιστήν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην*

καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theoph. in Constantino: *τόν τε Θεόδωτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην.* hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus. Ioannes Scylitzes in principio historiae: *Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν.* Chronologia vetus: *Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν.* eadem verba in 8 Synodo p. 348 ed. Rom.

δεήσεις, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. libelli, libellorum magister. Georgius Alexandrinus in vita S. Chrysostomi: *δοὺς τὰς δεήσεις τῷ βασιλεῖ.* Graecus auctor ms, quem citat eruditissimus Allatius dissert. 2 de lib. Eccl.: *Ἰωάννου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων.* de referendario et regendario dicam in Gloss. Nomic.

δεκανοί decani. v. tit. C. de decanis. B. Chrysost. in epist. Pauli ad Hebr. c. 7 hom. 13 p. 505 ed. Anglic.: *καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί.* Flotilda in visionibus: *audiebatque vocem dicentem, quod hi essent archidiaconi et praepositi iudicesque et maiores atque decani.* B. Ambrosius l. 5 epist. 35: *quod ad Portianam basilicam de palatio decanos mittebant.*

δηλάτωρ, δηλατορεύειν. delator. Ulpianus in Timocrateam *τὸν προσαγωγέα* interpretatur *δηλάτωρα.* Theodoretus epist. 43: *καὶ δηλάτωρος ἔργον δεξάμενος.* utitur etiam epist. 45. Georgius Alexandrinus in vita S. Chrysostomi: *ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον διαβολικὸν δηλατορευθῆναι ταύτην τὴν ἄωρον χήραν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.*

διαιτάριος atriensis. Glossarium Philoxeni: atriensis διαιτάριος, διαιτάρχης. Theophanes: *Εὐτυχιανὸς δέ τις πρῶτος τῶν διαιταρίων.* vet. Inscript. p. 576 7: *diaetarchus domus Augustae.* et in Heraclio: *ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐκ τῶν διαιταρίων τοῦ παλατίου πολλοί.* Menologium d. 30 Iulii: *ὑπὸ τῶν διαιταρίων τοῦ μεγάλου παλατίου ἀποκομίζεται.* Martyrologium Notkeri: *qui cum esset zaetarius palatii,* pro diaetarius, ut zabolus pro diabolus apud Phoebadium contra Arrianos, et Gild. Sap.

δικέρατον tributum veterum murorum reficiendorum causa a Leone iconomacho institutum. vide tamen Constant. Manass. p. 93 in Nicephoro. Theophanes infra in διοικητής. Anastasius Biblioth. in hist. eccles.: *ast imperator allocutus est populum dicens "vos non valetis aedificare muros, sed nos praecipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos annos nummum argenteum unum, quo imperium accepto aedificavit muros; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.*

δικτάτωρ dictator. Polyb. p. 237 d, 238 c. Diodor. Sicul. p. 127 in fin. t. 2 et p. 919. et 2. Paean. Eutrop. met. p. 67.

διοικητής publicanus, tributorum exactor. Theophanes: *ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδεῖν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς.* administratorem vertit Anastasius loco supra citato. Hadrianus PP Epistola ad Carolum M.: *missi,* inquit, *Graecorum duo*

spatharii imperatoris cum dioecete, qui Latine dispositor dicitur.

δίπτυχα. in his erant inscripta nomina episcoporum. Constantinus Pogonatus epistola ad Domnum PP (habetur tomo 3 Concil. Gr. p. 7 e ed. R.): *ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων.* Synodus Mopsuestena, cuius acta habentur in 5 Synodi act. 5: *Theodori antiqui nomen eiectum est diptychis.* Facundus Hermianensis l. 4: *cognovi nomen Ioannis in sacris diptychis scriptum.* idem catalogum episcoporum vocat l. 8: *ut ex catalogo episcoporum nomen eius Atticus episcopus iuberet auferri.* *ἱερατικὸν κατάλογον* S. Cyrillus ad Atticum apud Nicephor. Call. 14 26. *βίβλον ἐπισκόπων* B. Chrysost. epist. 125. et diptycha dicta, quia tabulae duplices erant, in quarum altera vivorum nomina perscripta, in altera vero eorum qui obierant. *γραμματεῖον* autem *δίθυρον* intelligit Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi: *καὶ λαβὼν ὁ Ἰωάννης δίπτυχον ἔγραψεν Ἐπιφανίῳ*, sive duplices tabellas, in quibus epistolam scripsit Chrysostomus.

δομέστικος τῆς ἐκκλησίας domesticus ecclesiae. v. Liturgiam ordinum parte 7, in consecratione episcopi, et Meursium in hac dictione. *δομέστικος σχολῶν*, *στρατάρχης*, praefectus, domesticus Scholarum. Constantinus Manasses:

οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.

Historia Miscella 22: *Antonium patricium et scholarum domesticum.* de domesticis agemus in Glossario Nomico.

δούξ dux, *ἡγεμών*, *στρατιωτῶν ἄρχων*, *στρατιωτικῶν καταλόγων ἄρχων*, *στρατοπεδάρχης*. Glossae iuris: *δοὺξ ἡγεμών.* Constantinus de themat. 1: *ὑπὸ δοῦκα καὶ ἡγεμόνα.* Procopius *περσ. α'*: *οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, ὃν δοῦκα καλοῦσι.* et de aedific. Iustin.: *στρατιωτικῶν δὲ καταλόγων ἄρχοντα τῇδε καταστησάμενος, ὃν δοῦκα καλοῦσι.* Eusebius hist. eccl. 9 5: *στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι.* Ioannes Cantacuz. l. 4: *ἐχομένης δὲ τῆς Χίου, ὥσπερ ἱστόρηται ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἐκ Γενούας ἀδίκως ἐν σπονδαῖς, πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῆς, δοῦκα ἐγχωρίως προσαγορευόμενον, ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε.* Niceph. Call. 7 26. Harmenop. 1 16 § ult.: *πᾶσα προπέτεια κατὰ δουκὸς ἢ ἄρχοντος τοῦ στρατιώτου κεφαλικὴν ἐπάγει τιμωρίαν.* Arrius Menander in l. 6 de re milit. dixerat *adversus ducem vel praesidem.* v. ad Gloss. Basil.

δρουγγάριος praefectus drungi, tribunus, turmae unius praefectus. Glossae iuris: *δρουγγάριος ὁ χιλίαρχος.* item: *δρουγγάριον οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸν μιᾶς μοίρας ἤτοι τούρμας ἄρχοντα.* Vetus inscriptio: *Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτωρος καὶ δρουγγαρίου γεγονότος.* p. 1161 2. erant autem plures, inter quos quidam *μεγάλοι*, ut praefectus rei navalis, *δρουγγάριος τῶν πλωΐμων*, Cedreno *ὁ τοῦ στόλου δρουγγάριος*, praefectus classis. Anna Comn. Alexiad. 3.

Nicetas Paphlago in vita Ignatii patr. CP: ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος. τοῦ ναυτικοῦ δρουγγάριος Constantin. Manass. et δρουγγάριος τῆς βίγλης drungarius vigiliae. Constantinus Manass.: βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Historia Miscella l. 24: *multique protospatharii et spatharii et excubitus domesticus et ordinum princeps, seu drungarius imperialis vigiliae.* rectius legitur apud Anastas. Biblioth. in hist. eccles.: *quin et ordinum princeps et exc. domest. seu drungarius vigiliae.* de drungario Cibyrrhaeotarum Cedrenus in Leontio, Nicephorus in breviario historico, Theophanes. Vide ad Gloss. Basilicorum.

δροῦγγος, δρουγγιστί. drungus globus militum. Leo Tactic. c. 13 § 3: κατὰ δρούγγους καὶ κατὰ τούρμας. Veget. 3 16: *scire dux debet contra quos drungos, hoc est globos hostium.* sic legitur in veteri codice Nicolai Fabricii viri perillustris. hinc monachorum globus apud B. Chrysost. epist. 14: δροῦγγος μοναζόντων. οὕτω γὰρ δεῖ εἰπεῖν καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι. hinc δρουγγιστί. Leo Tact. c. 18 § 144: ἀθρόως δὲ καὶ τὸ λεγόμενον δρουγγιστὶ ἐκπηδῶντας. *confestim, glomeratim.*

ἕβδομον. Nicephorus in Breviario historico: καὶ μόλις πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὃ ἕβδομον καλοῦσι. item: κατὰ τὸν παραθαλάσσιον τόπον τὸν καλούμενον ἕβδομον. septimum miliarium.

ἐγκαίνια encaenia. Isidorus de ecclesiasticis officiis 1 35: *quandocunque novum aliquid fuerit dedicatum, encaenia vocatur.* Nicephorus Callist. 8 3 et 18. Eurip. Schol. ad Orest.: ἐγκαίνια ἡ ἐν ἐγκαινισμῷ. Theophanes: γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Marcellinus Com. in Chron.: *Thermarum quae dicuntur encaeniae factae sunt.* Anastasius Biblioth. in histor. eccles.: *Iunio mense facta sunt encaenia SS. apostolorum apud Cpolim, et recondita sunt lipsana Andreae Lucae ac Timothei apostolorum, et transiit Mennas episcopus cum sanctis lipsanis, sedens in carruca aurea imperatoria lapidibus insignita, tenens tres thecas SS. apostolorum in genibus suis, et ita encaenia celebravit.* hinc *encaeniare.* B. Augustinus tract. 48 in Ioannem.

ἔγκλειστος monachus, inclusus, reclusus. Theophanes in Iustiniano: ἔγκλειστος τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου. et in Constantino Copronymo: ὥστε ἅπαντας μοναχούς τε καὶ ἐγκλείστους καὶ κιονίτας. Anastasius Biblioth. vertit *inclausos et cionitas:* semper enim inclausum pro incluso apud eum legas. Theodorus Hermopolites l. 7 tit. 8, exponens haec verba legis 2 D. de in ius voc. *nec eos qui propter loci religionem inde se movere non possunt,* οὔτε, inquit, τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχοὺς ἢ τοὺς προσμοναρίους. Mosch. Limon. c. 50: διηγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ ἀββᾶ Γεωργίου τοῦ ἐγκλείστου. Theodorus Studita Catechesi 38: *stylita in primis, ac deinde factus clusius.* et in testamento eiusdem Livineius

vertit clusium, Graece ἔγκλειστον, pro incluso. Petrus Damiani epist. 19 lib. 1: *in epistola ad dominum Thersonem inclusum missa.* Fredegarius Scholasticus in Chronico: *Sigebertum reclusum basilicae S. Dionysii martyris.* hinc ἐγκλειστήριον pro monasterio. Ioannes Moschus Limonarii c. 69: καθ' οὗ μέρους καὶ τὸ ἐγκλειστήριον ὑπῆρχεν τοῦ γέροντος. *clusa* pro eodem apud Marianum Scotum l. 3.

ἔκδικος defensor ecclesiae seu causarum ecclesiae. Synodus Nic. 2 act. 4: ἔκδικος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. Concil. Cp. sub Menna act. 1: τοὺς εὐλαβεστάτους νοταρίους καὶ ἐκδίκους τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐνταῦθα παραγεγονότας. Hormisda epist. 36: *Paulinum ecclesiae Romanae defensorem cum scriptis praesentibus destinare curavimus.* Anastasius Biblioth. in hist. Eccles.: *Paulus quidam defensorum ecclesiae.* horum mentio in codice canonum Ecclesiae Africanae. et erant quattuor, qui et ἐκκλησιέκδικοι dicti, Iustinian. Novell. 56 c. 1. et ed. 13 c. 10. Concil. Cp. sub Menna act. 2: Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιέκδικος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας εἶπε. primus πρωτέκδικος dictus. Concilium Florentin. sess. 25: ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κληρικῶν ὁ μέγας χαρτοφύλαξ καὶ ὁ πρωτέκδικος. Balsamon ad can. 85 Syn. Carthag. et πρωτεκδικικὸν βιβλίον idem ad can. 78 d. Synodi.

ἑνωτικόν edictum de unione ecclesiarum, cuius auctor Zeno. Sexta Synodus Cp. act. 10: ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ ἐν ἐπαίνῳ ποιούμεθα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τοῦ ἑνωτικοῦ γράμματος, ὅπερ ὁ τῆς γαληνοτάτης λήξεως βασιλεὺς ἐξεφώνησε Ζήνων. Theophanes: Μακεδόνιος δὲ κακῶς πεισθεὶς ὑπέγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος. Anastas. Biblioth. in hist. eccl.: *tunc et enotesium* (sic ms.) *fecit Zeno, ut quidam aiunt, ab Acacio Cpolitano dictatum.* postea tamen scribitur *enotico.* imo et *enotitium* in sequentibus. exstat Evagrii 3 14.

ἔξαρχος dux. Constantinus 1 de them. c. 12: ἦν γὰρ ἐξάρχων τοῦ βασιλικοῦ τάγματος τῶν καλουμένων ἐξκουβίτων. nescio an legendum sit ἔξαρχος. regius tamen codex nil mutat. quid si legas ἄρχων, ut apud Cedrenum τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἐξκουβίτων? ἔξαρχοι τῶν φατριῶν duces factionum: Basilica in interpretatione legis 16 D. de appellat. exarchum vertit Anastasius Bibl. in hist. eccles.

ἐξέρκετος exercitus. Glossae iuris: ἐξίκτο στρατός. leg. ἐξέρκιτος.

ἐξισωτής peraequator. sic in l. ult. C. de censib. et censitor et peraequator. peraequatorem ἐξισωτήν interpretatur Eustathius περὶ χρον. διαστ. sic dictus quod libros censuales emendaret, et tributorum onus habita ratione census ex aequo inter cives divideret. S. Basilius ep. 259: διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Ἑλληνίου ἐξισοῦντος Ναζιανζόν, et ep. 263: διεπεμψάμεθα τῷ αἰδεσιμω-

τάτῳ ἀδελφῷ Λεοντίῳ τῷ ἐξισωτῇ τῆς Νικαίας, et ep. 278: *ὥστε τῆς ἐπὶ τῇ ἐξισώσει φροντίδος αὐτὸν ἀνεθέντα.* idem prope munus peraequatoris et inspectoris. de inspectione Theodoretus ep. 43: *καὶ τὴν ἐποψίαν τὴν πολλάκις γεγενημένην κελεῦσαι βεβαιωθῆναι*, et ep. 44: *τῆς γὰρ ἐποψίας κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γενομένης.* censitores autem qui censum definiunt pro ratione eorum quae quisque possidet. Gloss. Philox. *censitor ἀπογραφεύς, τιμητής.* vide epistolas S. Basilii 304, 352, 353, 426. Gr. Naz. orat. de Iul. censitore.

ἐξκούβιτα pro excubitoribus vel excubiis. Gloss. Cyrill. *ἀγρυπνία* excubitum. item: *excubitum παννυχίς.* Nicephorus Callistus l. 17 c. 40: *κόμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων.* Anastasius Biblioth. in histor. Eccles.: *ast populus scholariorum* et *excubituum.* hinc excubitorium. Anastas. Bibl. in Collectaneis: *duxeruntque in custodiam excubitorii.*

ἐξκουβίτωρ excubitor. Procopius de bello Vand. 2: *ὃς τῶν ἐξκουβιτόρων ἡγεῖτο· οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι.* Georgius Alexandrinus in vita B. Chrysost.: *ἀποστέλλει ἡ βασίλισσα δύο ἐκσκουβίτωρας.* Metaphrast. mense Sept.: *Ἰωάννης τις στρατιώτης ἐν τοῖς καλουμένοις ἐξκουβίτωρσιν.* Chronic. Alexandr. *ὁ στρατὸς τῶν φυλαττόντων τὸ παλάτιον ἐξκουβιτόρων.* Mauricius Imp. epist. ad Gregor. PP: *in quibus omnes dixerunt tuam beatitudinem milites ad illos transmisisse cum uno tribuno et excubitore.* v. ad Glossas Basilicon.

ἐπείκτης. vetus glossarium Illustrissimi viri D. Petri Seguerii Fr. Cancellarii: *ἐπείκτης ὁ σπουδαῖος* qui urget operas ut festinent. v. Indicem in voce *πρωτομάστωρ.* Theophanes: *ἔκτισε τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον λεγόμενον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περιτειχίσματα, καὶ ἐπέστησεν ἐπείκτην Στέφανον.* vide notas P. Goar. ad p. 41, 42 et 598 b.

ἐπίσκοπος ποιμὴν μερικός. Barlaamus *περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς* c. 3: *μερικοὺς δὲ ποιμένας, οὓς ἐπισκόπους, ὠνόμασαν.* Gloss. L. g. *pastor ἐπίσκοπος. τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχης*, Theoph. Cerameus hom. 47. *episcopus primi ordinis sacerdos, primus sacerdos*, S. Ambr. de dign. sacerd. hinc *ἐπισκοπή* pro episcopatu. Iustin. Nov. 123 c. 1. Basil. diaconus Conc. Ephesini parte 1. Gregorius presbyter in vita Gregorii Theologi: *αἰτῶν τῆς βασιλίδος ἐπισκοπήν.* Theophanes: *βουλόμενος Εὐτύχην τινὰ ἀρχιμανδρίτην ὁμόφρονα αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσασθαι.* Anastas. Biblioth. in hist. Eccles.: *per episcopem mittunt depositionem.* et *episcopium* pro eodem. Carolus 3 R. in epist. ad episcopos regni sui: *episcopium Tungrensis ecclesiae expetiit.* item episcopium pro domo episcopi, Synod. Pontigonensis can. 12. Anastasius in exsilio S. Martini: *giraturos per totum episcopium.*

ἐπτάσκαλον locus Cpoli a septem scalis ita nuncupatus: est enim *σκάλα* scala. Moschopulus *περὶ σχ. κλίμαξ ἡ κοινῶς σκάλα.*

Suidas: ἀναβολεὺς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Corona pretiosa: σκάλα scala. v. Procop. Vand. β' p. 148.

ἑταιρεία, ἑταιρειάρχης. cohors quae constabat ex belli sociis et foederatis. huius praefectus ἑταιριάρχης, sive ut loquitur Cedrenus, ἑταιρείας ἄρχων. erant autem, ut Meursius observat, plures eiusmodi ἑταιρεῖαι, quarum una ἡ μεγάλη dicebatur, eiusque praepositus μέγας ἑταιρειάρχης; de quo Constantin. Manass. Georg. Logoth. et Nicetas.

ζιβήνη sibina, venabulum. Glossae Philoxeni: venabulum ζιβήνη. sic etiam exponitur in Gloss. Cyrilli.

ζωστή genus dignitatis. Codinus in παρεκβολαῖς: καὶ προήρχοντο αἵ τε ζωσταὶ καὶ οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ πραιπόσιτοι. v. not. posteriores.

ἡγούμενος hegumenus, maior, maior monasterii, praefectus, praepositus. S. Athanasius in metaphrasi ms Psalmi 67, ad illa vers. 26 προέφθασαν ἄρχοντες, οἱ ἡγούμενοι τῶν μοναχῶν. Synodus Nicaena 2 act. 1: Σάββας ὁ εὐλαβέστατος ἡγούμενος μονῆς τῶν Στουδίων: Anastasius biblioth. vertit *hegumenus monasterii Studii.* idem Anastas. biblioth. in histor. eccles.: *Petrum Eugemenum S. Sabae.* lege *hegumenum.* Synod. Nic. d. act. 1 ἡγούμενον praepositum vertit. Ioannes Mosch. Lim. c. 95: ἡγούμενος ἦν τοῦ κοινοβίου τοῦ Ἀβαζάνου. Pallad. Laus. c. 76: ἡγούμενον πολλῆς ἀδελφότητος. hinc ἡγουμενεία, praefectura. Synodus 8 Oecumen. c. 4: τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ εἰς ἡγουμενείαν προχειρισθέντας.

θέμα, θεματικοί provincia. Cedrenus: διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων, *ex Romanis provinciis.* Anastasius biblioth. in hist. eccles.: *tam in regia urbe quam in thematibus degentes.* Theodorus Hermopolites ad l. 6 § 8 D. de offic. praesid.: οἱ στελλόμενοι ἄρχοντες εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤτοι εἰς τὰ θέματα. hinc θεματικός provincialis; idem Hermop. lib. 9 tit. 1. interdum θέμα legionem significat. vetus Glossar. tit. de Militia: *legio* τάξις, θέμα. hinc θεματικοί legionarii. Cedrenus: συναχθέντες δὲ οἱ θεματικοί, *thematici milites.* Anastas. biblioth. in hist. eccles.: *appellatus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus.* Historia Misc. 22: *et cum ad Orientalium thema, cuius praetor erat Lacinus, cucurrisset.* de hoc themate Constantin. them. 1. et paulo post: *Artabasdus autem a thematibus pronuntiatus est imperator.* et ibidem: *pervenit Constantinus Chrysopolim cum duobus thematicis militibus.* et lib. 24: *mulieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria, auri quinque talenta dedit.* Codinus in παρεκβολαῖς ex Chronico Cpolitano: ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοπάρχαις καὶ δουξὶ καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀρχηγέταις πάντων τῶν βασιλικῶν θεμάτων ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. καβαλλαρικὰ θέματα apud Cedrenum sunt equestres copiae: ἱππικὸν τάγμα Herodiano.

ἴδικτον edictum. Cedrenus: *ἐκτίθεται ἴδικτον.* Glossar. Iuris: *ἐδίκτοις, διατάξεσι.* Theophanes in Heraclio: *ἐκτίθεται τὸ λεγόμενον ἴδικτον.* Agatho PP epist. ad Constantin. Heracl. et Tib. (exstat Synod. Constantin. 6 act. 4): *Ἀπολιναρίου αἱρετικοῦ κατὰ Διοδώρου πρὸς τὸ κείμενον ἐν τῷ ἠδίκτῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως.* Niceph. Callist. 17 29: *τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον ἤδικτον γράφει.*

ἱκανάτον cohortis nomen. Synodus 8 Oecumen. act. 1: *δομέστικος ἱκανάτων.* Menologium Iulii d. 1: *δομέστικον αὐτὸν τῶν ἱκανάτων προεστήσατο.* v. Constant. 1 de them. 5.

ἰλλούστριος illustris. Arrianus Epict. 3 c. ult. Nicephor. Callist. 17 14: *ἰλλούστριος δέ τις ἀξίαν.* Psellus Synopseos v. 1255. Victor persecut. Afr. dixi ad Theophilum. et v. Cuiac. ad lib. 12 cod. t. 1.

ἰνδικτίων, ἴνδικτος. indictus, indictio. Gregorius Tauromínitanus orat. de Indict.: *ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακυκλήσεως, ἴνδικτα λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ.* alii tribuunt Theophani Cerameo arch. Tauromenit. S Maximus in Computo ecclesiast. c. 33. Isaacus mon. in Computo c. 1: *ἴνδικτος ἥτις καὶ ἰνδικτιὼν καὶ ἐπινέμησις λέγεται.* indictionem autem ab indictionibus dici verius est, quae cum annuae essent, inde coeperunt anni per indictiones numerari, ut tradit summus iuris interpres ad tit. C de indictionibus. indictiones autem sunt tributa. b. Augustinus in Psalm. 49: *quod vectigal nobis indicit, quoniam voluit esse rex noster et voluit nos esse provinciam suam. audiamus indictiones eius, non trepidet pauper sub indictione dei.* v. Ciaconum ad Cassianum.

καβαλλαρικά, καβαλλάριος, καβαλλικεύειν. *θέματα καβαλλαρικά* apud Cedrenum et Theophanem. equestris exercitus *καβαλλαρικὸς στρατός*, Constant. Synodus Florentina: *καὶ ἐλθόντες οἱ ἔμπροσθεν καβαλλάριοι.* Theoph. in Heraclio: *οἱ δὲ Πέρσαι καβαλλάριοι.* Ioannes Moschus Limonarii c. 72. hinc *καβαλλικεύειν.* Theoph. in Theod.: *καὶ δι' ἐκείνων ἐκαβαλλικεύσαμεν.* Constantin. in Tact.: *ἀπὸ μεγάλων γὰρ κινδύνων ταῦτα διασώζουσι πολλάκις τὰ ἱππάρια καὶ δι' αὐτῶν τοὺς καβαλλικεύοντας αὐτά.* idem de administr. imp. c. 15: *οὐ καβαλλικεύουσι δὲ ἵππους.* Achmes c. 235: *ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσε βορδῶνα.* Glossarium ms: *καβαλλικεύει, ἀποβαίνει τὸν ἵππον.* utitur Actuarius lib. *περὶ συνθέσεως φαρμάκων.* sic Latini recentiores equum caballare vel caballicare dixerunt. legis Salicae tit. 26: *et eum* (caballum) *caballaverit.* legis Langobard. tit. 105 § 17: *si quis caballum alienum ascenderit et intra viciniam tantum caballicaverit.* Sangallensis 1 de gestis Carol. Magni: *per campum istum caballicans.* a caballo: videntur tamen Latini hac voce uti pro equo viliore. b. Hieronymus epist. ad Heliodorum: *statimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.*

Καῖσαρ. Caesar, designatus imperio, imperii successor. Eutropius l. 10: *Caesares duos creavit*, et mox: *creatus est imperator.* et l. eod.: *solus in imperio Romano eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit.* procedente vero tempore differentia fuit inter δεσπότην, σεβαστοκράτορα et Καίσαρα. vide Codinum de officiis.

καλάνδαι calendae. interpres Cann. eccl. Afr.: τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰουνίων, *octavo calendas Iunias.* Glossae Iuris: καλάνδαι αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι. Glossae Cyrilli: καλάνδαι calendae. v. Plutarchum in Galba.

καλίγιον calceus. καλίγα Modestino l. 10 de excusat. tut. Graeci ad l. 2 D, qui not. inf.: καλίγα γάρ ἐστιν ὑπόδημα. hinc καλιγάριος sutor. Glossae Basil. tit. ad leg. Aquil. l. 5: καλιγάριός τις. Iulius Firmicus Mathes. 3 c. 12: *coriorum confectores seu caligarii.* et l. 4 c. 7: *faciet pellarios, coriarios, caligarios.*

καλλίγραφος calligraphus, Anastasio bibliothec. in Historia eccles. v. notas posteriores. auctor incertus apud Suidam: καὶ ταχυγράφους αὐτῷ παραστήσας ἑπτά, καλλιγράφους πλείους.

καμελαύκιον capitis integumentum, galerus, pileus. Hero in Excerptis: καμελαύκιον Ἀρκαδικὸν περιβαλλόμενος. Theophanes in Iustiniano: καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ σὺν τῷ διαλίθῳ καμηλαυκίῳ. Leo Tact. c. 19 § 42: ἦν δὲ τὸ λεγόμενον καμελαύκιον ἐπὶ κονταρίου ὑψούμενον. Constant. de admin. imp.: τὰ στέμματα ἅπερ ὑμεῖς καμελαύκια λέγετε. lexicon Stephani quod citat Fronto Ducaeus ad tom. 6 b. Chrysostomi: κίδαρις, κορυβάντιον, πῖλος ἐστὶν εἶδος καμελαυκίου, ὃ καὶ τιάρα νοεῖται. Latinis camelaucus aut calamaucus aut camilaucium. Anastasius in Hist. eccl.: *inito bello cum Totila rege Gothorum potentissimo superavit et cepit Romam, et occidit Totilam, et vestimenta eius cruentata cum camilaucio* (sic ms.) *lapidibus pretiosis ornato misit Cpolim.* historia Misc. 22: *et praecepit Habdalas radi barbas eorum, et fieri calamaucos cubiti unius et semis.* in libris manu exaratis legitur *amelaucos* vel *camelaucos.* Glossae Isidori: *galeros calamaucos.* item: *pileum calamaucum.* Iosephus ἀρχαιολ. 3 8: ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς φορεῖ πῖλον ἄκωνον. Ruffinus Aquileiens. vertit: *super caput autem gestat pileum in modum parvuli calamaci aut cassidis.* lege *calamauci*, ut apud Bedam, qui eadem fere verba usurpat. Anastasius de vitis Pontific. in Constantino: *apostolicus pontifex cum caumelaugo, ut solitus est Romae procedere.* legendum *calamauco*, vel quod magis placet, *camelauco.* Glossarium ms.: *camelaucus, vestimentum papae.* et totidem verbis Papias. atque ita Bonaventura Vulcanius legebat in Isidori Glossis.

καμισία camisia, interula, subucula. Victor Uticensis. persecut. Africae l. 1: *de palliis altaris, proh nefas, camisias sibi et femoralia faciebant.* Anastasius biblioth. in hist. eccles.: *Chalba-*

sias camisias multas. Alcuinus de divin. offic.: *tunica linea vestis erat interior, quam camisam dicimus vel supparum.* Papias: *alba, vestis sacerdotalis, linea stricta, quae camisium dicitur.* v. eund. in poderis. unde ὑποκάμισον. Cyrillus Cp. advers. Iudae. c. 2 q. 1. Codinus in παρεκβολ. Mosch. c. 186.

κάμπος campus. Leo Tact. c. 7 § 30: μὴ ἐλάσῃς ἰσχυρῶς ἐν τῷ κάμπῳ.

κανδιδᾶτοι. militum genus quos robur corporum et animorum commendabat, erantque inter stipatores principis. b. Hieronymus in Hilarione: *candidatus Constantii imperatoris.* Michael imperator epistola ad Ludov. imp.: *et ideo iustum existimavimus mittere ad vestram gloriam Theodorum protospatharium nostrum et Leonem nostrum candidatum.* Acta Sutrina sub Henrico r.: *pontifex misit in occursum eius in montem Gaudii, qui et Marii dicitur, baiulos, cereostatarios, candidatos, defensores, stratores.* Luitprandus rerum Europae l. 3 c. 5: *turba post hos immensa vocatur, protospathariorum, spathariorum, candidatorum.* horum meminit Procop. 3 de bello G. Ioann. Moschus c. 185: διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεοφιλὴς καὶ φιλόπτωχος Μαρία ἡ μήτηρ τοῦ κυροῦ Παύλου τοῦ κανδιδάτου. Nicephorus Cpolitanus in Breviario hist.: τὴν δὲ ἀξίαν ἣν κανδιδάτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος.

κανίκλειον. Cedrenus: κανικλείου τιμή, ἀξίωμα. Synodus 8 tom. 3 Conc. p. 413 ed. R.: γεγραφότος Χριστοφόρου πρωτασηκρήτης καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. Ioan. Cantac. 4 40: τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου Ἄγγελον πρὸς βασιλέα πέμψας πρεσβευτήν. Chronic. Cp.: διὰ Νικηφόρου κανικλείου τοῦ Ἀλιάτου. *caniclinus.* v. Meursium, Vossium de vitiis sermonis, Alemannum ad Procopii arcana p. 19.

κανών. quod quis velut ex regula facere debet. Moschus c. 98: οὐδέποτε ποιῶν τὸν κανόνα μου, ἀφῆκα τὸν νοῦν εἰς τὴν γῆν. item psalmus et canticum statis diebus cani solitum. et divinum officium. vide Meursii Gloss. et Hugonis Menardi not. et obs. ad Concordiam regularum, c. 55 § 3.

καπνικόν tributum fumarium. videndus Theophanes in Nicephoro Logotheta.

καρδαρίγας. Cedrenus. Anastasius biblioth. cardarigam vocat in histor. ecclesiastica: *cardarigas vero,* inquit, *non est proprium nomen, sed dignitas maxima apud Persas.* ex Theophane.

καστέλλιον castellum. Constantinus Porphyr. de them. 1 them. 9: παρέδωκαν τὰ ἐκεῖσε καστέλλια. Theophanes: ἐκ τοῦ καστελλίου ἀπέλυσαν. Ioannes Moschus Limon. c. 167. Synodus Florentina: εἰς τὸ καστέλλι Φραγκολί. Ioannes Cantacuzenus 4 40: τὸ λεγόμενον καστέλλιον διεπόρθησαν.

κάστρον castellum, ἐπιτείχισμα, locus muris munitus. Suidas: κάστρον φρούριον. Achmes c. 283: ἢ ἀγρὸν ἢ κάστρον. Theophanes: τούτῳ τῷ ἔθει Πέρσαι τὸ Βεδζάκιδι καλούμενον κά-

στρον παρέλαβον. sed et κάστρα pro oppidis poni notum est. Iustinianus Novella 128 c. 20: ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις. vet. int.: *in civitatibus aut castris.* intellige, aut oppidis. denique κάστρον παρεμβολή, castrum. Glossarium ms. παρεμβολὴ σκηνή, κάστρον, στρατόπεδον. Gloss. Graec. Latin. παρεμβολή falanx, castrum. Glossae iuris: κάστρον ἤγουν φοσσάτον. φοσσάτον pro castris poni ibi dicam ξὺν θεῷ.

κατέπανος. Curopalates p. 843 a. v. Meursium in ea dictione.

κελλίον, κέλλη, κελλιῶται. cellula. S. Athanasius Apol. 2: ἐν κελλίῳ νοσῶν καὶ κατακείμενος. Simeon Metaphrastes in Abramio: ἐν τῷ εἰρημένῳ κελλίῳ εὑρίσκεται μηδένα σύνοικον ἔχων. Menologium mense Martio: κλείσας τὴν θύραν τοῦ κελλίου. utuntur hoc vocabulo S. Basil. Pallad. in Laus. Doroth. doct. 4: καὶ ἐτίνασσον τὰ ψιάθια αὐτῶν ἔμπροσθεν τοῦ κελλίου μου. Ioannes Moschus Limon. c. 46 in fine. Nicephorus 11 38: ἕτερός ἐστι τόπος ἀμφὶ στάδια διεστὼς ἑβδομήκοντα πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν δεξιῶς ἔχων, ὃς κελλία προσαγορεύεται, ὅτι περ οὐ κατὰ συνοικίας ἀλλὰ σποράδην τὰ τῶν μοναζόντων εἰσὶν οἰκήματα. Theophanes. idem κέλλη, cella. Simeon Metaph. in Pelagia: καὶ δὴ Πελαγίας ἐπιστὰς τῇ κέλλῃ κρούσας ἐκάλει. Antiochus in Pand. Georgius Alexandrin. in vita b. Chrysostomi: σκυλεύσας δὲ τὰς κέλλας. hinc κελλιῶται. Laonicus Chalcond. cellulani, a cellula qua includebantur.

κεντηνάριον centenarium, pecuniae quantitas. Georg. Alexandr. in vita b. Chrysostomi: ἀπαιτήσασα τὸν Παυλίκιον κεντηνάριον. Codinus in παρεκβ.: ἐξοδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνβ΄. Niceph. Callisti 15 27: ἐφ᾽ ᾧ στόλῳ χίλια διακόσια χρυσοῦ κεντηνάρια λόγος ἔχει δαπανῆσαι αὐτόν. Theophanes, Candidus historicus apud Photium, Ioannes Moschus in Limon. Eustath. Ἰλ. β΄. Anastas. bibliothec. in histor. ecclesiast.: *et dat ei quinquaginta auri centenaria.* sic ms. v. Graec. ad l. 60 D. de iu. dot.

κεντηρίων, κεντυρίων, κεντουρίων. centurio. Alexius Rhart. doct. εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν: ἐπιστρέφουν ληστήν, κεντυρίωνα. scribitur et κεντυρίων et κεντουρίων. Graec. interpr. 48 *Βασιλ.* tit. 3: κεντυρίων ἐκώλυσε. Basil. ibidem ἑκατόνταρχος. Theophylactus ad c. 15 Marci: ὁ κεντυρίων, τουτέστιν ὁ ἑκατόνταρχος· κέντουμ γὰρ λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ ἑκατόν. v. Euseb. histor. ecclesiast. 7 15. Niceph. Callist. 6 13.

κεράτιον siliqua. Constantinus in legibus Georgicis: κεράτιον ἓν ἤγουν φόλλεις δώδεκα. v. in φόλλις.

κεφαλιτιών capitatio, census capitis. Theophylactus in Epist. Pauli ad Rom. c. 13: τῷ τὸν φόρον χρεωστουμένῳ, ἤγουν τὴν λεγομένην κεφαλιτιόνα, ἀπόδος τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος δέ, ἤγουν τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς συνεισφοράν, τὸ τέλος. quae totidem verbis exstant apud Oecumenium in eandem epist. c. 18.

κηρουλάριος cerularius, *κηροπώλης* cerae venditor. Anastasius bibliothec. in histor. ecclesiastica: *cerularius quidam erat in foro, ex laboribus suis locuples.*

κινστέρνα cisterna. Leo Tact. c. 15: *ἐὰν δὲ ἀπὸ κινστέρνας ἔχουσι πόσιμον ὕδωρ.* utitur Suidas tribus locis, et Hero *περὶ μέτρων.* Zonar. ad Conc. p. 581.

κλεισοῦραι clusurae, angustiores aditus qui non capiunt multitudinem. his autem hostes excludebantur. Procopius de aedific. Iustin. p. 32: *καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ στενωποὺς ἐτειχίσατο, οὕσπερ κλεισούρας καλεῖν νενομίκασιν.* Stephanus in Arist. rhetoricam (nondum luce donatus est): *τὰς ἰδιωτικῶς παρὰ πολλοῖς λεγομένας κλεισούρας.* Eustathius. *Ἰλ. β': ὅπου ξυνοχὰς λέγει ὁδοῦ, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν κλεισούρας καὶ στενότητας.* Codinus in *παρεκβολαῖς: ἀπετυφλώθη ἐν τῇ κλεισούρᾳ.* utitur Leo in Tacticis, Constantinus de administr. imperio, Theophanes et alii. Latini clusuras, clausuras, clusas et claustra dicunt. Cassiodorus 2 var. 5: *praecipimus 60 militibus in Augustanis clusuris iugiter constitutis annonas praestare.* sic enim legitur in veteri codice: nam cludo pro claudo promiscue dixere, ut in l. 226 D. de V. S. *clusus est,* ut Flor. legitur. de clausuris auctor Miscellae l. 18: *clausuras tenuere quae ducunt in Persidem.* Egica R. in Concilio Toletano 17: *intra clausuras noscuntur habitatores exsistere.* de clusis Anastasius bibliothecarius in Stephano 3: *ad custodiendum proprias Francorum clusas.* Hincmarus epist. 5 c. 6: *sed Aistulphus superbia elatus super Francos, qui ad custodiam propriarum secundum iussionem Pippini clusarum venerant.* Luitprandus 1 2: *quibusdam namque difficillimis separata erat a nobis interpositionibus, quas clusas nominat vulgus.* nil hic mutandum, nec l. 5 c. 8. de claustris Cicero 7 in Verrem: *qui nostros exercitus saepe excluserant, iis claustra loci committenda non existimavimus.* et eadem significatione alias utitur. Iornandes de rebus Geticis c. 32: *cui Valia rex Gothorum non minori procinctu ad claustra Pyrenaei occurrit.* a clusuris clusuriarches, *κλεισουράρχης.* Theophanes: *Γρηγόριος ὁ Καππαδὸξ ὁ καὶ κλεισουριάρχης γενόμενος.* auctor Miscellae l. 19: *et Gregorius Cappadox, qui et clusuriarches exstiterat.* clusurae praefectus.

κλῆρος, κληρικοί, κλήρωσις. clerus, sacer ordo, sacrum collegium, generali appellatione omnes qui divino ministerio mancipati sunt. b. Hieron. ad Nepotianum: *clericus,* inquit, *qui Christi servit ecclesiae.* b. Augustin. in Psal. 67: *ecclesiastici ministerii gradibus ornati.* Magnum Etymologicum: *κλῆρος λέγεται σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων.* Oecumenius in 1 epist. Petri c. 7: *κλῆρον δὲ τὸ ἱερὸν σύστημα καλεῖ, ὥσπερ καὶ νῦν ἡμεῖς.* b. Chrysostomus hom. de S. Ioanne apostolo: *ἐννόησον πάλιν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ πλήθη, τὸν κλῆρον.* interdum clerus accipitur pro omnibus qui subsunt episcopo. D. Basilius epist. 52:

καὶ νῦν δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ πληρώματος, τοῦ ὑπό σε κλήρου. Paulinus epist. 28 ad Victricium: *de sanctitatis tuae clero et corpore et spiritu esse cognovimus. κληρικοί.* Niceph. hist. eccles. 7 42: *ὑπηρεσίαν τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν.* erat autem clerus quadruplex in imperio Orientali, ut docet Meursius. de clerico principis Synodus 8 oecumen. act. 7: *οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον διὰ τοῦ ἐξελληνίζοντος Δαμιανοῦ βασιλικοῦ κληρικοῦ.* de clero etiam palatii Hincmarus epist. 3 c. 26. hinc archiepiscopus sacri palatii, praefat. concilii Moguntiaci, archicapellanus sacri palatii, Ademarus in vita Ludovici Pii. denique *clericatus* in cod. canonum ecclesiae Africanae p. 283. clericis opponuntur laici. Clemens Romanus epistola priore ad Corinthios: *ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδοται.* Theophanes: *πολλοί τε κληρικοὶ καὶ μονασταὶ καὶ εὐλαβεῖς λαϊκοί.*

κοιαίστωρ quaestor. Constantinus Manasses: *κοιαίστωρ τὴν ἀξίαν.* Basilius in Grammatica: *κοιαίστωρ τὸ ἀξίωμα.* Nicephorus Cpolit. in historiae breviario: *Κοσμᾶν τὴν ἀξίαν ἣν δὴ κυαίστωρα καλοῦσι.* Gregorius Nazianzenus orat. 10: *διέτριβε μὲν ἐν τῇ Βιθυνῶν, τὴν οὐ πολλοστὴν ἀπὸ βασιλέως διέπων ἀρχήν. ἡ δὲ ἦν ταμιεύειν βασιλεῖ τὰ χρήματα καὶ τῶν θησαυρῶν ἔχειν τὴν ἐπιμέλειαν. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τὰς μείζους ἀρχὰς βασιλεὺς προοιμιάζεται.* sic apud Romanos quaestura primus ad honores gradus erat.

κόμης. τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου, τοῦ σταύλου, ἀνατολῆς, ἐξκουβίτων, φοιδεράτων, κόρτης. τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου comes sacri stabuli, vet. Inscript. Grut. p. 412 4. *φροντιστὴς τῶν ἵππων* Manass. regalium equorum praepositus qui alias *κόμης τοῦ σταύλου. κόμης τῶν βασιλικῶν σταύλων* Theophani: est enim *σταῦλος* seu *σταῦλον* stabulum. Eustathius ad Odyss. *ω': παρὰ μέντοι Ἀττικοῖς τὸ κλήσιον ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν ἐστὶ δεκτικόν, ὃ λέγεται τοὺς Ῥωμαίους παρὰ τὴν στάσιν σταῦλον καλεῖν.* Theophanes: *καὶ ἐπιφθάσαντες ἐν τοῖς ταύλοις* (sic ms: lege *σταύλοις*) *Σταυρικίου τοὺς ἵππους*, etc. *le grand escuier. κόμης ἀνατολῆς*, apud Cedrenum, Theophanem, Iulium Pollucem in Chronico, Nicephorum Cp. comes Orientis, *κόμης τῆς ἑῴας*, sub quo erant 15 provinciae Orientis, Zosimus 5. *κόμης τῶν ἐξκουβιτόρων*, comes excubitorum, vel *κόμης τῆς τῶν ἐξκουβίτων σχολῆς. κόμης τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτου*, comes imperialis excubiti. Synodus Cp. 6 act. 14. Theophylactus Simoc. hist. Mauric. 3 11: *ἡγεμὼν δ' οὗτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα ἐξκουβιτόρων τῇ συνήθει φωνῇ ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν.* satellitum et protectorum principis comes et praepositus. *κόμης φοιδεράτων*, comes foederatorum, *τουρμάρχης τοῦ τάγματος τῶν φοιδεράτων*, Zonarae. aliis *τῶν φοιδεράτων ἡγεμών*, princeps foederatorum. v. infra *φοιδεράτοι. κόμης κόρτης*, comes seu praefectus cohortis. Glossae: *praefectus cohortis ἔπαρ-*

χος τῆς κοόρτις. Leo Tact. c. 4 § 10: κόμης δέ ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ἤτοι βάνδου ἀφηγούμενος. Gloss. Iuris: κόμης ὁ μιᾶς κοόρτης ἄρχων, ᾧ καὶ ἑκατοντάρχαι ὑποτάττονται.

κομητόπουλος comitis filius. sic οὐμπερτόπουλος apud Annam Comnenam p. 412, ἰατρόπουλος apud Pachymerium. Harmenopulus.

κομμέρκιον commercium, tributum. Cedrenus: τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια ἐκούφισε. idem apud Theophanem. Anastasius bibliothecarius in hist. eccles. sic vertit: *Abydi ac Hieri ea quae dicuntur commercia relevavit.* idem Anastasius: *cum auri librarum duodecim persolverent, simul et consueta commercia.* Theophanes: τὸ κουμέρκιν τοῦ πανηγυρίου ρ΄ λιτρῶν χρυσίου ἐκούφισεν. Constant. de admin. imperio: ἔχει δὲ καὶ κομμέρκιον ἐκ τῶν τοιούτων πραγματειῶν ἄπειρον.

κόρτη cohors. aula, *la cour du prince,* tentorium. κόμης κόρτης comes cohortis: v. supra in κόμης. Polyb. 11: τρεῖς σπείρας (τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις). κονόρτα Graecis Basilicon interpretibus ad l. 2 D. qui not. infam. Theophanes: ἐξῆλθε πᾶσα ἡ βασιλικὴ ὑπουργία καὶ ἡ κόρτη, *toute la cour.* idem: ἐπήρασι δὲ καὶ τὸ τοῦλδον χρήματά τε καὶ ἵππους καὶ τὴν κόρτην μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας. Anastasius bibliothecarius ita vertit: *abstulerunt autem Vulgares etiam sarcinam, pecuniam, equos et aulaeam una cum universo regio apparatu.* sic duo manuscripti codices. nescio an satis emendate, et an scripserit *aulam.* κόρτη igitur Cedreni p. 472 b non est cohors: Cedrenus enim et Theophanes de re eadem loquuntur. nisi malis ibi cum P. Goar κόρτην tentorium principis interpretari.

κουβικλάρεα, κουβικουλάριος. cubicularia, cubicularius. Georgius Alexandr. in vita b. Chrysostomi: παρέστη καὶ ἡ βασίλισσα πρὸ θυρῶν τῆς ἐκκλησίας μετὰ πάσης αὐτῆς τῆς φαντασίας καὶ τῶν κουβικουλαρίων καὶ τῆς τάξεως. Ioannes Malela: Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ἐφίλει ἔρωτι Χρυσάφιον τὸν κουβικουλάριον. Synodus Cp. 7. Niceph. Callist. Chronicon Alexandrinum, Nicephorus Cpolitanus. cubicularius a cubiculo, κοιτωνίτης, πρόκοιτος, κατακοιμητής. sacri palatii cubicularius in Marcellini Chronico. erant autem plures palatini cubicularii; quique his praeerat comes cubiculariorum dicebatur. in Concilio Toletano 8 subscribit Odoacrus comes cubiculariorum. v. Cuiac. ad tit. 5 l. 12 Cod. et Glossarium nostrum ad Iulianum.

κουβούκλειον, κουβούκλιον. cubiculum. b. Chrysostomus hom. de poenit.: ὡς ἔν τινι κουβουκλείῳ ἀποκέκλεισται. Codinus in παρεκβολαῖς: κλειδώσας πάλιν ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸ κουβούκλιον. Chronicon Alexandrinum p. 90: οὖσαν αὐτὴν ἐν κουβουκλείῳ. Ioannes Mosch. Limon. c. 129: ἐλθὲ εἰς τὸ κουβούκλειον. S. Maximus c. 84 cent. 2: συνείποντο δὲ τῇ μνήμῃ τοῦ χρυσίου καὶ ἡ μνήμη τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκεβρίου καὶ τοῦ

κουβουκλείου. σκέβριον ibi est cista. Ulpianus in l. 1 § 41 D. depos. si cista signata. Basilica: *ἐσφραγισμένον σκεβρίον.*

κουμπάρια magna navigia. Constantin. de Themat. 2 c. 11: *στόλος λς' κομπαρίων.* Leo Tact. c. 18 § 140: *διὰ τῶν παρ' αὐτοῖς πλοίων τῶν λεγομένων κουμβαρίων.* Saracenica vox est auctore Leone d. c. 18 et c. 19 § 70, Constantino d. c. 11 et Zonara. Latini tamen cumbam vel combam dixere. Glossar. Arabicolat. *lembus, navicula brevis, dicta et caupulus et cumba et lintris.* Gloss. Cyrill. *σκάφη τὸ πλοιάριον*, comba.

κουράτωρ. *τέσσαρας ἀρχόντων γειτόνων κουράτωρας ἀποκτείναντα.* quinam erant isti curatores principum? utique primariae dignitatis viri. an veluti curatores divinae vel dominicae domus? Theophanes in Mauricio: *κουράτωρ τῶν βασιλικῶν οἴκων.* Sexta Synodus Cpol. act. 1: *κουράτωρος τοῦ βασιλικοῦ τοῦ Ὁρμίσδου οἴκου.* erat et curator principis, *κουράτωρ τοῦ βασιλέως, ὃς νῦν λογοθέτης λέγεται*, ut ait Constantinus Harmenopulus Breviarii l. 6 de dignitatibus tit. 1 § 5. *κουράτωρ* etiam accipitur pro curatore adolescentis, et *κουρατωρεία* pro cura seu curatione.

κουρατωρεία curatoria. Theophanes: *τὰ δὲ κρείττονα τῶν κτισμάτων εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν αἴρεσθαι ἐκέλευε.* Anastasius biblioth. in hist. eccles.: *ceterum quaeque meliora erant in rebus in regiam curatoriam deferri iubebat.* vide notas posteriores P. Goar. p. 44 col. 2 d.

κουροπαλάτης curopalates, qui palatium curabat, cui palatii cura commissa erat. Nicetas Paphlago in vita Ignatii (habetur tomo 3 Concil. ed. R.): *Βάρδας μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτὸν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν ὑποποιούμενος πρῶτον μὲν κουροπαλάτης* etc. curopalatae autem potestas prima post principem. Nicephorus in Breviar. hist.: *Ἡράκλειος δὲ Θεόδωρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀρχὴν κεκτημένον, κουροπαλάτην δὲ αὐτὸν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν εἰώθασι.* corrupte *curopalatus* dicitur. Luitprandus in Legat.: *ante fratris eius Leonis curopalati et logothetae praesentiam sum deductus.* corruptius *curapalatius.* Vigilius PP. in epist. encyclica ad universam ecclesiam: *Iustinianum exconsulem et curapalatii. curopalasius* Chron. Casin. c. 7. Latinis primum *cura palatii* dicebatur, l. 1 C. de comitib. et tribun. schol. hinc *excura palatii* Amm. Marcell. 22.

κοῦρσον, κούρσευμα, κουρσεύειν. incursio, praeda. Constantinus in Tact.: *μὴ ἀφίῃς τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν πολεμίαν γῆν ἵνα ἀτάκτως ἐκβαίνωσιν εἰς κοῦρσα.* item: *καὶ γὰρ εἰς μὲν τὰ κοῦρσα καὶ τὰς ἄλλας ἐπιδρομὰς ἔρχονσιν οἱ στρατιῶται τὰ συρτὰ μετ' αὐτῶν.* et *κούρσευμα.* Astrampsychus *ἐν τῷ Πυθαγορ. λαξ.: δηλοῖ αἰχμαλωσίαν καὶ κούρσευμα.* hinc *κουρσεύειν* pro praedari. Constantinus in Tact.: *κουρσεύσας γὰρ τὴν Συρίαν καὶ κρατήσας αἰχμαλωσίαν καὶ πραῖδαν πολλήν.* Theophanes in Heraclio: *κουρσεύων καὶ πραιδεύων.* v. i. *κούρσωρες.*

κούρσωρες cursores. Suidas: *κοῦρε Ῥωμαϊστὶ τρέχε, ἔνθεν καὶ κούρσωρες. θεῖος κούρσωρ*, cursor imperatoris. Caesarius dial. 2 resp. 107 B. Chrysostomus vel potius auctor homiliae de iusto et beato Iob, quae exstat tomo 6 oper. D. Chrysost.: *πῶς ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, κούρσωρας καλουμένους Ῥωμαϊστί.* Philostorgius hist. eccles. l. 2: *κἀκείνην δὲ πάλιν φωραθεῖσάν τινι τῶν κουρσώρων μοιχωμένην.* cursorem intelligit Libanius orat. 23 de honorib. ad Eustath.: *ἔπειτα οὔθ' ὁ παῖς ἧκεν οὔθ' ὧν ἐστὶ τὸ τρέχειν.* Petron. vet. inscr. p. 600 15. Firmicus. Lupus abbas epist. ult.: *cursor noster, donec veniamus, pauperis apud vos locum implebit.* P. Blesens. ep. 41: *cursores diversos nostrorum exploratores itinerum ante faciem meam circumquaque praemisi.* Adventius Metensium episcopus ad Nicolaum PP: *nos tamen inter ista vix unum cursorem, religiosum videlicet presbyterum Theodoricum nomine, compendioso itinere cum prosecutione praesentium literarum ad vestram dirigere potuimus clementiam.* Paulinus epist. 24: *ut cursorem Dominicum Cardamatem signatis in lege divina antiquorum velocium laudemus exemplis.* cursor igitur pro famulo accipitur, quem hodie Graeci *οὐλάκις*, Galli *un laquais* vocant. Laonic. Chalcondylas: *καλοῦνται δὲ οὗτοι οἱ κύρικες οὐλακίδες.* vel pro tabellario eove quem ad aliquid perferendum mittimus. *procursor* in hist. Misc. et Anastasii biblioth. hist. eccl. Graece est, opinor, *πρωτοκούρσωρ*, primus cursorum. *κούρσωρες* etiam dicuntur milites qui belli tempore incursiones faciunt. Leo Tact. c. 7 § 36.

κοῦσπος cippus. Lexicon vetus biblioth. Regiae: *ζατρίκιον ὁ κοῦσπος, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον.* alii *ποδοκάκην* exponunt. quid sit autem *ποδοκάκη* explicat Simeon Metaphrastes in Luciano: *καὶ τοῦτο μὲν εἰς τὴν ποδοκάκην (ξύλον δὲ προμηκές ἐστι στρεβλωτήριον) ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐνεβίβαζον, ἐπὶ τέσσαρα τρήματα διελκύσαντες, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῆς τιμωρίας ταύτης βαρύτερον.*

κυνήγιον locus in quo venatio bestiarum ad populi voluptatem exhibebatur. hinc *κυνηγοὶ θηριομάχοι* in Glossis Nomicis, id est bestiarii; de quibus plenius ibi dicam. in eo supplicium de reis interdum sumebatur. Nicephorus in Breviario historico: *ἐκπέμπει ἐν τῷ καλουμένῳ κυνηγίῳ τμηθῆναι τὰς κεφαλάς.* item: *ἐν τῷ τῆς πόλεως κυνηγίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προστέταχε.*

κυριακή, κυριακόν. μία σαββάτων. una sabbathi, dies dominicus. b. Gregorius Nyssenus *πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσι: ποίοις γὰρ ὀφθαλμοῖς τὴν κυριακὴν ὁρᾷς ὁ ἀτιμάσας τὸ σάββατον;* b. Gregorius Nazianzenus orat. 19. v. Niceph. Callist. 7 46. una sabbathi est dies dominicus, primus dies hebdomadae. Oecumenius in primam ad Corinthios c. 9: *μίαν σαββάτων τὴν κυριακὴν λέγει.* Theophylactus ad c. 18 Lucae: *μίαν σαββάτων τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος τὴν παρ' ἡμῖν κυριακὴν ἐκάλουν.*

vide eundem ad c. 24. ἡ μεγάλη κυριακή apud Cedrenum. et est dies paschatis. item apud eundem p. 295 d. κυριακή vel κυριακόν est templum. Niceph. Callist. 7 38. Cyrillus Catech. p. 494 ed. in 4. Chronicon Alexandr. p. 660. S. Athanas. in vita Ant.: ἐξελθὼν εὐθὺς ἐκ τοῦ κυριακοῦ. Simeon Metaphr. in Cypriani martyrio: εἰς τὸ κυριακὸν ἀφικνεῖται. v. Zonar. ad c. 74. Synod. 6 in Trullo. Walafridus Strabo de reb. eccles. c. 7. sicut itaque domus dei Basilica, id est regia a rege, sic etiam κυριακά, id est dominica a domino nuncupantur. adde Aimoinum de gest. Francor. 2 c. 11.

κυρός, κύρ, κῦρις. dominus. in inscriptione operis κυροῦ τοῦ Κεδρηνοῦ. Iosephus episcopus Methonensis sic inscripsit apologiam adversus libellum Marci metropolitae Ephesi: ἀπολογία εἰς τὸ γραμμάτιον κὺρ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου. Concil. Chalced. act. 1: ἀξιοῦμεν καὶ τὸν κῦριν Μάμαν εἰπεῖν. vet. interp.: *supplicamus et domnum Mamam dicere.* Synod. Cp. 6 act. 14: ὁ κῦρις Κωνσταντῖνος. vet. int.: *domnus Constantinus.* et paulo post: δέδωκα αὐτὰ αὐτῷ τῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ. Concil. Chalced. act. 1: ἐπὶ τοῦ κυροῦ Θαλασσίου καὶ τοῦ κυροῦ Εὐσεβίου παρόντος καὶ τοῦ Σιλεντιαρίου ἐγένετο ἡ πρᾶξις.

κῶδιξ, κωδίκιον. codex. b. Chrysostomus homil. in Salvatoris diem nat.: καὶ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίᾳ κειμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς Ῥώμης. Theophanes: Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα φοβερὸν βαστάζοντα κώδικα. Pachymeres: τὸ κωδίκιον τῆς ἐκκλησίας εἰς πίστιν προεκομίζετο. Sexta Synodus Cp. act. 5: τὰ εἰρημένα κωδίκια ὑποδεχέσθωσαν. vet. int.: *praedicti codices suscipiantur.* et act. 7 vet. int. vertit *codicillum*, et act. 13 *polyptychum.*

λατέρκουλον laterculum. quid esset laterculum explicat Cedrenus p. 169 d. Theodoretus Quaest. in lib. Regn. interrog. 40: πλινθίον οἶμαι καλεῖσθαι, ὃ παρὰ τοῖς ἔξωθεν συγγραφεῦσι πλαίσιον ὀνομάζεται. εἶδος τοῦτο στρατιωτικῆς παρατάξεως τετράγωνον ἐχούσης τὸ σχῆμα. vide Cuiac. ad tit. Cod. de proxim. sacror. scrin. l. 13. ad Novell. 8, et de off. quaest. in Parat. Cod.

λεγάτον legatum. Suidas. occurrit passim in Basilicis. Concilium Florentinum sess. 3: ὥσπερ τι λεγάτον καὶ κληρονομίαν αὐτοῖς ἐγκατέλιπε.

λεκτίκιον lectica. Menologium Augusti die 2: τὸ ἱερὸν λείψανον ἐν λεκτικίῳ ἐπὶ ὄνῳ καταθεῖσα. Graeci ad l. 60 § 8 D. loc.

λέσσα. v. Meursium.

λιβελλίσιος libellensis. Nov. 20 c. 9. qui libellos conscribit, in l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. l. 3 C. ubi senat. Iulianus Antecessor Nov. de adiut. Quaest. vide ad Theophilum de satisdat.

λίβελλος libellus. Phavorinus. Synodus 6 Cp. act. 3: εὑρέθησαν ἐν αὐτῇ λίβελλοι δύο. et act. 4 laudatur Pyrrhi λίβελλος τῆς πίστεως. Theophanes in Heraclio: καὶ λίβελλον ἐπιδεδωκὼς ὀρθοδοξίας τῷ πάπᾳ. apud b. Chrysostomum epist. ad Innocentium λίβελλοι κατηγοριῶν, libelli accusationum, libelli accusatorii.

λόγγος locus angustus. v. Meursium in ea dictione.

λογοθέτης logotheta. plures erant. γενικὸς λογοθέτης, de quo supra in γενικόν. v. Procopii arc. p. 81 et 104 et notas ib. Nicephorus Gregoras 8: ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης. ὁ τῶν οἰκειακῶν. Georgius Pachymeres: τοῦ μεγάλου λογοθέτου τῶν οἰκειακῶν. ὁ τοῦ δρόμου logotheta dromi seu cursus. Constantinus de admin. imp. c. 32. Theophanes in Constantino: ὧν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες Κωνσταντῖνος ὁ πατρίκιος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου γενόμενος. τοῦ στρατιωτικοῦ: sexta Synodus Cp. act. 1: στρατιωτικοῦ λογοθέτου, septima act. 1: Ἰωάννου βασιλικοῦ ὀστιαρίου καὶ λογοθέτου τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθεσίου. Anastasius biblioth. ita vertit: *Ioanne imperiali ostiario et logotheta imperialis logothesii.* alius interpres ita: *Ioanne regio ostiario et quaestore aerarii militaris.* τῶν ἀγελῶν Codinus de officiis meminit. denique ὁ τῶν σεκρέτων λογοθέτης, Nicetas, qui et μέγας λογοθέτης dicebatur. Nicephorus Gregoras l. 6: Μουζάλων ὁ μέγας λογοθέτης. cancellarius hodie est. Papias: *logotheta edictum imperatoris foris populo nuntiat.* vide Chron. Casin. c. 68.

λωρίκιον, λουρίκιον. Leo Tact. c. 15 § 9: τοὺς μὴ ἔχοντας λωρίκια. Constantinus Tact.: ἐχέτωσαν δὲ τὰ λωρίκια θηκάρια δερμάτινα. Gloss. ms. in v. ὅπλα: θῶραξ ὁ σιδηροῦς χιτών, ὅπερ ἐστὶ λουρίκιον. Glossae Nomicae: μανδύας, ἱμάτιον, τὸ λουρίκιον. Chalcond. l. 9: ποιοῦντες λωρίκια ἐξαίρετα. Theophanes in Heraclio: ἔλαβον τὰ λουρίκια αὐτῶν. Corona pretiosa: giaccho λουρίκι. hinc λωρικάτοι. Leo d. § 9. apud Theophanem in Iustiniano λουρικάτοι, in Theodosio λωρικάτοι.

λώριον lorum. v. Meursium.

λῶρος lorum. Scholiastes antiquus Homeri ad Il. γ: ἱμάς, λῶρος. Eustath. Il. β: τελαμὼν δὲ νῦν λῶρος πλατύς, δι' οὗ ἡ ἀσπὶς ἀνεφέρετο. Macarius hom. 32: λώροις αὐτὸν βασανίζει. Schol. Eurip. in Hippol.: εἰώθασιν οἱ ἁρματηλάται περιάπτειν τὰ λῶρα τῇ ἄντυγι. Theodorus Metochites in hist. Romana: μαστίζεται τὸν νῶτον λώροις πλεκτοῖς· τοιοῦτον καὶ γὰρ τὸ φραγγέλιον. Glossarium ms. illustrissimi Franciae cancellarii P. Seguierii: ἀμφωρίσκος ὁ λῶρος. vide Breviarium Graecum p. τξε' et φιζ' parte 2. Graeci autem λῶρος et λῶρον dixerunt, ut Latini lorus et lorum. Gloss. Cyrilli: ἱμάς *habena, lorus, corrigia, hoc lorum.*

μαγαρίζειν Mahometicam impietatem profiteri. Theophanes: καὶ πρός τινα μαγαρίτην εἰπεῖν. Anastas. biblioth. in hist. eccl.: *et ad Cosmam quendam iuxta se stantem Romanorum profugum magaritam diceret.* idem: *occisus est Humar Saraceno-*

rum dux a quodam Persa margarita apostata. l. *magarita.* v. Hist. Miscell. l. 19.

μάγγανον manganum, mangana, machina bellica. Glossae Philoxeni: ballistra σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. Scholiastes Thucyd.: βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. idem Scholiastes Aristophanis in Concionantes p. 734 col. 2. Papias: *tormentum dicitur quicquid summa vi torquetur, ut vulgo manganum.* Abbo de obsidione Parisiens. p. 453 ed. P. Pith.:

conficiunt longis aeque lignis geminatis
mangana, quae proprio vulgi libitu vocitantur,
saxa quibus iaciunt ingentia, seu iaculando
allidunt humiles scenas gentis truculentae.

Hist. Miscell. l. 20: *sistens arcobalistas et magnas in turribus et argumentosas alias machinas.* Anastasius autem bibliothec. sic habet in hist. eccles.: *sistens arcobalistas et mangana in turribus.* lege igitur apud auctorem Miscellae *mangana,* vel si mavis, *manganas:* nam et manganas dixerunt. in passione S. Tyemonis: *ad machinam exstructam, quam vulgo mangonam appellant.* lege *manganam.* prius magis placet: nam et scripti codices habent *mangana,* ut notat Canisius variis in Miscellam; et Anastasii, ex quo auctor Miscellae sumpsit, in veteri codice ita legitur. hinc μαγγανάριος, qui mangana conficit, manganarius. Leo Tact. c. 15 § 35: δι' ἐπινοίας τῶν συνόντων μαγγαναρίων. Hist. Miscella l. 17: *Basam urbis manganarium interficere nitebatur.* sic lege: nam Theophanes habet μαγγανάριον. imo et Anastasius in hist. eccl. et μαγγανικόν. Cedrenus p. 455: βάλλεται τῷ ἐκ τοῦ μαγγανικοῦ λίθῳ. Theophanes in Iustiniano iuniore: παραδεδωκὼς αὐτῷ πρὸς καστρομαχίαν κριὸν μαγγανικά τε καὶ πᾶσαν ἑλέπολιν.

μαγιστεριανός, μαγιστριανός. magistrianus, agens in rebus, officialis magistri officiorum. Isidori Pelusiotae epist. 229 l. 3 inscripta Λεοντίῳ μαγιστριανῷ, et l. 4 81. Synodus Nicaena 2 act. 1, ex libro de vita S. Sabae: παρόντων ἔτι καὶ ἀκουόντων τῶν τε μαγιστριανῶν καὶ ἀρχόντων. Anastas. bibl.: *praesentibus magistrianis.* Theophanes: Ἰουλιανὸν μαγιστριανὸν μετὰ σάκρας. Anastas. in hist. eccles.: *Iulianum magistrianum cum sacra.* Constantinus imp. epist. ad Arrium in fine (exstat autem apud Gelasium Cyzicenum act. Conc. Nicaeni l. 3): διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου μαγιστριανῶν. utitur Constantinus de admin. imp., Pallad. hist. Laus. c. 149. occurrit saepe in Concilio Ephesino. Agapitus episcop. epist. ad Leonem imp. (exstat Concil. Chalcedon. parte 3) c. 45: *ne quod impedimentum fieret Eudoxio viro devoto magistriano.* Marcus Gazensis diaconus apud eminentiss. cardin. Baronium: *interim autem dum purgaretur locus, venit magistrianus epistolas afferens imperatorias semper memorandae eudoxiae.* Breviculus histor. Eutychianistarum: *dirigit magistrianos per totum*

Orientem. Anastas. biblioth. in Hormisda: *cum militibus et magistrianis.* Acta Abercii apud eund. Baron.: *Valerianum et Basianum magisterianos divinorum nostrorum officiorum misimus.* alias *magistros* legitur. priorem lectionem confirmat Simeon Metaphrastes in Abercio: *καὶ Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς εὐθὺς εὐτρεπισθῆναι κελεύσας*, et paulo post: *Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων ἐπέμψαμεν.* sic legitur in duobus mss. meminere Marcellinus Comes et Victor in Chronicis. de agente in rebus Ammianus Marcellinus. Glossae Philoxeni: *agens in rebus μαγιστριανός.* Concil. Chalced. act. 1: *Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανός.* vet. int. *agens in rebus.* et p. 76 in fine eod. *Βερονικιανὸς μαγιστριανός.* int. *magistrianus.* ut act. 3 p. 229 d. Leo M. epist. 70 ad Marcian. Aug.: *ut confestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret.* Lucifer Caralitanus epist. ad Florentium magistrum officiorum: *Bonoso in rebus agenti perferendum traditum.* Synod. 5: *Comitas dicor agens in rebus.* Anastasius in Liberio: *tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus.* adde b. August. Confess. l. 8 c. 6 et l. 9 c. 8, b. Ambros. epist. ad Marcellinam et de offic. l. 3. S. Athanas. Apolog. ad Constantin. imp.: *Ἀντίοχός τε καὶ Εὐάγριος ἀγεντισηρίκους.* interpres vertit *praefecti sericorum.* sed alii cod. habent *ἀγεντησηρίβους*, id est *agentes in rebus.* v. not. Fronton. Ducaei ad hom. 13 b. Chrys. ad Antioch. vetus interpres Novellae 17 c. 4. *μαγιστριανόν magisterianum* vertit, et Nov. 124 c. 3. Iulianus autem Nov. 21 c. 1 *agentem in rebus*, Nov. 122 c. 2 *magistrianum.* Theodoretus epist. 79 *στρατηλατιανόν* vocat, epistola autem 136 *μαγιστριανόν.* agentes autem in rebus dicti, quia in rebus et in actu militant. erant, inquam, ut dixi, magistriani officiales magistri officiorum, de quo infra in *μάγιστρος.*

μάγιστρος, μαγιστερία, μαγιστέριον. magister. divinorum seu aulicorum officiorum magister, *μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων*, Chalc. Conc. act. 1. magister sacrorum officiorum: Sexta Synod. Cp. act. 1 *μαγίστρῳ τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων.* palatii magister. S. Athanasius apolog. ad imp. Constant.: *Παλλάδιος ὁ γενόμενος τοῦ παλατίου μάγιστρος.* inter epistolas S. Basilii 84 329 416 inscriptae sunt *Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.* Stephanus *περὶ πόλεων* in *ἀκόναι: διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ.* v. b. Chrysostomi homil. 17 ad Antiochenos et notas. Graeci magistrum interpretantur *ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων.* Suidas: *Ῥουφῖνος Κελτὸς γένος μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς*, ex Zosimo p. 773. alii strictius accipiunt magistri officium, ut Procop. Gaz. in l. 3 Regum c. 3: *ὁ αὐτὸς δὲ ἦν οὗτος τῷ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μαγίστρῳ, τῶν φρουρούντων τὸν βασιλέα στρατοπέδων ἡγούμενος.* Agathias l. 4: *ὁ μὲν γὰρ ἐν λοχαγοῖς ἐτέλει ὁ Βαράζης, ἅτερος δὲ τῶν μὲν ἐν τῇ*

αὐλῇ ταγμάτων τοῦ Λαζῶν βασιλέως ἡγεῖτο· μάγιστρος ὄνομα τῇ ἀρχῇ. Theodoretus Quaest. in 2 Regnor. interrog. 40: *ὁ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μάγιστρος ὀνομαζόμενος τῶν περὶ τὸν βασιλέα πεζαιτέρων, ἀσπιδηφόρων φημὶ καὶ δορυφόρων, τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευται,* quod scilicet principis satellitibus praeesset. *ἐπιστάτην δορυφόρων* vocat Synesius de providentia, praetorianis militibus praepositum. magnus autem magistri honos, quo ornati etiam imperatori consanguinitate iuncti. Constantinus Manasses:

τῶν λαμπρῶν τινὸς καὶ περιδόξων,
πρὸς γένους ὄντος βασιλεῖ, μαγίστρου τὴν ἀξίαν.

magistri dignitas dicebatur *μαγιστερία* vel *μαγιστέριον.* Glossae iuris: *περιὸν ἀρχή, ἴσως μαγιστέριον.* Theophanes: *παύει τὸν Λογγῖνον τοῦ μαγιστρίου.* ut apud Sidonium magisteria palatina et militaria l. 1 epist. 3 et in l. un. C. de quaestor. et mag. off.: *aut efficaci magisterio.* Cl. Salmas. ad Trebell. Poll. p. 293 legit *magisteria.* sed Cuiacii auctoritas potior apud me est, *magisterio* retinentis in d. l. un. Severus Sulpitius Dial. 3 c. 15: *missis obviam magisterii officialibus.* sic *magisterio fungi* apud Sueton. in Domit. nec video cur dignitas magistri magisteria dicenda sit, ceterorum autem magistrorum magisterium. Cuiacius magistro officiorum similem esse eum arbitratur qui in Gallia dicitur *prévost de l'hostel,* ad l. 3 C. de praepos. sac. cub. v. eundem Parat. Cod. tit. de offic. mag. offic. qui ea dignitate functus est dicitur *ἀπὸ μαγίστρων,* ex magistro. Concil. Chalced. act. 1, Theodoretus epistola 110. dixerunt et *μαΐστωρ,* ut in Theodoreti epist. 140, inscripta *Βιγκομάλῳ μαΐστρῳ.* Theophanes: *Ἴλλος ὁ μαΐστρος.* Codinus in Orig. Cp.: *καὶ ἔδωκε κεντηνάρια τῷ λαῷ διὰ στρατηγίου μαγίστρου.* in exemplari viri perillustris Nicolai Fabricii legitur *μαΐστρου.* Basilica in l. 7 § 1 D. de instit. *μαΐστορα τοῦ ἰδίου πλοίου.* sic legendum, ut in Regio cod. Synops., non *μαγίστωρα,* ut in Basil. ms.

μαγκίπειον, μάγκιψ. pistrinum. Chronicon Alexand. p. 786: *ἔκτισε δὲ ἔνδον τοῦ παλατίου μαγκίπεια.* Nicephorus Callisti 12 22. quod Ulpianus alicubi dixit *coniecit in pistrinum,* Graeci vertunt *ἐν μαγκιπίῳ παράσχω.* Vita Ioannis eleemosynarii c. 21: *et animal portans siligines a mancipio causa prandii ipsius.* hinc *μάγκιψ* pro pistore. Glossae iuris: *μάγκιψ ὁ τεχνίτης τοῦ δημώδους ἄρτου.* Ulpian. in l. 13 § ult. de usufr.: *si stabulum pistrino locaverit.* Basilica: *οὔτε μάγκιπι τὸ στάβλον.* vide Cuiac. de divers. temp. praescript. c. 13.

μαγκλαβίτης. *μαγκλάβιον* est lorum, flagellum. Theodorus Hermopolites l. 7 tit. 8: *τύψας αὐτὸν μαγκλαβίοις ἢ ῥάβδοις.* Achmes c. 249. Astrampsychus *ἐν τῷ Πυθαγ. λαξευτηρίῳ: δηλοῖ δὲ καὶ φόνους καὶ κοπὰς κεφαλῶν καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν καὶ μαγκλάβια.* hinc *μαγκλαβίτης.* Georgius Logoth. in Chronic.:

τὸν δὲ μαγκλαβίτην Νικόλαον. de quo v. Meursium et doctiss. Vossium de vit. sermonis.

μακελλεῖον, λεωμακέλλιον. macellum, laniatorium. hinc μακελλάρης et μακελλάριος lanius. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ: δηλοῖ δὲ εἶναι τὸν ἄνθρωπον μακελλάρην καὶ μάγειρον. μάκελλος idem quod μακελλεῖον. Xiphilinus in Nerone: τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον. hinc λεωμακέλλιον apud Cedrenum. v. Meurs. in μάκελλος.

μάνα mater. v. Meursium et eruditiss. Vossium de vitiis sermonis l. 3 c. 24. μᾶ ἡ μήτηρ κατὰ βρέφους προσφώνησιν Eustathius ad Il. 5. Etymol. in πᾶς.

μάνδρα, μανδρίτης, ἀρχιμανδρίτης. monasterium. Georgius Alexandrinus in vita b. Chrysostomi: οὓς δὲ καὶ ἁρπάζων ζῶντας ἐν τῇ ἑαυτοῦ μάνδρᾳ. item: σπουδαίως χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάνδραν τὴν τοῦ πατρός. Dorotheus doctr. 23. Nicephorus Call. 14 51. Simeon Metaphrastes: εἰς τὴν νεόκτιστόν σου ταύτην μάνδραν. Alcuinus epist. 27: *coelestis mandrae agmina.* Albinus 2 de vita S. Willibrordi: *circuit iccirco vigil hoc tutamine mandras.* hinc μανδρίτης. Conc. Const. sub Menna act. 5. Ermenoldus in vita S. Solae: *mandritis e diverso venientibus.* et ἀρχιμανδρίτης. Synodus Cp. 7 act. 1: εὐλαβεστάτων ἀρχιμανδριτῶν ἡγουμένων τε καὶ μοναχῶν. Avitus Viennensis epist. 2: *copiosae monachorum multitudinis praepositus fuit; cuius officii personas episcopi Orientales archimandritas appellant. monachorum princeps,* vetus interpres Concilii Chalcedonensis.

μανδύλιον mantile. Etymologicum. Alexius Rharturus doctrina ult. εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ μανδύλιον. v. Meursii Gloss.

μανίκιον manica. Theophanes in Theodosio: τὰ μανίκια τῆς δεξιᾶς αὐτῶν χειρὸς κατέβαψαν. Constantinus in Tacticis p. 15: δεῖ δὲ καὶ κένδουκλα ἔχειν αὐτοὺς πολὺ πλατέα ἔχοντα καὶ μανίκια πλατέα. Glossae Nomicae interpretantur λαβήν seu capulum. nos ibi dicemus.

μάππα, μαππάριος, mappa. de mappa vide eos qui de Circo scripserunt, et Vossium virum longe doctissimum de vitiis sermonis c. 4. Marcellinus Comes in Chronico: *una duntaxat ultimaque mappa insanienti populo denegata.* hinc μαππάριος, qui mappam in Circo mittebat.

μαργελόγραμμον. sic legit Salmasius ad Vopiscum p. 406 col. 2 post Meursium in Glossario in μάργελλον. vide et notas posteriores p. 57.

ματρικάριος. ξυλουργός, faber lignarius.

ματρίκιον matricula. Canones Ecclesiae Africanae: τὸ ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμιδίας, *matricula et archivum Numidiae.* Zonaras ad can. 93 Concil. Carth.: ἀπογραφή τις·

αὕτη γάρ ἐστι τὸ ματρίκιον. Graeci l. 22 Basilic. tit. 4 ad Novellam 73 c. 8: *γίνεται σύγκρισις γραμμάτων καὶ ἀπὸ τοῦ κώδικος καὶ ἀπὸ τοῦ ματρικίου.*

μάτριξ matrix. Graeci ad l. 15 C. de testib. *οἷον ἰσοκώδιξ ἢ μάτριξ.* Gloss. Lat. Graec. *matrix σημεῖον ὀνομάτων.* Glossae Nomicae: *μάτρικες ἀπογραφαὶ καὶ ἀντιγραφαί.* Tertullianus de Fuga: *cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum* etc. v. not. ad Cann. eccl. Afr. p. 46, Zonar. ad can. 36 Synod. Carth. hinc matricularii, id est inscripti matriculae. Aldhelmus de laudibus virginitatis: *sed omne patrimonium et ornamentorum gloriam, tam discriminalia capitum et periscelides crurum quam olfactoriola nardi et crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia, ad stipem mancis et matricularis* (l. matriculariis) *prodiga liberalitate contulerunt*, id est egenis. de variis matriculis v. Vossium de vitiis sermonis.

ματρωνίκιον matroneum. v. Meursium.

μέταξα metaxa, sericum. Laonicus Chalcond. l. 4: *τρέφει ἡ χώρα αὕτη μέταξάν τε καλλίστην ποιουμένη.* videndi Achmes *ὀνειρ.* c. 222, Procop. *ἀνεκδ.* p. 111, Zonar. ad Concil. p. 231, Nicephorus Callist. tom. 2 p. 787, Cuiacius ad l. 10 C. de murilegulis.

